*Prolegomenis iſtis in hunc modum prima tabula expeditis, totum opus in duos libros diſtribuemus; in quorum primo de rebus ſimplicibus ſiue cauſis compoſitarum rerum, in ſecundo de compoſitis ſiue principiatis agemus. Cæterùm primum librum in partes quatuor ſecabimus, in quarum prima* ΦΥΣΙΟΛΟΓΙΚῊΝ, *in ſecunda* ΠΑΘΟΛΟΓΙΚῊΝ, *in tertia* ΑἸΤΙΟΛΟΓΙΚῊΝ, *in quarta* ΣΗΜΕΙΩΤΙΚῊΝ *&* ΘΕΡΑΠΕΥΤΙΚῊΝ *perſequemur. Secundum uerò librum in tres diuidemus partes, in quarum prima* ὙΓΙΕΙΝῊΝ, *in ſecunda* ΘΕΡΑΠΕΥΤΙΚῊΝ, *in tertia* ΠΡΟΦΥΛΑΚΤΙΚῊΝ *tractabimus.*

# LIBRI PRIMI PARS PRIMA.

## De Elementis in genere.

**Elementum** eſt id, ex quo componitur aliquid in exiſtens, indiuiſibile in ſpecie, in alteram ſpeciē. Vel elementum eſt minima pars eius, cuius eſt elementum. Vel elementa ſunt corpora ſimplicia, & ſunt partes primæ corporis humani & aliorū, quæ in corpora diuerſarum formarū diuidi minimè poſſunt: ex quorū commiſtione ſpecies diuerſæ generatorū fiunt. Horum differentiæ in

- *Genere*, ſumuntur à
  - *Cauſis*
    - *Internis*: materia ſcilicet & forma. Sic elementorum aliud partium eſt
      - *Tenuium*
        - *Calidarum* &
          - *Siccarum*: ut Ignis.
          - *Humidarum*: ut Aer.
        - *Frigidarum*: ut Aqua.
      - *Craſſarum*: ut Terra.
    - *Externis*: nempe fine, ſeu uſu. Sic
      - *Ignis* eſt —
        - Concoquere.
        - Attenuare.
        - Permiſcere.
      - *Aeris* eſt —
        - Rarefacere.
        - Alleuare.
        - Attenuare.
      - *Aquæ* eſt —
        - Figurare.
        - Lineare.
        - Temperare.
      - *Terræ* eſt —
        - Retinere.
        - Figere.
        - Formas conſeruare.
  - *Accidentib.* uidelicet
    - *Qualitate*
      - *Prima*
        - *Actiua.* Sic elementorū aliud
          - *Calidum*, quod homogenea, id eſt, entia eiuſdem naturæ congregat, & heterogenea, id eſt, diuerſarum naturarum entia ſegregat. Quare ſi pugillus mineræ *auri igni tradatur actione caloris auri partes confluunt, & ab his cupri portiones ſeparantur.* Calidi enim eſt materiam ad generationem mouere.
          - *Frigidum*, homogenea heterogeneis conglutinat, quo fit ut hyemali tempore, lapidem, terram, aquam uel lignum in unum congelata conſpicias. Huius enim eſt materiam motam in ſuis perfectionibus ſiſtere.
        - *Paſſiua.* Sic aliud
          - *Humidum*, quod termino proprio malè, alieno autem bene terminatur. Vnde aqua in terminis ſuis non quieſcit, ſed donec continentis latera contingat, fluit, & his ex omni parte coniungitur. Hoc in aere, et ſi ſit uerius, nō tamen manifeſtius. Huius eſt formarum, figurarumq; impreſsiones facilè recipere.
          - *Siccum*, quod termino proprio bene clauditur, alieno autem malè terminatur. Vnde lapis aut terra in ſuis terminis ſtabilitur, in cōtinentis autem lateribus non omni parti cōiungitur. Huius enim eſt formarum configurationes conſeruare.
      - *Secunda.* Sic elementorū aliud
        - *Rarum* & acutum: ut
          - *Ignis.*
          - *Aer.*
        - *Denſum* & obtuſū: ut
          - *Aqua.*
          - *Terra.*
    - *Quantitate.* Vide in ſequentibus ſignum B.
- *Specie.* Vide in ſequentibus ſignum C.

**B. Elementorum differẽtiæ à quantitate ſũptę, ſũt aut**

- *Vnum*
  - *Immobile*
    - *Finitum*: ut Parmenides. Eleates.
    - *Infinitum*: ut Meliſſus Samius.
    - *Inter* hos Xenophanes Colophonius Parmenidis præceptor collocator, qui omne quod eſt, ſtatuit unum, neq; finitum neq; infinitum, nec mobile nec immobile facit, Hoc Deum eſſe probat.
  - *Mobile*
    - *Finitum*. Sic ſtatuerunt quidã
      - *Aquã*, Tales Mileſius & Hippon, quia calor humido quaſi uehiculo fertur. Quæ intereunt, prius areſiunt, atque omnium ſemen genitale humidum, omnium cibus ſucci plenus. Cum igitur omnia humido nutriri uiderent, in eam opinionem, quam dixi, uenerunt. Thales primus fuit, qui apud Græcos hanc tractationẽ principiorum inſtituit, artem nauticam edidit, præterea nihil.
      - *Ignem*, Hippaſus Metapontinus, & Heraclitus Epheſius.
    - *Infinitum*. Sic poſuerunt
      - *Elementum* infinitum, quod neq; aqua neque ignis, &c. ſed alterius naturæ corpus, Anaximander Mileſius Thaletis ſucceſſor. Senſit hic generationem mutua elementorũ alteratione minimè fieri, ſed ſegregatione contrariorum per motum ſempiternum.
      - *Naturam* quandam certam, quam Aerem uocauit, eamque infinitam, Anaximenes Euriſtrati Mileſius Anaximandri ſocius & amicus. Hic res omnes raritate & denſitate ſecundum ſubſtantiam differre tradit, & ignem rarum, uentum denſum, denſiorem nebulã, hac aquã, aqua terram, & hac lapides, &c.
      - *Aerem* eſſe infinitum & ſempiternum, uniuerſi naturam, ex cuius raritate & denſitate atq; affectionum ſuarum mutatione aliarum rerum formas gigni, exiſtimat Diogenes Apoloniates, qui multa ſecundum Anaxagoram, multa quoq; ſecundum Leucippum ſcripſit.
  - *Contra* hos eſt ualidiſſima Hippocratis ratio, in libro de Natura humana
    - *Si* homo unum eſſet, non doleret.
    - *Sed* dolet.
    - *Non* ergo eſt unicum humani corporis elementum.
    - Aſſumptum probatur.
    - *Quæ* dolent omnia alterabilia ſunt, & ſenſu participant.
    - *Sed* ſi homo eſſet unum, id non haberet has duas conditiones.
    - *Non* ergo doleret.
    - *Nam* quod dolet, alteratione̅ patitur à re dolorem inferante, quoniã dolor paſſione fit. Si igitur dolor alteratio eſt: dolens ergo homo patietur & alterabitur. Hominem autem alterari ſi unũ ſit, eſt impoſſibile. Nam omnis alteratio à cõtrario fit, & id elementũ quod humanum corpus conſtituit, conſtituet uniuerſa alterabilia & alterãtia. Non erit itaq; in uniuerſo contrariũ, neq; à quo homo alterationem ſuſcipiat. Quare unicum humani corporis elementum non eſt.
    - Porrò ſecundò ſic probat placitũ ſuum Hippocrates.
    - *Si* homo eſſet unicum & doleret, unica eſſet curandi uia.
    - *Sed* non eſt una tantùm uia curationis.
    - *Non* ergo eſt unicum, & dolet homo.
    - Conſequentia ſic probatur.
    - *Nam* ſi homo unum eſt, unam habent homines ſanitatem.
    - *Ad* unam autem ſanitatem una tantum uia eſt.
    - *Erit* ergo una tantùm curationis uia.
    - *Quoniam* ſi una ſanitas eſt, unicus tantum erit morbus: & inter duo cõtraria unica tantũ eſt uia, qua ſanitas in morbum migrat, & qua à morbo ſanitas reſtituitur. Quod autem non ſit una curandi uia, conſtat. Nam eſſet quoq; una curationis ſpecies, quod non eſt. Quidã enim calefactione, quidã refrigeratione, quidam humectatione, quidam exiccatione, & quidam ablatiõe, quidam adiectione curantur. Non ergo homo eſt unicum elementũ, neque uniuerſa generabilia ex uno tantùm conſtituta ſunt elemento.
- *Plura*: & uel ſpecie
  - *Eadẽ*. Hoc modo ſtatuit
    - *Atomos*, Leucippus Eleates, ſiue Mileſius, illiſq; figuras, quòd ſine hac nihil hoc magis, quàm illud eſſe putaret, tribuit, generationem ſempiternam eſſe uoluit. Tam ens quàm non ens, id eſt, tam plenum quod ens uocauit, quàm uacuum, quod non ens arbitratus eſt, inter principia connumerauit. Huius ſocius fuit Democritus Abderites, qui ſimiliter inane & plenum, id eſt, idem quod Leucippus ſtatuit. Item Epicurus & Metrodorus Chius cum his conſenſiſſe iudicati ſunt.
    - *Corpuſcula* manantia, fragiliaq; & inuiſibilia foramina, uel incompacta corpuſcula, Græci ἀνάρμους ὄγκους appellant, Aſclepiades.
  - *Diuerſa*, & uel
    - *Impatibilia* ſiue immutabilia. Sic poſuit
      - Conſimilia
        - *Anaxagoras* Clazomẽ. Anaximeni cõſentiens.
        - *Archelaus* Athenienſis Socratis amicus, Anaxagoræ diſcipulus.
      - *Elementa* quatuor, Empedocles Agrigentinus. Fuit hic paulo poſt Anaxagoram, Parmenidi propinquus & æmulus.
    - *Patibilia* ſeu mutabilia. Verùm cum ſuperiores opiniones omnes ex Hippocratis & Galeni ſententia ſint exploſæ, hanc poſtremam ueram eſſe conſtat, nempe corporis plura eſſe elementa, non unicũ, & hæc quidem patibilia.
  - *Contra* hos eſt Galeni ratio in libr. de Elemẽtis
    - *Si* homo ex atomis aut incompactis corpuſculis conſtaret, inde fieret hominẽ non doliturũ, ubi acu pungeretur caro. Nam aut acus unum tangeret corpuſculum, aut plura. ſi unum, & id indiuiſibile atq; impatibile eſt: non ergo diuidetur aut patietur acu punctum. Quòd ſi duo aut plura acus tetigerit, nullũ eorũ alterabitur: ergo neq; totũ. Quod enim cõpoſitũ eſt ex impatibilibus, impatibile eſt. Numerũ enim mutat, non rei naturã: quẽadmodum ubi quis duos digitos cõtiguos ſeparans, dolorem non infert, ita qui duo impatibilia ſeiunxerit, nullum dolorẽ inferret: & quemadmodum unum ipſorum impatibile eſt, omnia erũt impatibilia, neq; à cauſis alterantibus alterabuntur. indiuiſibile uerò inalterabile eſſe conſtat: quoniam qualitas extenſa eſt, & ſubiectum exigit extẽſum. Hinc fit, corpus humanum neq; ex atomis, neq; ex incompactis corpuſculis conſtare, neq; etiam ex ſimilaribus particulis. Quoniam ſi ex impatibilibus conſtaret, non doleret: dolet autem: ergo nõ ex impatibilibus.

C. *Elementorũ patibilum ſeu mutabiliũ differẽtiæ in ſpecie: non ſolũ corporis humani, ſed & rerũ omniũ quatuor numero elementa, nec plura, nec pauciora oriũtur: quorũ duo

- *Superiora*, (quę ſua innata leuitate ac raritate ſurſum feruntur) uidelicet
  - *Ignis*: huius differentiæ ſeu totius natura ſummitur à
    - *Cauſis*
      - *Internis*: uidelicet
        - *Materia*. Sic Ignis elementum aerium eſt.
        - *Forma*. Sic Ignis calidus & ſiccus eſt.
      - *Externis*: nempe fine ſeu officio. Sic ignis præſtat iuuamentum, ut
        - *Maturet*.
        - *Subtiliet*.
        - *Permiſceat*.
    - *Accidentib.* uidelicet
      - *Qualitate*. Sic ignis eſt
        - *Subtilis*, *Purus*.
        - *Simplex*, *Tenuis*.
        - *Clarus*, ut oculorum obtutum effugiat.
      - *Quãtitate*. Sic ignis aere eſt
        - *Duplo* rarior.
        - *Triplo* mobilior.
        - *Quadruplo* acutior.
      - *Loco*. Sic ignis
        - *Ex* elementis ſummum eſt.
        - *Locum* tenet à Lunæ orbe.
  - *Aer* qui eſt anima & ſpiritus, calidus & humidus (alij natura frigidũ tradunt) tenuis, inãi ſimilis: locũ ſub igne continens. Huius eſſe in generatis iuuat rarificando, alleuãdo & ſubtiliando. Hic enim uitalis eſt, & per cuncta rerum meabilis, cuius ui ſuſpenſa cũ quarto aquarum elemẽto, medio ſpatio terra tenetur. Eſt quidẽ aer aqua duplo acutior, triplo rarior, quadruplo mobilior. Cæterùm huius partes ſeu regiones tres ſunt inter ſe diſsimiles: uidelicet
    - *Suprema*, quæ igni eſt uicina & cõtigua, tranquilla, ab igne & ſtellis calida, pura, rara & lucida, ad motum ignis (unde & magis calefit) circumducta: ibi nec uenti, nec pluuia. Ad hanc partẽ uirtute Solis & aliorum aſtrorũ à terra calidæ & ſiccæ exhalationes per mediã aeris regionem feruntur. Hinc ignea multa & flammea generantur, quæ uarias ardentiũ formas referunt, quarum alia
      - *Maior*: ut ſunt Cometæ, quas noſtri crinitas, horrẽtes crine ſanguineo, & comarum modo in uertice hiſpidas, uocant. Diu durant, ita ut breuiſsimum quo cernerentur ſpacium, ſeptem dierum annotatum ſit, longiſsimum uerò octoginta. Mouentur autem alij errantium modo, alij immobiles hærent. Omnes ferè ſub ipſo Septentrione, aliqua eius parte non certa, ſed maximè in candida, quæ lactei circuli nomen accepit. Ariſtoteles tradit & ſimul plures cerni. Ventos autem ab ijs graues, item æſtus, morbos, magnaſque calamitates ſignificari. Fiunt & hybernis menſibus, & in Auſtrino polo, ſed ibi citra ullum iubar. Sparguntur aliquando & errantibus ſtellis cæteris que crines. Sed Cometa nunquam in occaſura parte cœli eſt, terrificum magna ex parte ſydus, ac non leuiter piatum.
      - *Minor*: Sunt cæteræ ardẽtes figuræ, q̃ conſumpta materia, celeriter euaneſcunt: ut
        - *Flammæ*.
        - *Capræ*.
        - *Trabes*.
        - *Candelæ*.
        - *Lanceæ*.
        - *Pyramides*.
        - *Virgulæ*.
        - *Scintillæ*.
        - *Columnæ*.
        - *Stellæ* deciduæ.
        - *Hiatus*. } *Quæ* noctu apparent.
        - *Voragines*. }
        - *Lumina*. }
        - *Colores* diuerſi. }
    - *Media*, quæ à regione ignis eſt ſemota, nec terrę proxima, frigida, tenebroſa, ac dæmonum ſiue aerearum poteſtatum habitatio caliginoſa. Hæc cum longius à ſuprema regione abſit, plurimum alget, ut ex circumſtante frigore res multæ hoc in loco ſiſtantur, cogantur, fabricentur, atque demittantur in ipſam terram: & id in frigidis regionibus longè frequentius. Nam in calidis, ſol adurens multa conſumit atque diſsipat. Quam ad rem magnas nubes cogi uidemus, quæ nobis cœleſtia tanquam alio tegumento obſcurant. Et hęc uel excitantur ex
      - *Terra*: ut fumi, uapores ſeu exhalationes calidæ & ſiccę, quæ à circũfuſo nubium uapore, & frigore concluſæ retinentur. Inde fit aut
        - *Tonitru*, nempe cum ſiccam exhalationem uapor, uirtute ſolis ad mediam aeris regionẽ elatus, circundat, & in nubẽ inſpiſſatur. Huius frigus, dum exhalatio incluſa tenetur, ſe contrahit, fortificat, contra latera nubis impellitur, inflammatur, & exitũ non inueniens, uiolẽter nubẽ rumpit. Maximè aũt dum hanc nubẽ alia ſuperior cõprimit, & inferior fortius reſiſtit. tũc enim exhalatio nondũ inflammata nubẽ ſcindit, & in exitu et uehementia motus incenditur. Hunc ſonũ Tonitru, & hanc incenſionem Coruſcationem appellamus. Licet autem ſimul fiant, aut Coruſcatio poſt ſonum (ſi exhalatio non in nube, ſed exeundo inflammatur) prius tamen ignem quàm ſonum percipimus, propter uiſus ſubtilitatem.
        - *Fulmen*, quod nonnunquam exhalatio ſulphurea ueneneſa dicitur, uiolenter è nube depulſa, impetu ſuo & ui penetratiua & ſubtilitate arbores ſcindens, animala interficiens, & metalla & cætera reſiſtentia demoliens atque conſumens. Quæ ſi groſsior fuerit, reſiſtentia corpora adurit, conglobatior uerò diſſipat.
      - *Aqua*: ſunt craſsi ac denſi uapores humidi ac tepentes: ita ut frigore alia cogantur
        - *Minus*: ut ſunt Nubes, q̃ diſſolutæ pluuias fũdunt, & eas aut
          - *Remiſsiores*: cũ guttæ frequentes ſenſim decidunt, quæ Imbres dicuntur.
          - *Vehementiores*, & maiores impetus: & Nimbi appellantur.
        - *Magis*: ut ſũt concreti & glaciati humores, qui concreſcunt interdum in regionibus
          - *Calidis*, per diuerſa tempora: ut eſt Grando, quæ ex conglaciato imbre gignitur, & interdiu ſæpius quàm noctu cadit, celerius quàm Nix reſoluitur.
          - *Frigidis*, per hyemẽ: ut eſt Nix: gignitur quoque ex conglaciato imbre.
    - *Infima*, Vide ſignum D.
- *Inferiora*, Vide inferius ſignum E.

**D.**

*Infimæ* aeris regio eſt ſuperficiei aquę & terrę cõtigua, à radijs reflexis calida & illuminata. Hoc tamen diuerſis anni temporib. non eodem modo contingit. Nam Sol in ſignis Septentrionalib. terrã directius reſpicit, radij ad angulos minores reflectuntur, hinc & calor augetur, ut nonnunquam exhalationes conſumat. Sole autem Meridionalia ſigna perluſtrãte, oppoſitum accidit, & quandoq; frigus tam uehemens, ut terræ poros, ne quid exhalare queat, conſtringat. In Vere autẽ & Autumno, dũ Sol Aequoctio appropinquat, hęc temperatè ſe habent. Porrò in hac parte uaria quoq; pro diuerſa exhalationum ratione generantur. Nam ſi exhalatio fuerit

- *Humida*, & anni tẽpus
  - *Temperatum*, cuiuſmodi eſt Ver & Autumnus, fit
    - *Ros*, cum ſcilicet uapor humidus tepens per frigus nocturnum condenſatur, & in aquam reſoluitur. Non cadit niſi ſerena nocte, & circa crepuſculum: tunc enim infima regio frigidior eſt.
    - *Manna*: nimirum, quando uapor humidus aereus uiſcoſus & dulcis in rorem reſoluitur: qui cum Solis calore decoquitur, aquoſitas conſumitur, reliquum ad modum ſacchari in folijs relinquitur.
    - *Nebula.*
    - *Caligo.*
  - *Intemperatũ*, qualis eſt Hyems, principiũ Veris & finis Autumni, generatur
    - *Pruina*, quæ ex rore gelido gignitur,
    - *Glacies.*
- *Sicca*: eaque aut
  - *Ignea* atque incenſa: ut
    - *Draco* uolans, cum ſcilicet exhalatio multa fuerit & inæqualis in ſubtilitate, craſsius autẽ in medio ſimilitudinẽ facit uentris, cuius unũ extremorum caput, aliud cauda iudicatur: & ſi circa unũ extremorũ nubes frigida fuerit, ipſũ ex nubis humore fumat.
    - *Ignes* excurrẽtes
      - *Gemini*: *Caſtor* & *Pollux* — *Salutares* & proſperi curſus prænuncij ſunt. Hominum quoq; capita ueſpertinis horis magno præſagio circumfulgent. quorum aduentu fugari diram illam ac minacem appellãtamq; Helenam.
      - *Soli*: ut Helena.
  - *Aerea*, ut eſt Ventus, qui eſt exhalatio calida & ſicca, lateraliter circa terrã mota. Cũ enim calida ſit, aeris regiones tranſire conatur: frigus autem medię regionis obuians, eam deijcit, quæ ratione caloris iterũ aſcẽdit, & rurſus à frigore cum impetu uerſus terrã deijcitur. p̃pter calorem aũt, quo ſemper in altiora tendit, ſimiliter & propter aliarum exhalationum occurſum nõ directè uerſus faciem terræ, ſed lateraliter mouetur. Sunt autem Venti
    - *Generales* quatuor, quorũ cuique bini collaterales adiuncti, ita ut numero ſint duodecim, quorũ alij ſtant ab
      - *Aequinoctiali* parte
        - *Ortus*, Subſolanus, calidus & ſiccus. Huius collateralis uerſus
          - *Septentrionem*, Eleſpontius, ſiue Cæcias.
          - *Meridiem*, Vulturnus ſiue Eurus.
        - *Occaſus*, Fauonius ſeu Zephyrus, frigidus & humid⁹, cuius collateralis uerſus
          - *Meridiem*, Aphricus ſeu Libs.
          - *Septentrionem*, Argeſtes, Olimpias, Sciron, Caurus, ſeu Corus.
      - *Vtriuſq;* poli oppoſitis partib. ut à
        - *Meridie*, Auſter ſiue Notus calidus & humid⁹, obnoxius, cui aſsidet uerſus
          - *Orientem*, Euroauſter ſiue Euronotus, ſiue Phœnicias.
          - *Occidentem*, Euroaphricus ſiue Libanotus.
        - *Septentrione*, ipſe Septentrio, qui etiam *Aparctias* dicitur, frigidus & ſiccus omniũ ſaluberrimus, cuius collateralis uerſus
          - *Orientem*, Aquilo ſiue Boreas.
          - *Occidentem*, Circius.
    - *Speciales*, quorum multo plures in magnis nauigationibus à nautis depræhenſi, ſecundũ quos uelos regere nouerunt. Hi pro locorum atq; gentium ratione uarijs nominibus diſtincti, ut xxxij. numerum impleant. Sunt & Venti
      - *Prouinciales*, & quorundã locorũ peculiares, mitiores, qui ſemper aut Sole occidẽte, aut oriente flant. Ex horũ quoq; genere ſunt, qui à terra in mare perflant, Apogei à nautis appellati. Hi minus puri & ſalubres ſunt generalibus uentis.
      - *Repentini*, & furentes: idque
        - *Supra* terras, q̃ ſunt à nubib⁹ deiecti: ut
          - *Typho*, fit dum exhalatio unctuoſitatis non omnino expers, in nube concluſa, per foramen egreditur, & pars egreſſa à terra reſiliens ratione caloris reaſcẽdit, parti alteri deſcendenti circulariter inuoluitur, arbores quandoque eradicat, tecta deijcit. *Si uerò* exhalatio tota ſimul à nube egreſſa, & frigore *uerſus* terrã proiecta accenditur, domos aut uillas conſumit, & à quibuſdã Ecnephias *dicitur*.
          - *Turbo*, cũ ſcilicet duo uenti oppoſiti æquè fortes concurrunt, aut unus à reſiſtente fortiter repercutitur, aut deſcendens de aere ſuperiori alium à terra aſcendentem uentum obuiam habuerit, per gyrum inuoluuntur, puluures, paleas, &c. eleuant.
        - *In* ipſis præaltis terrarum receſsibus exhalationes conceptæ, & conditis nonnunquam uentis ingreſſæ, cum liberum exitũ quærunt, eaſdem ita grauiter concutiunt, ut cœlo tranquillo diſcedant: idque Terræmotus appellatur.

E. *Elementa inferiora*, (ꝑpter grauitaté deorſum feruntur) ſunt duo, uidelicet

- *Aqua*, quæ frigida & humida eſt, terrã uniuerſam cõtinuato aere, circũfluo mari, cingit. Huius eſſe in generatis, iuuamentum præſtat figurando, lineando & temperando. & eſt terra duplo acutior, triplo rarior, quadruplo mobilior. Hanc quidam per occultos terræ meatus à mari exire, rurſus in alia parte illabi affirmant. Nonnulli uerò mare fluminibus auctum, rurſus cõtinuo ſolis & aliorũ aſtrorũ feruore, per eleuationem uaporum minui aſſerunt. Cæterùm aquarum aliæ
  - *Fluxibiles*, quæ in montibus potiſsimum, propter eorum frigiditatem & humiditatem generantur, & ualles pererrant, & eæ ſunt aut
    - *Minores*: ut
      - *Fontes*, nempe cum uapores terræ in ſciſſuris, & cauernis montium in aquã reſoluuntur, & guttatim diſtillant, quæ undiquaque in loco baſsiore confluentes, tandem erumpentes, fontem faciunt.
      - *Riuuli* & Amnes: ab ijſdem cauſis, plerumq; à diuerſis locis fontanis & pluuijs, originem ducunt.
    - *Maiores*: ut
      - *Torrentes*, qui ex pluuijs & colliquefacta montium niue rapidè feruntur.
      - *Flumina*, quorum cauſæ eædem ſunt, quæ & fontium & riuorum. Flumẽ equidẽ fontium & riuorum concurſus eſt. Vnde alij
        - *Aſiam* ab
          - *Europa* diuidunt: ut Tanais:
          - *Africa* diſiungunt: ut Nilus.
        - *Hiſpanias* alluunt: ut
          - *Tagus.*
          - *Iberus.*
          - *Ana.*
        - *Italiam* alluunt: ut
          - *Padus*, Ateſis.
          - *Arnus*, Tyberis.
        - *Galliæ*: ut
          - *Rhodanus*, Garumna,
          - *Ligeris*, Sequana.
        - *Germaniæ*: ut
          - *Rhenus.*
          - *Albis*, &c.
        - *Pannoniam*, Daciam, Mœſiam alluunt: ut *Danubius*,
        - *Thraciam* alluunt: ut *Hebrus*.
        - *Sarmatas* alluunt: ut *Boriſthenes*.
        - *Aſiæ*: ut
          - *Euphrates*, Tigris,
          - *Indus*, Ganges.
  - *Stabiles*
    - *Dulces*: atque hæ collectæ aut
      - *Arte* ut
        - *Putei.*
        - *Ciſternæ.*
        - *Piſcinæ.*
      - *Natura*, in locis concauis
        - *Paludes.*
        - *Lacus.*
    - *Salſæ*: ut Mare, principium & corpus totius aquæ, ſicut & aliorum elementorũ eſt cõgregata moles & principiũ propter multitudinẽ. Quapropter & fluuios nõ ſolùm in hoc, ſed & ex hoc aiunt q dam fluere. Colatũ enim fieri, quod ſalſum eſt, potabile. Salſedinem aũt maris ex permixtione ſicci terreſtris aduſti, uirtute ſolis eleuati, atq; uaporibus humidis mari incidentibus ꝓuenire, Flumina quoq; ſi quæ de mari egrediũtur, per arenã & terrã colata, nõ amara, ſed dulcia ad nos perueniũt, & dulcia, cõtinuò reintrantia reſiſtũt, ne mare ſemper amarius & magis ſalſum fiat. Sũt tamẽ qui ipſum à primordio amarum creatum aſſerũt. Cauſa aũt fluxus & refluxus maris ad lunam, humidorũ dominatricẽ, referenda eſt. Mare autem aliud eſt
      - *Internum*: & uel
        - *Europã* ab Aphrica diuidit, quod Mediterraneum appellatur, uarijs nominibus diſtinctum: ut uerſus
          - *Italiam*
            - *Ibericum*, Gallicũ, Liguſticũ,
            - *Tuſcum*, aut Tyrrheum.
            - *Sardoum*, Adrianum.
          - *Græciã*: ut
            - *Ionium*, Myrtoum, Creticum,
            - *Aegeum*, Inde ad Septẽtriones
              - *Helleſpontus.*
              - *Propontis.*
              - *Põtus* Euxinus,
              - *Meotis* palus, &c.
          - *Aſiam*
            - *Maiorem*, Syriacum.
            - *Minorem*: ut
              - *Lycium.*
              - *Carpathium.*
              - *Pamphilium.*
          - *Africam*: ut
            - *Aegyptium.*
            - *Libycum*, Punicum.
            - *Numidicũ*, Pharium.
        - *Aſia* concluditur: ut Caſpium.
      - *Externum*, Magnum, Oceanus dicitur, terram circumfluẽs, atque pro diuerſa inhabitãtiũ ratione, uaria quoque nomina ſortitur: ut Mare aut
        - *Orientis*
          - *Indicum*, Eoum.
          - *Ianicum.*
          - *Magellanium.*
        - *Occidentis*
          - *Gaditarum.*
          - *Atlanticum.*
          - *Sinus*
            - *Heſperius.*
            - *Aphricæ* magnus.
        - *Meridiei*
          - Caput bonæ ſpei.
          - *Praſſodum*, Aethiopicum.
          - *Sinus*
            - *Barbaricus*, Arabicus, Perſicus.
            - *Paragonius*, Canthius.
            - *Gangeticus*, Magnus.
        - *Septentrionis*
          - *Concretum*, Glaciale.
          - *Scythicum*, Hyperboreum.
          - *Sarmaticum.*
          - *Germanicum.*
          - *Britannicum.*
          - *Aquitanicum.*
          - *Cantabricum.*
- *Terra*, Vide in ſequentibus ſignum P.

P. *Terra*

F.

*Terra* frigida eſt & ſicca, denſa, ſolida, grauis, obſcura & rotunda, firma, ſtabilis & immobilis, cuius locus naturalis in medio totius exiſtit. Inde rerum naturalium ſubiectarum ſolidum eſt fundamētum, atq; materia: ut eadem terra ſit uni homini præparatū domiciliū: *quę nos naſcentes excipit, natos alit, ſemelq; editos ſuſtinet ſemper. Eſt* quidē hæc benigna, mitis, indulgens, uſusq; mortalium ſemper ancilla. Huius eſſe in generatis, prẹſtat ad retentionē & fixionem faciendam, & ad conſeruandas figuras & formas. Porrò orbis terrarū uniuerſus diſtribuitur in

- *Inſulas*, quæ circundantur mari uel
  - *Interno*: ut
    - Sicilia.
    - Corſica.
    - Sardinia.
    - Baleares.
    - Corcyra.
    - Lipara.
    - Melita.
    - Eubœa.
    - Lesbos.
    - Creta.
    - Rhodus.
    - Cyclades.
    - Sporades.
    - Cyprus.
  - *Externo*, ſiue Oceano: ut
    - Hybernia.
    - Islandica.
    - Britannica.
    - Orchades.
    - Gades.
    - Caſsiterides.
    - Fortunatæ.
    - Heſperidum.
    - Scorya.
    - Zaylon.
    - Madagaſcar.
    - Tabrobana.
    - *Iaua*
      - Maior.
      - Minor.
    - Zypangri.
    - Monlucæ.
- *Continentem*, quæ uulgo Terra firma appellatur. Hæc cōmodè in duas diuidi partes poterit,
  - *Occidentē*: cui⁹ pars eſt uel
    - *Septentrionalis*: ut eſt Europa, *altrix uictoris omnium gentium populi*, longeq; terrarum pulcherrima. Huius autē populi ſunt partim
      - *Maritimi*, quorum regio mare aliqua ex parte contingit: atque ij poſiti uel in
        - *Orientem*: ut
          - Græci & Achei.
          - Peloponneſij.
          - Thraces, Scythæ.
        - *Occidentem*: ut Hiſpani.
        - *Septentrionem*: ut
          - Germani.
          - Galli.
          - Sarmatæ.
          - Cymbrica Cherſ.
          - Taurica Cherſ.
          - Scandia Cherſ.
        - *Meridiem*
          - Itali.
          - Illyrij.
          - Dalmatæ.
          - Epirotæ.
          - Macedones.
      - *Mediterranei*, quorum regio eſt à mari remota: ut
        - Pannones.
        - Iazyges Metanaſtæ.
        - Daci.
        - Mœſiam ſuperiorem incolentes.
    - *Meridionalis*: ut eſt Africa, quam Grẹci Libyam appellauere: cuius populi ſunt
      - *Maritimi*: in
        - *Orientē*: ut
          - Aegyptij.
          - Troglodite.
          - Aethiopes.
          - Melindæ.
        - *Occidentem*: ut
          - Attlantes.
          - Mauritani.
          - Getuli.
        - *Septentrionem*: ut
          - Numidæ.
          - Afri
          - Cyrenæi.
          - Marmaridæ.
        - Meridiem: ut
          - *Agiſymba* regio.
          - *Gazati* noui populi, atque ad caput bonæ ſpei.
      - *Mediterranei*: ut
        - Garamantes.
        - Migritæ.
        - Libyes.
        - Aethiopes interiores.
        - Blemmiæ.
  - *Orientem*. Vide in ſequentibus ſub ſigno G.

G. *Continens* terra orientalis Aſia eſt
- *Minor*: cuius populi ſunt
  - Pontici, Bithynij, Myſij, Phryges.
  - Lydij, Iones, Carij, Lycij.
  - Lycaonij, Pamphylij, Cilices, Paphlagonij.
  - Galatæ, Cappadoces, Armenij.
- *Maior*: hanc inhabitant gentes
  - *Maritimæ*: in
    - *Orientem*: ut
      - *Sinæ* regionis, *Indi* extra Gangem
      - *Scythæ* extra Imaum.
      - *America*, & nouus orbis, Inſula primùm habitata.
    - *Occidentem*: ut
      - *Syri*, Palæſtini.
      - *Aſiæ* minoris.
      - *Colchitis*.
    - *Septentrionem*: ut
      - *Scythæ*.
      - *Sarmatæ* Aſiani.
      - *Seres*.
    - *Meridiem*, ut
      - Arabes, Perſæ, Suſij.
      - Carmanij, Gedroſij,
      - Indi intra Gangem. Malacha.
  - *Mediterraneæ*: ut ſunt
    - Armeniæ maioris.
    - Aſsyrij, Meſopotamiæ, Babylonij, Medi, Parthi.
    - Hyrcani, Hargiani, Bachtriani, Sogdiani.
    - Sacæ, Paropaniſadæ, Arij, Drangani, Arachuſij, &c.

PINGVEM *terram ut dignoſcas, paruulam glebam dulci aqua conſperge & ſubige: ſi glutinoſa eſt & adhæret, conſtat illi ineſſe pinguedinem. Rurſus effoſſa ſcrobe, eademq́; terra repleta, ſi terra dehiſcat, exilis eſt & macra: ſi prominet, pinguis, media, ſi mediocris. Cardanus de Variet. rerum.*

# De Semine, in genere.

*Semen* eſt excrementum utilis & ultimi alimenti: uel eſt ſubſtantia genita ex utili & ultimo alimento uiuentis, poteſtate, aut actu continens ipſum uiuens. Generatur ex ſanguine ſuperfluo, qui per arteriam & uenam ad utrumque teſtem deſcendit, nō recto itinere (ut in maſculis) ſed anfractibus, in quibus paulatim albeſcit, tum demum ubi iam ipſos teſtes attigerit, ſeminis ſubſtantia in ipſis manifeſtè apparet. Huius differentiæ ſumuntur à

- *Qualitate*. Sic ſemen
  - *Prolificum*
    - *Calidum* & humidum.
    - *Album*, craſſum, lentum & ſpumoſum.
  - *Sterile*
    - *Tenue*.
    - *Craſſum*.
- *Quantitate*. Sic aut
  - *Multum*, ſiue in ſufficiente quantitate, prolificum eſt.
  - *Paucum*, ſterile.
- *Loco*. Sic ſemen in teſtibus & uaſis ſeminalibus tam uirorum quàm mulierum naſcitur. Trahunt teſtes ſeminarium illum humorem à uaſorum anfractibus antè ipſis præparatum. cuius deinde qualitate percepta, ſuaq; eodem tempore communicata, quod ſuperuacaneum eſt, in meatus ſeminales reponunt. Hi poſtea id in coitibus foras excernunt, &c.
- *Tempore* anni. Sic ſemen in
  - *Vere* copioſius eſt.
  - *Aeſtate*, paucum & calidius.
  - *Hyeme*, mediocre in quātitate, & in qualitate humidius.
  - *Autumno*, paucum & ſiccius.
- *Aetate*. Nā in
  - *Pueris*
    - *Paucum*, uel nihil ſeminis adeſt.
    - *Sterile*.
  - *Adoleſcentibus*
    - *Copioſum*.
    - *Multum*.
  - *Iuuenibus* ſeu Conſiſtentibus
    - *Multum*.
    - *Fœcundum*.
  - *Senibus*
    - *Paucum*.
    - *Infœcundum* nonnunquam.
- *Sexu*. Sic ſemen in
  - *Maſculis* incipit generari ab anno 14 ad 65 uel 70 & tum temporis uox eis mutatur: teſtes maiores fiunt: pili in pube naſcuntur.
  - *Fœminis* incipit ab anno 14 uſque ad 45 uel 50. & tum temporis mammæ augentur, pili in pube naſcuntur, menſes erumpunt.

De Hu-

# De Humoribus in genere, & ſpecie.

*Humor* eſt corpus humidum, fluidū, in quod in primis nutriens conuertitur. Horum differētiæ in

- *Genere*: ſumuntur à
  - *Qualitate*. Sic humorum alij
    - *Calidi*: ut
      - *Sanguis*.
      - *Bilis* flaua.
    - *Frigidi*: ut
      - *Pituita*,
      - *Atra bilis*.
  - *Quantitate*
    - *Moderata*. Nam ſi omnes humores in debita quātitate fuerint, homo
      - *Temperatus* eſt.
      - *Neque*
        - *Hilaris*, neque triſtis eſt.
        - *Agilis*, neque ſegnis eſt.
        - *Iracundus*, neque timidus.
        - *Celeris* ingenij, neque tardi.
        - *Macilentus*, neque pinguis.
        - *Albus*, neque niger, &c.
    - *Immoderata*: & in exceſſu uel
      - *Omnes*: & fit Plethora ſeu Plenitudo ad
        - *Vires*, cum maior eius moles in corpore fuerit, quàm ui poſsit probè ab altricè facultate ſuperari.
        - *Vaſa*, cum moles tanta eſt, ut uaſa diſtendat, à qua periculum rupturæ immineat uaſorum.
      - *Aliqui*, fiunt
        - *Cacochimiæ*.
        - *Morbi*
          - *Biloſi*.
          - *Pituitoſi*.
          - *Atrabilarij*.
  - *Loco*. Sic eorum alij generantur ſeu continentur uel dominantur in
    - *Ventriculo*: ut Pituita.
    - *Hepate* & uenis: ut Sanguis,
    - *Veſica* bilis: ut Bilis flaua.
    - *Liene*: ut Atra bilis.
  - *Tempore*
    - *Anni*. Siquidem in
      - *Vere*, Sanguis
      - *Aeſtate*, Bilis
      - *Autumno*, Atra bilis
      - *Hyeme*, Pituita
      - } *Abundat*.
    - *Diei*. Nam
      - *Noctu*, Pituita
      - *Matutino* tempore, Sanguis
      - *Meridie*, Bilis flaua
      - *Veſperi*, Atra bilis
      - } *Abundat*, ſeu dominatur.
- *Specie*: à ſuis cauſis diſtinguuntur. Sic itaque humorū alij conferunt ad
  - *Neceſsitatem*: atq; hi generātur à calore uel
    - *Moderato*
      - *Naturali*, fit Sanguis, qui ex chilo in hepate, & uenis meſeraicis generatur, continetur que in hepate, uenis, corde & arterijs
        - *Calidus* & humidus, rubei coloris, saporis dulcis.
        - *Homines* reddit
          - *Hilares*.
          - *Modeſtos*, Venuſtos.
          - *Placidos*, Simplices.
          - *Putredini* obnoxios.
          - *Abundantes* fœtidis excremētis.
      - *Præternaturali* ſeu accidentali
        - *Solo*, fit Sāguis
          - *Calidior*
          - *Frigidior*
          - *Humidior*
          - *Siccior*
          - } *Quàm* par eſt.
        - *Cum* humore ſanguini mixto, & uel cum multa
          - *Bile*
          - *Pituita*
          - *Atra bile*
          - } *Fiunt* Cacochimiæ.
    - *Immoderato* in
      - *Exceſſu* atque uel
        - *Naturali*, fit Bilis flaua, quæ in hepate generatur, ſecernitur uerò à ueſicula fellis. pars eius cum ſanguine mixta manet
          - *Calida* & ſicca, colore flaua uel pallida.
          - *Partes* bilioſas alit.
          - *Excretiones* irritat.
          - *Inteſtina* à pituita purgat.
          - *Homines* reddit
            - *Agiles*, Mutabiles.
            - *Iracundos*.
            - *Celeres* ingenij.
            - *Macilentos*.
        - *Præter naturali*: fit
          - *Bilis*
            - *Vitellina*, quæ ouorum uitellis ſimilis exiſtit: & generatur in uaſis.
            - *Porraçea* (Græci πρασοειδῆ uocant) in uentriculo & uenis aliquando gignitur.
            - *Aeruginoſa*, quæ etiam in uentriculo oritur.
            - *Iſatodes*, iſatidis colorem referens, quæ etiam in uentriculo ortum habet.
            - *Cærulea*, &c.
          - *Atra bilis* preter naturā: cuius ſūt quatuor ſpecies
            - *Prima*, ex atro ſucco aduſto oritur.
            - *Secunda*, ex uitellina bile. Hæc priore tanto eſt pernicioſior, quanto flaua atra bile acrior.
            - *Tertia*, ex aduſtione ſanguinis, mitior eſt reliquis duabus.
            - *Quarta*, ex aliquorum ſententia, ex ſalſa pituita torrefacta gignitur, quam Galenus ignoraſſe putatur.
      - *Defectu*. Vide in ſequentibus ſignum A.
  - *Non* ad neceſsitatem: & ſunt Humores inutiles, Vide in ſequentibus ſignum B.

A. *Humo-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0021-3
DFG

- **A.** *Humorũ alij generãtur à calore immoderato in defectu: & uel*
  - *Naturali*: fit
    - *Pituita*, generatur in uentriculo,
      - *Frigida* & humida eſt.
      - *Alba*, inſipida, & omnis qualitatis expers.
      - *Articulos* iuuat.
      - *Partes* pituitoſas alit.
      - *Homines* reddit
        - *Pingues*, Albos.
        - *Somnolentos*, Segnes.
        - *Citò* ſeneſcentes.
    - *Atra* bilis, eſt fæx ſanguinis, in ſplene exuperans, fæci uini ſimilis,
      - *Frigida* & ſicca eſt.
      - *Ventrem* roborat atque famem excitat.
      - *Partes* terrenas, craſſas & duras nutrit,
      - *Homines* reddit
        - *Subdolos*, Auaros.
        - *Cogitabundos*, Triſtes.
        - *Animo* ſubmiſſos, Moroſos, Horribiles.
        - *A* potu abſtinentes, Saliua abundantes.
  - *Præternaturali*: fit Pituita
    - *Acida*, cruda omnino eſt, & frigida, ſed non adeò ut Vitrea. Hæc in uenis aut nullam aut exiguam coctionem accepit. Generatur enim acidus ſapor à calore mutante, ſed non uincente.
    - *Salſa*, hæc ex naturali inſipida putreſcente naſcitur. Aliquando etiam ex permiſtione ſeroſi humoris.
    - *Dulcis*, hæc paulò quàm naturalis eſt calidior, & fortaſsis naturæ nondum ingrata.
    - *Vitrea*, uitro fuſo haud diſsimilis, egregiè frigida & craſſa, dolores faciens, cum concluſa fuerit.
    - *Gipſea*, quæ non humor, ſed tophus potius, aut grando eſt, aut quæ in articulis gignitur, nonnunquam in pulmone, & oculorum palpebris.
    - *Mucus*, qui Catarrhis deſcendit.

- **B.** *Humores non ad neceſsitatẽ conferẽtes inutiles ſunt, & excremẽtitij. Sunt autem*
  - *Vrina*, quæ eſt excrementũ ſecundæ cõctionis, quod fit in gibbo hepatis, renibus ſeparatum, & ad ueſicam excretum: & eſt uel
    - *Naturalis*, & uel
      - *Optima* exquiſitè. Talis aũt eſt ſubſtãtia mediocri, nec aquæ modò tenuis, nec ut iumentorũ craſſa, clara, non turbida, colore ſubflauo. Quantitate media, & heſterno, ſuperiorũq; dierũ potui reſpõdens, aut aliquantũ parcior, quod potus nõnihil in corpus abſumatur. Hypoſtaſis ſubſidet alba, leuis, æqualis, in acutũ faſtigiata. Neq; craſſum quicquã ſubeſt, neq; bulla, neq; filamentũ, neq; eorũ quicquam, quæ inter mala referentur. Hæc niſi in optima corporis natura animaduertitur, quæ & temperatiſsima eſt, & conſtitutione prorſus media, & uerè quadrata.
      - *Non* optima, ſed mediocris, & per ſanitatẽ & citra morbũ immutata: cuius differẽtiæ ſumuntur ab accidentibus
        - *Intrinſecis*
          - *Complexione*
            - *Sanguinea*, in his conſpicitur urina
              - *Ruſſa*, cum rubedine tendente ad obſcurum.
              - *In* ſubſtantia mediocriter ſpiſſa.
            - *Cholerica* urina
              - *Citrina*, *Ruſſa*.
              - *Multum* colorata.
              - *Cum* ſubſtantia tenui.
            - *Phlegmatica*
              - *Alba*.
              - *In* ſubſtantia ſpiſſa.
            - *Melancholica*: urina
              - *Albedini* uicina.
              - *Cum* quadam fuſcoſitate.
              - *Cum* ſubſtantia ſatis tenui.
          - *Aetate*. Nã urina
            - *Puerorum*
              - *Albior*.
              - *Craſsior* cum copioſiore ſedimento.
            - *Iuuenum*
              - Citrina ad igneum tendens.
              - *Cum* ſubſtantia mediocri.
            - *Senum*
              - *Alba*.
              - *Tenuis*.
              - *Hypoſtaſis* pauca.
          - *Sexu*. Nam
            - *Virorum* magis colorata eſt quàm mulierum, & cùm mouentur, turbantur, & eorum turbatio ad ſuperiora aſcendit.
            - *Mulierũ*
              - *Prægnantium*, ad albedinem declinans, clara in ſuperficie habens nebulam, in medio uerò eius hypoſtaſim ad modum coti carminati, in qua apparent quandoque granula aſcendentia & deſcendentia, quæ cùm mouetur, non conturbatur.
              - *Non* prægnantium ſubcitrina, ad albedinem cum turbulentia quadam, & notabili craſsitie declinans.
        - *Extrinſecis*
          - *Regione*, & aeris conſtitutione
            - *Calida*: urina
              - *Coloratior*.
              - *Magis* inflãmata.
            - *Frigida*:
              - *Alba*.
              - *Craſſa*.
              - *Sedimentum* multum.
          - *Anni* tempore
            - *Aeſtate*: urina coloratior quàm alijs temporibus.
            - *Hyeme*: urina remiſsior.
            - *Vere* & autumno: urina medio modo ſe habens.
          - *Genere* uitæ
            - *Inedia*, *Ciborum* calidorum eſu, *Exercitio* nimio, *Vigilijs*, — *Vrinæ* coloratiores, & Sedimẽta pauca.
            - *Frigidorum* ciborum eſu, *Somno* multo, *Crapula*, *Ocio*, *Inertia*, — *Vrinæ* albæ, craſſæ, Sedimenta multa atque cruda.
    - *Præter* naturam. Vide ſignum C.
  - *Sudores*.
  - *Deiectiones*.
  - *Excrementa* cutis.

C. *Vrina*

**C.** *Vrina* præter naturã differẽtiæ ſumuntur à

- *Subſtantia*, cuius quatuor ſunt differẽtiæ,
  - *Tenuis*. Talis urina ſub ijs tantùm coloribus inuenitur, qui ad rubrum procedũt, ſub albo, pallido, aureo, croceo, ad rubrum uſque. Nunquam enim cœrulea, liuida aut nigra tenuis apparet. Significat uel
    - *Imminutam* concoctionem, natiuiq; caloris penuriam ex intemperie ſola, citra humorum uitium.
    - *Venarum* obſtructionem.
    - *Hepatis* debilitatem.
    - *Immoderatam* potationem.
    - *Renum* uel ureterum obſtructionem à calculo, grumo, pure, uel caruncula, &c.
  - *Craſſa*, quæ non poteſt eſſe, niſi ob admixtionem alicuius craſſefacientis, ſecundum uariam humoris admixti naturam, & quantitatem, uarias ſortietur in craſsitudine differentias: & ſignificat ob crudorum humorum copiam uel
    - *Concoctionis* priuationem.
    - *Caloris* oppreſsionem.
  - *Clara*, ſplendida, ſeu perſpicua, quam uiſus acies facile penetrat, quæ fit à ſpiritu & calore uel
    - *Naturali*. Talis ſignificat
      - *Perfectam* & optimam coctionẽ.
      - *Humorum* bonitatem.
      - *Natiui* caloris ſummã ubertatẽ.
    - *Non* naturali: ſignificat
      - *Cruditatem*.
      - *Igneum* calorẽ, qualis eſt in febrib.
  - *Turbida* ſeu obſcura, per cuius mediũ non uidemus, quę fit à paucitate ſpirituum, & caloris innati: & ſemper pro ratione caloris & ſpiritus uel magis, uel minus lucida urina fiet. Hæc ſignificat uel
    - Affectum { *Veſicæ*, *Renum* } *In* quibus uel humoris eſt copia, uel ulcus, è quo cruor uel ſanies, pus, aut mucus.
    - *Craſſorum* humorũ copiam in uenis, quos difficilè coquit calor innatus.
    - *Morbos* diuturnos & contumaces.
    - *Capitis* dolorem.
    - *Veternum*, & Lethargum, maximè ſi diutius perſeueret.
- *Accidẽtib.* intrinſecis: uidelicet
  - *Quantitate*
    - *Pauca*. Talis indicat uel
      - *Cibi* & potus paucitatem.
      - *Euacuationem* immodicam, ſiue per egeſtionem, ſiue per ſudorem, &c.
      - *Renum* uel ureterum, uel ueſicæ obſtructionẽ, à calculo, grumo, pure, uel tuberculo.
      - *Retentionem* aquoſitatis in loco aliquo, ut in hydrope.
      - *Ingentem* caliditatem, humiditatem abſumentem, ut in febribus.
      - *Caloris* & uirtutis mortificationem, ut in morti proximis.
      - *Nimiam* frigiditatem, paralyticantem ueſicam, ut in ſtranguria.
      - *Inflammationem* { *Ani*, Colli ueſicæ, *Vreterum* } *Coarctantem* ueſicæ collum.
      - *Humorum* cruditatem & compacitatem, qui difficulter ſecernuntur & permeant.
      - *Mutationem* potus in nutrimentum, quod extenuatis, & ex morbo conualeſcentibus frequens eſſe ſolet.
    - *Multa*: indicat uel
      - *Aſſumptionem* cibi multi & potus.
      - *Ingentis* aquæ copiam, quodam in loco tamdiu coercitæ, eruptionem, ab hydrope, uel multa cruditate prouenientem.
      - *Repletionem* multorum humorum in uenis.
      - *Criſim*, per uiam illam.
      - *Humorum* liquefactionem, ut in febribus incenſiuis, & principio hecticæ, & tunc apparet urina unctuoſa.
      - *Nimiam* renum caliditatem, aquoſitatem ad ſe attrahentem ab hepate, antequam digeſtio fiat in eo, ut eſt in diabetica paſsione: & tunc urina eſt ualde multa, aquoſa, tenuis, ut in crapula.
      - *Medicamentorum* diureticorum aſſumptionem, uel uini aquoſi, &c.
      - *Paruitatem* expulſionis aliarum ſuperfluitatum, uel propter ſudorem, uel egeſtionẽ.
  - *Qualitate*, quæ ſumitur à
    - *Colore*. Vide in ſequentibus ſignum D.
    - *Odore*
      - *Nullo*. Cùm urina naturalis debeat habere aliquid bilis admiſtum, & per conſequens bilis acrimoniam: indicabit talis urina
        - *Maximam* frigiditatem.
        - *Concoctionis* diminutionem. Vnde alba talis ſolet eſſe urina, & tenuis & obſcura: quia in ipſa deficit actio debita caloris naturalis.
      - *Aliquo*
        - *Bono*, uidelicet urinæ conueniente, indicat cibum bene concoctum.
        - *Malo* ſiue fœtido, qui ꝓuenit uel à
          - *Membro* putrefacto, per quod pertranſit urina, quod cognoſcitur ex dolore & alijs ſignis.
          - *Putrefactis* humoribus, unde in maximis putrefactionibus, ut in febribus peſtilentialibus urinæ & excrementa fœtidiſsima redduntur: & hæc ſemper intellige, niſi ab extrinſeco contingat.
- *Contentis*. Vide in ſequentibus ſignum E.

D. *Vrinæ* qualitas ſumitur, à colorib. uel

- *Externis* quorũ ſunt duo
  - *Albus*, qui aquæ: niui aut cryſtallo aſsimilatur: atque duplex eſt
    - *Priuatiuus*, id eſt ſine admixtiõe alicuius ſubſtãtiæ. Talis indicat uel
      - *Diminutam* caliditaté uel per
        - *Reſolutionem*: cuius ſigna ſunt
          - *Plurimus* calor præcedens.
          - *Plurimæ* uigiliæ.
          - *Plurimum* ieiunium.
          - *Maxima* aliqua euacuatio, præſertim ſi corpus reſolubile ſit.
          - *Syncope*, &c.
        - *Suffocationem* ab
          - *Extrinſeco*, ut
            - *Crapula* nimia.
            - *Ebrietate*.
            - *Victu* copioſo præcedente!
            - *Exercitio* pauco.
          - *Intrinſeco*, ut
            - *Humoribus*. Hinc eſt, quòd in omnibus ægritudinibus præcedentibus ab humoribus, antequã appareat cõcoctio, quia quodammodo ſuffocatur calor à materia, urinæ fiunt albæ & tenues, & prout concoquitur materia, & inualeſcit calor, urinæ uariantur.
      - *Obſtructionem* ſummam iecoris & renum. Nam propter uiarum obſtructionem non poteſt colari, niſi pura ſeroſitas: materia uerò tingens ipſam urinam non poteſt tranſire, propter ſui craſsitiem.
    - *Poſitiuus*, id eſt cum ſubſtantiæ alicuius miſtione. Huiuſmodi ſignificat uel
      - *Pituitæ* dominium, & huiuſmodi urina alba perdurat, & ſine fœtore eſt.
      - *Pus*, atque talis urina fœtida eſt, & ſi dimittatur aliquãtiſper, pus reſidebit in fundo, & remanebit urina à pure diſtincta alba, ut aqua.
      - *Semen*, & cognoſcitur præter reliqua, à gonorrhœa præcedente.
      - *Partem* aliquã colliquatã. Omnes enim corporis particulæ cùm ſint albæ, non erit mirũ ſi urinam albam efficiunt: & hoc diſcernitur ex fœtore, & eo, quia reſidebit in fundo pars colliquata: & cognoſcitur facilè, an ſit ex colliquatione totius, an renum: ex febre ardente colliquatiua, & ex alijs ſignis tum huius, tum illius cauſæ.
  - *Niger*, qui aſsimilatur aquæ atramento commiſtæ. Fit etiam hic calor cum alicuius ſubſtantiæ permiſtione, uel ab
    - *Extrinſeco* aliquo, ut cibo: aut ſicut dicit Auicẽna, ſi quis tingatur extrinſecus, & oblinatur fructu Alkane, quod eſt liguſtrum, florem ferens album, fructum nigrum.
    - *Intrinſeco* aliquo humore nigro
      - *Fæce* ſanguinis, quæ eſt humor melancholicus naturalis.
      - *Flaua* bile aduſta.
      - *Sanguine* nigrefacto à
        - *Caliditate*, ut contingit in carbunculo, quod cognoſcitur ex febribus, & morbis, & alijs cauſis calidioribus præcedentibus.
        - *Frigiditate*, ut contingit in liuore cutis, & gangrænis, & diſtinguitur ex eo, quòd præceſſerit caſus percuſsionis, & huiuſmodi, unde ſanguis ſit extra uenas atrior factus, & cum urina excretus.
- *Medijs*: Medij colores fiunt ex miſtione humoris alicuius: & uel
  - *Pituitæ*, uel puris, uel ſeminis, &c. & ſecũdum uariam qualitatem & quantitatem humoris admiſti, ſitq́ue color urinæ uel
    - *Niueus*, qualis nix, & hic rarò admodum, uel etiam nunquã apparet.
    - *Cryſtallinus*.
    - *Aqueus*.
      - *Hi* ſummam cruditatem indicant.
    - *Lacteus*, lacti ſimilis, qui etiam ipſe rarò uidetur.
    - *Glaucus*, qui cornu albo, lucido, uel coronæ tunicæ oculorum huic cornu comparatę. Hic frequenter apparet, & fit à pituita non bene concocta.
    - *Charopus*, qui cinericio colori aſsimilatur.
      - A' ſummo albo non multum recedunt.
    - *Oleagineus*, propter admiſtionẽ pituitæ ſubuirentis, non concoctæ, qualis frequenter uidetur emuncta.
    - *Liuidus*: talis urina fit, quando pituita ad ultimum gradum aduſtionis deuenit.
  - Flauæbilis, quaſi quis crocũ cũ aqua miſcuerit, & hinc uarię colorũ differentię oriũtur: uidelicet
    - *Subpallidus*, qui iuri carnium ſemicoctarum ſimilis exiſtit.
    - *Pallidus*: hic colori paleæ frumenti, ex qua extrahitur de nouo granum, aſsimilatur.
    - *Subruffus*, hunc ſequitur.
    - *Ruffus*, qui ualde citrinus eſt, tendens ad aliqualem albedinem, cuiuſmodi eſt color ceraſi dulcis & maturi.
    - *Subflauus*: floribus cartami ſimilis.
    - *Flauus*, colori caſtanearum bene maturarum, & à corticibus ſuis mundatarum, ſimilis eſt.
    - *Rubeus*, *Purpureus*.
    - *Violaceus*, aut iridis, tendens ad quandam nigredinem, & fit ex admiſtione bilis aduſtæ.
    - *Praſsineus*, fit ex magis aduſta.
    - *Aeruginoſus*, qui æruginì æris aſsimilatur. *Cyaneus*, uel Iſatidis.
    - *Niger*, ex bile torrefacta nigra reddita.
  - *Atræbilis*, à qua oritur color
    - *Glaucus*, *Charopus*.
    - *Cæruleus*, *Liuidus*.
    - *Cyaneus*, *Niger*.
  - *Sanguinis*, & fit color
    - *Loturæ* carnis ſimilis.
    - *Sanguinis*.

IN *coloribus urinarum ſemper obſeruandum erit, an in melius, an in deterius proceſſus indies fiat. Hinc enim cognoſcitur actio naturæ.*

CONTENTVM *in urina eſt corpus aliquod extrinſecum ( extrinſecum dico, quod non eſt de ſubſtantia ipſius ) excrementum terreum ſuperadditum aquoſitati urinæ, generatum per ſublimationem à calore moderato, uel immoderato.*

E. *Vrina*

**E.** *Vrina* contentorum alia occupant

- *Locum* determinatum, & uel in
  - *Extima*. Vide in ſequentibus ſignum F.
  - *Corpore* urinæ, certum locũ occupãtia: & ea uel occupant locũ
    - *Supremum* / *Mediũ*. — *In* his conſpicitur quoque
      - *Subſtantia* / *Quantitas* / *Qualitas* — *Non* aliter quàm in ſedimentis, niſi quòd ſuſpenſum & nubes alba, leuis & æqualis minus bona ſint, quàm ſedimentum album, leue & æquale.
    - *Infimum*, & ſedimenta dicuntur. Huiuſmodi autẽ uariantur uel à
      - *Subſtantia*. Vide in ſeq. ſignum G.
      - *Quantitate*
        - *Multa*, quæ uel ob ſuppreſsionem
          - *Conſueti* ſudoris.
          - *Alui* deiectionis.
          - *Alterius* naturalis euacuationis.
        - *Pauca*, propter
          - *Vigilias*.
          - *Inediam*.
          - *Exercitationem* immodicam.
      - *Qualitate*
        - *Figura*
          - *Leui* / *Aequali* — *Bonam* indicat concoctionem.
          - *Aſpera* / *Inæquali* — *Malam* concoctionem oſtendit.
        - *Colore*
          - *Albo*.
          - *Suppallido* / *Pallido* / *Rubro* — *Bilem* in uenis abundare indicat, aut ſanguinem uehementi incendio corrumpi.
          - *Liuido* / *Nigro* — *Vitalis* caloris extinctionem, uel corruptum ſanguinẽ, atrúmue humorem ſignificat.
- *Nullum* certũ locum occupantia, ſed per totum urinæ corpus diſperſa, uel
  - *Semper* perſeuerant, & urina, ut turbida mingitur, talis etiã permanet. Indicat non eſſe perfectã ſublimationem, ſed actionem fieri in materiam craſſam & dẽſam, & permiſceri humores. Quòd ſi huiuſmodi urina appareat
    - *In* morbi principio, peſsimum eſt ſignum, tamen indicat multitudinem humoris putreſcentis exagitari à calore igneo, tendente ad corruptionem, & non poteſt eſſe à calore naturali, qui ſemper ordinatè procedit, nunquã in principio aggreditur materiã. *Quòd ſi hæc urina ſit cum pulſu debili, ætate ſenili, tempore hyemis, uirtute non conſtante, lætalis erit ægritudo. Si autem* ætas ſit iuuenilis, & uirtus conſtans, & alia bene atteſtentur, *longa quidem* erit ægritudo, & non periculoſa, non tamen deſperata.
    - *Poſt* principiũ, ut an urina clara apparuerit, nunc perturbata incipiat apparere: ut cognoſcamus, an talis ægritudo, quæ perturbationem iſtam facit, ſit à calore naturali, an ab igneo, oportet conſtantiam uirtutis & reliqua attendere: quæ ſi bona ſint cum bonis ſignis, indicat uirtutem ualidam agere in morbum, & iam adeſſe propè ſtatum. At ſi huiuſmodi urinæ ſint cum alijs malis ſignis, indicat quòd putredo augeatur, & quòd calor igneus putredinalis incipiat humores uehementius exagitare, & dominari ſuper ipſos: & hoc ſæpe uidetur in febribus peſtilentialibus.
  - *Cùm* mingitur, perturbata eſt, ſed paulo pòſt reſidet. Hæc bonam habet ſemper ſignificationem. Indicat enim, quòd in uenis bona inceperit fieri concoctio, & quod concoquitur, habet iam aliquam formam, licet imperfectam: ſed dum calor feruet in uenis, partes aliquæ terreſtres ipſi admiſcentur, quæ adhuc ab ipſo calore non ſunt perfectè ſeparatæ.
  - *Clara* quidem mingitur, ſed paulo pòſt perturbatio contingit: quæ ſi eſt in corpore
    - *Sano*, indicat ſanitatem culpatam: quia calor ſubintrauit materiam aliquam crudam, quæ eſt intra uenas, & ipſam pellucidam fecit, rarefaciendo partes ipſius. qui calor & ſpiritus ubi exhalat, ab aere extrinſeco refrigerata, urina redit ad propriam naturam, & perturbatur. Hi admonendi ſunt, ne plures cruditates colligant.
    - *Aegro*
      - *In* principio, malum indicat: quia agitatio fit à calore igneo.
      - *Poſt* principium cum ſignis
        - *Bonis*: indicat futuram concoctionem.
        - *Malis*: calorem igneum augeri oſtendit.

**F. *Vrina* cõtentorũ, occupantium locũ determinatũ in extima ſuperficie, ſunt tria genera:**

- *Spuma*, quæ nihil aliud eſt, quàm extenſio humidi uiſcoſi cũ ſpiritu craſſo miſti, facta à calore & motu. Hæc ſemper indicat materiam uiſcoſam concoquendam in uenis, eſſe agitatam à calore & motu: quæ ſi fuerint in
  - *Vrina* alba, ſine fœtore, & ſine hypoſtaſi mala, indicat materiam crudam & pituitoſam in uenis. Eſt quoq; plerunq; maximum ſignum catharri deſcendentis à capite per uenas. Nam ſi deſcendat per aſperam arteriam, aut per gulam, aut per neruos, nõ eſt neceſſe ut ſpuma in urina appareat.
  - *Vrina*, quæ talis non eſt, & uel in corporibus
    - *Sanis*. Indicat materiam uiſcoſam eſſe aggreſſam à calore naturali. Qua de cauſa, recta ac debita uictus ratione utendum erit, ne aggregentur materiæ, & caloris actiones non impediantur.
    - *Aegris*
      - *In* principio morbi, malum eſt ſignum. Quoniam multam materiam cõcoquendam indicat, & à calore præter naturam agitari. Vnde indiciũ ſumitur, uel ægritudinem fore pernicioſam, uel longã & difficilẽ, maximè ſi appareat cum alijs malis ſignis, & præterea cũ debili uirtute. Spuma enim tunc tantùm abeſt, ut detendat, ut etiam augeat malitiã.
      - *Poſt* principiũ, & uel cum ſignis
        - *Bonis*: indicat calorem naturalem incœpiſſe penetrare materiam.
        - *Malis*, colore & contentis: indicat calorem non naturalem agitare materiam, & cùm non ſit potens ipſam reſoluere, mouet tantum, unde excitat flatum, & ſpumã generat. Quòd ſi uirtus fuerit fortis, periculum quidem indicat, tamen cum ſpe aliqua. Si uerò debilis fuerit uirtus, periculum maximum denotat.
- *Pinguedines*
  - *Congelata*, quaſi guttæ ceræ colliquatæ, ut etiã manu tolli poſsit. Indicat pinguedinis & adipis ſiccioris colliquationem. Igneus enim calor non tantùm adurit partes leuiores, ſed profundiores etiã attingit: & parum abeſt, quin ad ſolidarum etiam partium conſumptionem deueniat. Indicat itaq; uel principium hecticæ: ſi febris adſit, uel magnam renum colliquationem.
  - *Sicut* guttæ quædam olei, tanquam oculi. Indicat calorem igneum in materiam agere adurendo & ſuperaſſando. Indicat autem uel colliquationem in
    - *Renibus*, ſi febris nõ adſit.
    - *Toto* corpore cum febre.
  - *Sicut* telæ araneæ, quemadmodum in leguminibus & pingui iure apparere ſolet. Indicat bonam fieri concoctionem à calore naturali, qui non uiolenter extrahit pingue utile pro ſublimatione ſanguinis, unde excrementa aliquid etiam eius utilis obtinent: modò uerum ſit, quod ſemper proportione reſpondeãt rei, à qua excernuntur.
- *Circulus* uel corona, eſt quoddam urinæ ſuperficiem ambiens, generatum ex humido natiuo, colliquato à calore igneo, unde ex toto genere præter naturam eſt. Indicat autem calorem igneum, colliquantem humidum natiuum, qui quidem admodum malignus eſt, & intenſus, ut in febribus ardentibus & colliquatiuis. Huiuſmodi autem circulus uariatur uel in
  - *Quantitate*
    - *Magna*, *lata*, *pro funda*, & *uel in corpore*
      - *Pingui*, minus malum ſignificat.
      - *Macro*, maximam indicat colliquationem.
    - *Pauca*, anguſta, minorem indicat conſumptionem, præſertim in corpore carnoſo & pingui.
  - *Qualitate*: & uel
    - *Colore*. Nam circulus
      - *Subnigricans*, indicat calorẽ igneum aſſarẽ & adurere humores.
      - *Viridis*: non extremã indicat aſſationẽ.
    - *Odore*: fœtor enim certiſsimum putredinis indicium eſt.
  - *Spumoſitate*: & uel cum ſignis
    - *Bonis*, in colore, ſubſtantia, & cæteris conditionibus, & cum ægri uirtute robuſta, humidum quidem natiuum colliquari indicat, ſed ſpuma detrahit malitiam huiuſcemodi colliquationis. Significat enim quòd calor naturalis, aliquid hoc in loco facit, & quòd aliquam materiam ad concoctionem præparat, unde tumefit & ſpumoſa redditur: admiſcetur autem coronæ: quoniam materia eſt admodum admiſta cum ſubſtantia colliquata.
    - *Malis*, in quantitate, qualitate, contentis, cum mala morbi tolerantia. Talis nanq; indicat perfectam malitiam colliquationis. Indicat enim calorem eſſe diminutum, in quantitate, non in malitia. & ratio eſt, quia diminutus eſt calor innatus, ſuper quo fundatur calor igneus in ſubiectum, colliquando. Verùm cùm non poſsit aſſare, ſicut prius, in hac debilitate adurendi facit huiuſmodi ampullas, quæ non ſunt albæ, ſed uirides, aut nigræ, & tũc præterquam quòd indicat ægritudinem ſæuiſsimam, indicat etiam deſperatum omnino eſſe corpus, & calorem naturalem pænè extinctum.

NOTANDVM, *quòd in ultima tabe non apparet huiuſmodi corona, quia tunc humidum natiuum, cùm iam ſit ferè totum abſumptum & colliquatum, paucum admodum eſt.*

G. *Sedimenta* uariantur à ſubſtantia uel

- *Aliena*
  - *Pure*: inueteratum ac ſordidum ulcus indicat.
  - *Caruncula*: exulceratos renes demonſtrat.
  - *Calculo* uel arenulis: calorem igneum uel in renibus, uel in ueſica oſtendit.
  - *Sanguine*, puro, uel in grumū concreto: indicat uel
    - *Affectū* inſtrumentorum urinę deſeruientium, id eſt
      - *Renum*
        - *Continui* ſolutionem
          - *Vlcus*.
          - *Vaſis* in ipſis exiſtentis
            - *Diſruptionē*, quā ſequitur multi ſanguinis euacuatio, facta uel ob
              - *Humoris* multitudinem, craſsitudinē, acrimoniam.
              - *Saltum* uehemētiorem, ictū uel graue onus, & huiuſmodi.
            - *Apertionem*, unde paulatim & tenuior percolatur ſanguis, præſertim cùm parua eſt apertio.
        - *Imbecillitatem*, urinam ſubinde excernere nequeuntium: & hic ſanguis ſeroſus admodum eſt.
      - *Veſicæ*, cùm uenæ ipſius extenſæ ſunt, ut contingit in ulceribus ueſicæ, quādo pertinacius depaſcuntur, ſed in hoc ſigna ulceris præcedūt.
      - *Vreterum*. Exulcerantur autem magna ex parte his, qui in renibus lapidem habent, præſertim acutum, aſperum.
      - *Penis*, ab eadem cauſa exulcerari poteſt.
    - *Amplitudinem* oſculorum ex uena caua, urinam ad renes excolantium. Cùm enim ampliores & patētiores meatus fuerint, quiddam etiā ex ſanguine uenæ mittunt, aliaq; itidem cauſa cognoſcitur, hac præcipuè, quòd mittitur ſanguis ſine dolore aliquo.
    - *Sanguinem in uenis non eſſe rectè elaboratum, & naturam in concoctione deficere.*
  - *Capillis*: calorem igneum, adurentem, in uenis indicant.
  - *Furfure* & ſquāmis, indicāt uel
    - *Veſicam* ſcabie laborare, quando uenæ nullum affectum habent. & tales non habent urinam tenuem, ſed mediocris conſiſtentiæ: quam Hippocrat. 4. Aphoriſ. 77. appellauit craſſam, inquiens: Quibus in urina craſſa furfurea quædam ſimul exeunt, his ueſica ſcabie laborat.
    - *Affectum* in uenis, & uel
      - *Tunicæ* earum, ſicuti ueſicæ. Quemadmodum enim cutis ſuperficies, quam cutem ſuperiorem nominant, in ſcabie, lepra atq; lichinib. tenue quid abijcit, quale quod ſerpentū ſenectus nominatur, ſic ubi in partibus interioribus ea, quæ eſt ueluti cutis, tale aliquid patitur, furfurei cortices unà cum urina emittuntur.
      - *Sanguinis*, qui in uenis ipſis continetur, à febre ardente peruritur, aptior autem ad hoc eſt, quicunque humor craſsior in eis exiſtit, & magis, qui ueluti fæx ſanguinis eſt, quam humorem melancholicum dicimus: & tales habent urinas tenues. Nam cùm urina eſt tenuis, non ſecundum naturam ſe habet, & habent contenta à ſuperioribus, diſtinguuntur colore: illa enim candida, hæc rubra eſſe ſolent.
- *Non* aliena, ſed ipſius ſubſtantia uel
  - *Tenui*
    - *Cruditatem* — Oſtendit.
    - *Concoctionis* initium — Oſtendit.
  - *Craſſa*, fit uel à
    - *Crudioris* materiæ copia, quam innatus calor euincere non poteſt.
    - *Criſi*, diuturnorum morborum.
  - *Mediocri*: bonam indicat concoctionem.

# De hominis, partiúmque ſimilarium & inſtrumentalium cognitione ſeu conſtructione atque adminiſtratione, in genere.

*Membra* ſeu partes humani corporis, ſunt corpora, quę ex prima humorũ commixtione generantur, quarum habenda eſt tum

- *Cognitio* ſeu conſtructio & uel
  - *Hominis* ipſius: cuiꝰ differentię ſumuntur à
    - *Cauſis*
      - *Intrinſecis*: uidelicet
        - *Materia*. Sic Homo ex partibus conſtat
          - *Similaribus*
          - *Inſtrumẽtalibus*
          - *Quorum* prima generatio ex ſemine & ſanguine menſtruo eſt.
        - *Forma*. Sic Homo
          - *Conformationem* partium, delineationẽ & excauationem habet à facultate formatrice, Diuino quodam artificio, captum humanum excedentẽ: quam in ſemine eſſe nõ dubitamus.
          - *Vitam* / *Animam* — *A'*
            - *Deo*, omniũ rerum opifice recipit. quo fit ut tandem omnium animãtium homo ſit animal perfectiſsimum, præſtantiſsimum, ſapiens atq; diuinum, Deoq́;, ut Galenus inquit, poteſtate ſimile.
          - *Manus* habet ſolus, inter omnia animalia, organa animali cõuenientia.
          - *Bipes* ſolus eſt inter pedeſtria, & erectus: ut quod diuina natura rationeq́; conſtar, ſurſum commodius ſpectaret.
      - *Extrinſecis*: nempe
        - *Efficiente*
          - *Natura*. Sic facultas naturalis
            - *Generatrix*
            - *Formatrix*
            - *Auctrix*
            - *Nutrix, et c.*
            - *Hominem* efficiunt.
          - *Opifice*
            - *Primarius*: eſt
              - *Deus*. Nam omnium animãtium genera, quadrupedũ, reptilium, uolucrum, & aquatiliũ, Dei arbitratu eſſe genita, diuina nobis teſtantur uolumina. Inquiũt enim: Producat terra animam uiuentem per ſingula genera, quadrupedes, & reptilia, & feras. Et iterum: Producant aquæ reptilia animarum uiuentium per ſingula genera, & uolatilia, uolantia ſuper terrã per ſtabilimentũ cœli. Hominẽ aũt ſolũ manu Dei creatũ eſſe nos docẽt ſacræ Scripturę. aiunt enim: Hominem finxit, glebã terræ capiẽs, & in faciẽ ipſius afflauit ſpiritũ uitæ & factus eſt homo cũ anima uiuẽte. Itẽ Gal. in lib. *Quòd animi mores corporis tẽperaturã ſequãtur, inquit: Deus hominem fabricauit, immortali anima, in corpus influẽs atq́; effluẽs indita.*
            - *Secundarius*: eſt
              - *Homo*. Nã cum generationis corporis humani prima principia hominem immortalẽ fieri prohibuerint, ipſi ad immortalitatẽ ſummus Deus auxiliũ *machinatus eſt*, ut *ſemper* pro hominibus, qui corrũpuntur, noui *ſuccedant*, & perpetua ſpeciei *conſeruatio* fiat. Homines namq́; initio ita extruxit, ut unus quidem potiſsimũ fœtus principij *rationem* exporrigeret, alter aũt id ſuſcipiẽs fœtum enutriret foueretq́;. Sic uiro organa, teſtes ſcilicet ipſos indidit, quę precipuum noui conſtituendi hominis principium efformarent, uaſa illis adiungens duplicia: alia quidẽ materiã, ex qua hi aptè ſemen conficerent apportantia, alia uerò iam confectum in unum meatum, quã opportunè id in uterum proijciat, deducentia. Interim & teſtes uaſaq́; illorum functionibus ſeruiẽtia uterus ſibi uendicat, ut & *mulier aliquã primarij rationẽ fœtui* adijciat. Quinetiã his omnibus hominum organis meras cõmiſcendorũ corporũ libidines, & peculiarẽ quandã delectationis uim ad generationẽ omnipotens Deus copulauit, ipſi uerò animæ ea uſuræ mirabilẽ quandã & indicibilẽ utẽdi appetitũ quoq́; elargiẽs. A' quo uſu animalia incitata & ſtimulata prouident ſucceſsione ſpeciei.
        - *Fine*. Sic homo nulla alia ratione à ſummo opifice creatus eſt, quã ut
          - *Diuina* / *Cœleſtia* — *Contempletur.*
          - *Deo* ſimilis fiat.
          - *Mandato* Dei obſequatur.
          - *Proximum* diligat iuuetq́;.
          - *Vitam* deniq; æternam conſequatur.
    - *Accidentibus*. Vide in ſequentibus ſignum A.
  - *Partium*. Vide in ſequentibus ſub ſigno B.
- *Adminiſtratio*. Vide in ſequentibus ſignum ✠

**A.** *Hominis* ipſius differentiæ ſumuntur ab accidentibus: uidelicet

- *Loco.* Generatur in utero matris. Semen enim maſculi uterus concipit, cum ſemen à teſtibus fœminæ reiectum per duo uteri cornua uiam ſubliniens, ei miſcetur. Verùm ſemen uterus amplexatur, & undiq; ſe colligens tangit, ore adeò compreſſo, ut neq; ſpecilli acumen capere poſsit, calore uerò ſuo, externã ſuperficiem ſeminis ſiccat, atq; obdurat, ita ut putamini interiori oui ſimilis reddatur, principio quidem tenuis membrana, uerum ſucceſſu temporis craſſa & fortis, totam integit uuluam interiorem. Græci *χορίον*, nos Secundas appellamus. Interim uerò natura nunquam ocioſa ex ſemine duas alias parit membranas: quarum altera Amnios eſt, ſiue ſudoralis, quæ ſudorem fœtus excipit: altera uerò Alantoides, hoc eſt inteſtinalis, prædicta tenuior, urinam per meatum, quem Vracon appellant, ab infantis ueſica recipit, &c.
- *Tempore*
  - *Generationis*
    - *Primò* iecur & chorion, & uenæ uidelicet intra ſex dierum ſpacium generantur.
    - *Deinde* cor & arteriæ / *Poſtremò* cerebrũ, nerui, & reliquæ partes ſolidæ — *Generantur*, uidelicet intra triginta dierum ſpacium.
  - *Formationis.* Finitur namq; formatio in
    - *Maſculis* trigeſimo die
    - *Fœminis* quadrageſimo die
    - — *Eo* quoq; tempore ſuſcipit rationalem animam à Deo ſummo maximo creatam.
  - *Motionis.* Mouetur fœtus pilis & unguibus formatis
    - *Mas* trium menſium.
    - *Fœmina* quatuor menſium.
  - *Ortus.* Oritur & ſeruatur menſe { *Septimo* / *Nono* } à conceptione.

**B.** *Membra*, ſeu partes humani corporis, ſunt aut

- *Simplices* ſeu Similares (quæ in partes eſſentia diuerſas diuidi minimè poſſunt) atq; uel
  - *Internæ*: ut
    - *Oſſa.* De quibus uide in ſequentibus ſignum I.
    - *Cartilagines.* Vide in ſequentibus ſignum II.
    - *Ligamenta.* Vide in ſequentibus ſignum III.
    - *Membranæ.* Vide in ſequentibus ſignum IIII.
    - *Glandulæ.* Vide in ſequentibus ſignum V.
    - *Adeps.* Vide in ſequentibus ſub ſigno VI.
    - *Venæ.* Vide in ſequentibus ſignum VII.
    - *Arteriæ.* Vide in ſequentibus ſub ſigno VIII.
    - *Nerui.* Vide in ſequentibus ſub ſigno IX.
    - *Muſculi.* Vide in ſequentibus ſub ſigno X.
  - *Externæ*: ut
    - *Cutis.* Vide in ſequentibus ſignum XI.
    - *Vngues.* Vide in ſequentibus ſignum XII.
    - *Pili.* Vide in ſequentibus ſignum XIII.
- *Compoſitæ*, ſeu inſtrumentales (quæ in partes diuerſæ eſſentiæ diuidi poſſunt, non in ſimiles) atq; uel
  - *Trunci*
    - *Capitis.* Vide in ſequentibus ſignum XIII.
    - *Thoracis.* Vide in ſequentibus ſignum XV.
    - *Ventris.* Vide in ſequentibus ſignum XVI.
  - *Artuum.* Vide in ſequentibus ſignum XVII.

# De Oſsium conſtructione, ſeu cognitione, in genere.

**I.** *Oſſa* ſunt cæterarũ hominis partium duriſsima & aridiſsima, maximeq; terreſtria & frigida, & ſenſus (præter ſolos dentes) expertia. Prima horũ generatio ex ſemine eſt: nutritio uerò ex eorum medulla & ſanguinis parte terreſtriore & frigidiore. Cæterùm in his ratio habẽda eſt tum

- *Commiſſurarum*, quib. oſſa inuicẽ cõmittuntur: atq; harum differentiæ ſumuntur à cauſis
  - *Internis*, Materia ſcilicet & Forma. Sic oſſa inuicẽ cohærẽt, aut
    - *Vniuerſa*: ut Sceleton.
    - *Aliqua*: atq; uel per
      - *Articulum*: ut
        - *Diarthroſis*, q̃ eſt dearticulatio: cuius tres ſunt ſpecies
          - *Enarthroſis*, cum excipiens cauum altum admodũ eſt, caputq; quod in id inſeritur, oblongum.
          - *Arthrodia*, quæ cauum leniter, & in ſuperficie, & capitulum etiam depreſſum habet.
          - *Ginglymos*, quæ eſt, qua oſſa ſeſe inuicem ingredientia coniunguntur, quemadmodum uertebræ inter ſe ac humerus cubitusq; alligantur.
        - *Synarthroſis*, quę coarticulatio dicitur: atque huius quoque tres habentur ſpecies
          - *Sutura*, quæ eſt compoſitio quædam ad conſutarũ rerum ſimilitudinem.
          - *Harmonia*, quæ oſsium ſtructura eſt, per ſimplicem lineam, citra omnem tuberis, ſinus & aſperitatis mutuum ingreſſum commiſſa: ut maxillæ ſuperioris oſſa, & præſertim naſi.
          - *Gomphoſis*, eſt cum ad inſtar claui os oſsi infigitur, ut dentes maxillæ.
      - *Vnionem*: ut Symphyſis, quæ eſt oſsiũ naturalis unio, ſeu inter ſe inuicẽ cohærentia: cuius tres ſunt ſpecies
        - *Synchondroſis*, cum oſſa cartilagine inter ſe inuicem connectuntur.
        - *Syneuroſis*, quando inter ſe inuicem oſſa neruis coaleſcunt.
        - *Syncarcoſis*, cum carne oſſa inter ſe inuicem committuntur.
  - *Externis*: Fine ſcilicet. Sic oſsium compoſitio, aut
    - *Motum* edunt
      - *Manifeſtum*: ut Diarthroſis.
      - *Obſcurum*: ut Synarthroſis.
    - *Nullum* penitùs habent motum: ut
      - *Sutura*, Gomphoſis.
      - *Harmonia*, Symphyſis.
- *Oſsium* ipſorũ, quę ſũt aut
  - *Partium* ipſorũ: atq; hæ ſunt uariæ: uidelicet
    - Κῶλον, id eſt, artus, aut membrum: quatuor duntaxat membris accõmmodatur, brachio ſcilicet, cubito, femori & tibiæ.
    - Ἐπίφυσις, id eſt appendix, applantatio, adnexus, additamentũ, adnatũ. Eſt os alteri oſsi adnatum, & peculiarem obtinens circũſcriptionẽ, neq; illius oſsis cui cõmittitur, uera portio.
    - Ἀπόφυσις, id eſt, proceſſus, exceſſus: eſt oſsis pars, nihil à ſuo oſſe differens, quàm quod tuberculi ſeu gibbi inſtar ex oſſe procedit, quemadmodum ex arboris trũco radices ramiq; extuberare ac procedere uidentur. Eiuſmodi proceſſus ſunt in uertebris, &c.
    - Κορώνη, id eſt, cornix. At ueteres Græci in oſsibus hac uoce acutum ſignificabant proceſſum, quem ad arcus cornu & inciſionẽ, ubi neruus ſedet, referebãt. Huius generis unus utrinq; in inferiori maxilla habetur, cui temporalis muſculi tendo inſeritur, &c.
    - Κεφαλή, id eſt, caput. Qui hac uoce appellant oſsis tuberculum, alterius oſsis cauum articulationis motusq; arbitrarij occaſione ſubintrans, &c.
    - Ἄρθρον, id eſt articulus: eſt oſsium commiſſura ad motum parata.
    - Κόνδυλος, Latini nunc articulum, nunc nodum, nunc gibberum, nunc caput, nunc capitulũ, nunc digitorum oſſa uertunt.
    - Τράχηλος, Latini collum & ceruicem nuncupant: tenues oſsium ſunt proceſſus, quorum extremum craſsius redditum in oſsis caput finitur: ut in femore, iuxta clatiſsimum ipſius caput coxendicis oſsi inarticulatum, & in maxilla inferiori, &c.
    - Κοτύλη, & κοτυληδὼν, ac deinde ὀξύβαφον, Latini in oſsium deſcriptione, acetabulũ & acceptabulum, & uulgò pyxidem, & interdum buccellam uocãt: his nominibus ſinus indicantes, qui altius profundiúſue deſcendũt, excauanturq;, ac oſsium capita excipiunt. Obſeruantur autem eiuſmodi ſinus ſeu acetabula, in coxendicis oſſe, ubi femoris caput admittitur: deinde in oſſe cymbam referente, in quem tali caput ingreditur, &c.
    - Γλήνη, ab ocularis ſinus forma ſinus dicitur, qui leuiter & ſuperficietenus tantũ cauatus eſt: ac talis occurrit, ut ignores num aliud os admittat, aut aliud os ſubeat, nihilo ſecus quàm ſi duo plani læuigatiq; aſſeres inuicem imponerentur.
    - Ἴτυς, ὀφρύς, ἄμβωνες, χεῖλη, quæ Latinis ſupercilia & labra nuncupantur. Sunt autem proceſſus ad ſinuum orbem inſtar labrorum prominentes, & ſinus profunditatem augentes. Hi tametſi in omnibus articulis ferè & oſsium commiſſuris conſpicui ſint, euidentiſsimè tamẽ ipſorum naturam, in profundiſsimis ſinibus oſtendunt. Quare etiam in coxendicis oſsis ſinu, cui femur inarticulatur, altiſsima maximeq; prominentia uidentur ſupercilia, ut ſinũ impenſius cauum redderent, femorisq; luxationem accuratius prohiberent.
    - Βαθμίδες, ſinus quidam ſunt, qui baſis firmamentique ritu, ultrà quàm animanti ex uſu ſit, os moueri haudquaquam ſinunt. In anteriori enim humeri ſede, & in poſteriori ſinus exculpitur, ſingulos ulnæ proceſſus excipiens, &c.
  - *Integrorum*. Vide in ſequentibus ſignum A.

A. *Oſsium* ipſorum, ſiue integrorũ differentiæ in

- *Genere*: ſumuntur à
  - *Cauſis*
    - *Internis*: uidelicet
      - *Materia*. Sic oſsium alia
        - *Solida*, atque uel
          - *Effracta*, ſed exterius quaſi continua cruſta, aut lamina obducerentur, ſolida apparent.
          - *Minus* effracta, ſed planè ſolida, neq; quouis pacto effracta, iuterius cauernulis ſinibusúe obſita uidentur: ut naſi oſſa, & minimum in oculorum ſede, &c.
        - *Minus* ſolida, ſed aut ſinibus
          - *Magnis*, quæ præter cauernulas nulla ſerie aut numero poſitas, amplum aliquem & inſigniter cauum exigunt ſinum, qui ſolidiſsima ualidiſsimaq; oſsis ſubſtantia circundatus in extremis angulis, oſſeis ueluti lineis interſtinguitur. Hunc ſinũ ſingula oſſa, quibus obtigit, unicum ferè adipiſcuntur: cuiuſmodi ſunt oſſa pedij, poſtbrachialis, femoris, tibiæ, &c.
          - *Paruis*, cauernulisq; compactiſsimæ ſpongiæ, uel leuiſſimi pumicis foramina quàm proximè referẽtibus, intus oppleta cernuntur, quandam fungi ſpeciem exprimentes: ut oſſa brachialis, ſacrum os, uertebrarum corpora, &c.
      - *Forma*. Sic oſſium alia
        - *Ampla*
          - *Cum* foraminibus
            - *Amplis* peruijs: ut
              - *Occipitis*.
              - *Pubis*, &c.
            - *Paruis*: ut
              - *Capitis*.
              - *Maxillarum*, &c.
          - *Sine* foraminibus: ut
            - *Scapulæ*.
            - *Verticis*.
            - *Sacri* oſsis, &c.
        - *Anguſta*, ut
          - *Fibulæ*.
          - *Radius*.
          - *Vlna*, &c.
    - *Externis*
      - *Efficiente*.
      - *Fine*, ſeu uſu. Sic alia conferunt
        - *Corpori*
          - *Vniuerſo*. Nam alia tanquam fulcra roboris nomine procreantur: ut
            - *Tibiarum*.
            - *Femorum*.
            - *Dorſi*, &c.
          - *Partibus*
            - *Articulis* quorundam oſsium præficiuntur, ne illi plus ſatis laxè moueantur, aut in nimiũ acutos angulos inclinentur: ut ſeſami oſſa.
            - *Reliquis* partibus ſunt tanquã propugnacula, tutiſſimiq; ualli & muri: ut
              - *Caluariæ*.
              - *Vertebrarum*.
              - *Spinæ*.
              - *Coſtæ*.
              - *Pectoris* os, &c.
        - *Cibo*, quæ incidunt, confringunt, atterunt, & molunt cibũ: ut dentes.
  - *Accidentibus*
    - *Qualitate*
      - *Viſu*. Sic oſsium alia
        - *Manifeſta* ſeu nuda, ut dentes.
        - *Occulta*, ſeu tecta, ut reliqua oſſa omnia.
      - *Tactu*. Sic alia
        - *Senſu* prædita: ut dentes.
        - *Senſus* expertia: ut reliqua oſſa omnia.
    - *Quantitate*. Sic alia
      - *Magna*, ut
        - *Femoris*.
        - *Tibiæ*, &c.
      - *Parua*: ut
        - Brachialis oſſa.
        - *Dentes*, &c.
- *Specie*. Vide in ſequentibus ſignum B.

- B. *Oſsium* differētiæ in ſpecie, ſunt aut
  - *Trunci*, atque uel
    - *Capitis* partiſque
      - *Superioris*: uidelicet Cranei
        - *Totius*. Atq; huius differentiæ ſumūtur potiſsimùm à figura: quę uel eſt
          - *Naturalis*, ut ſphæra quædā oblonga, eminés in occipite & ſincipite, ut neruos tam ad frontē quàm ad ceruicem permeantes cuſtodiat. Continet craneum ſuturas quinq; quarum aliæ
            - *Principales*
              - *Rectæ*. Vna eſt, quæ Græcis ὀβελιαῖα, uulgo Sagittalis appellatur. Hæc à medio poſterioris per capitis lōgitudinem ad mediam uſq; anteriorem extēditur. Vide apud Veſ. lib.1.cap.6.fol.20.fig.3. ſignum E. in prima editione.
              - *Tranſuerſæ*: ſunt duæ,
                - *Vna* anterior, Coronalis dicta, in ſincipite eſt. Vide apud eundē & eodē in loco, ſignum *A. B.*
                - *Altera* poſterior, in occipitio eſt, quę λαμβδοειδὴς dicitur. Vide apud eundem fol. 21. in fig.3. & 4. fig. *C. D.*
            - *Minus* principales, Tēporales, Squamoſę dictæ, quarum altera in parte
              - *Dextra*. Vide apud Veſ. lib.1. fol.21. fig.4. ſignum *F.*
              - *Siniſtra*. Vide apud eundem, fol.20. fig.3. ſignum F.
          - *Præter naturam*: & ſūt quatuor, quarum
            - *Prima* eſt, cum anterior eminentia imminuitur. Veſ. lib.1. cap.5. fig.2.
            - *Secunda*, cum poſterior minuitur eminentia. Vide in fig.3.
            - *Tertia*, cui deficiunt utræq; eminentiæ ſimul. Vide fig.4.
            - *Quarta* ſpecies acuminati capitis cogitari quidem poteſt, ſed fieri nō poteſt: ut ſi caput ad utrāq; aurem efficeretur prominētius, quàm in fronte & occipitio. Vide fig.5.
            - *Vide* apud Veſ. lib.1. cap.5. fol.18. in 1. edit. fig. 2.3.4. & 5.
        - *Partium* ſunt oſſa octo: quorū
          - *Externa* ſeptem: nempe
            - *Verticis* duo
              - *Dextrum.*
              - *Siniſtrum.*
              - *Vulgò* Parietalia appellantur. Vide apud Veſ. lib.1.
                - *K.* in 4. figura.
                - *L.* in 3. fig.
            - *Frontis*, unum coronale dictum. Vide eodē in loco, in fig.3. & 4. fig. *L.*
            - *Occipitis*, unum denſiſsimum eſt. Vide eodem in loco, in fig.4. fig. *M.*
            - *Temporū*, duo
              - *Dextrum.*
              - *Siniſtrum.*
              - *Squamoſa* uel petroſa dicta. Vide eodē in loco ſignum *N.*
            - *Palati*, unum, Sphenoides, & os cunei dictum. Vide *O.*
          - *Interna*, ſunt admodum foraminulēta & cauernoſa, meningibus uerſus cerebrū præpoſita, Ethmoeidea, uulgò colatoria appellātur, quòd per ea à cerebro humores in nares defluant, & aer inſpiratus ſurſum in cerebrum deferatur: & pro unico ſumimus oſſe. Vide apud eundem, fol.22. fig.5. ſignum Σ.

      *Os ad radicem linguæ ſitum eſt, quod ὑοειδὴς à ſimilitudine literæ υ appellant, quanquam ſit minimum, maximas tamen utilitates habet.*

      - *Inferioris*: uidelicet faciei: quorū alia
        - *Muſculo* temporis præpoſita, in utraq; faciei parte unū, os iugale, uulgò os pacis dictum, medullæ expers, denſum atque inſtar lapidis durum. Quod tranſuerſum in medio ſuturam habet: cuius pars
          - *Anterior* tum parte ſupercilij extrema ad paruū oculi angulum continuatur.
          - *Poſterior* cū capitis oſſe, quod iuxta aurē habetur, cōiungitur.
          - Vide fol.22. fig.5. ſignū *V. X.*
        - *Maxillæ*
          - *Superioris*: & ſunt quatuordecim.
            - *Sex* ad radicem oculorum, utrinq; tria.
            - *Duo*, in quibus omnes (exceptis inciſorijs) firmantur dentes.
            - *Duo* ſub narium foraminibus.
            - *Duo* narium.
            - *Duo* in maxillæ extremitate, in quib. dentes inciſorij infiguntur. Vide eodē in loco, fol.20. fig.3. & 4. ſignū *Q. S. V. X. Z.*
          - *Inferioris*, ſunt duo. Vide apud eundem, lib.1. cap.10. fol.43.
        - *Dentes* ſunt 32. quorum molares uiginti, inciſores octo, canini quatuor habentur. Hi incidendis & confringendis & atterendis, molendiſq; cibis priuatim conducunt. Vide apud eundem, fol.45. cap.11.
    - *Thoracis*. Vide in ſequentibus ſignum C.
  - *Artuum*. Vide in ſequentibus ſignum D.

- **C.** *Thoracis* oſſa (uide apud Veſal. lib.1. c. 60. fol. 163. & 164. & 165. fig.1.2.&3. ſignũ *I. K. L. M. N.*) ſunt partium, uel
  - *Extremarũ*: & quidem
    - *Superiorũ*, quorũ alia
      - *Antè* proponuntur: & ſunt duo, quæ claues & clauiculę appellãtur, quòd ſterno ſcapulas firmẽt: Hæc oſſa ſunt fiſtuloſa, rotunda, quæ ab utroq; latere ſummæ pectoralis oſsis extenuati annectuntur, extremitatibus autem alijs cum ſcapularum oſſe cohærent. Vide *Q.*
      - *Retrò* opponuntur: & duo ſunt, quæ ſcapulæ, uulgo Spathulæ, & Græcis ὠμοπλάται appellantur, utrinq; unum magnum poſteriori thoracis regioni, uerſus ſuperiora innituntur, ac occipitis oſſi, ceruicis, thoracisq; uertebris, coſtis & oſsi υ literam referenti, copulantur. Vide *R*
    - *Inferiorum*: & ſũt quatuor
      - *Os ſacrum*, quod à quibuſdam ἱερὸν, id eſt magnum appellatur, fini dorſalis ſpinæ accumbit, & ex tribus particulis Galeno, interdum quinq; uel ſex componitur. Vide *M.* eodem in loco.
      - *Os coccigis*, eſt os caudæ, & tribus oſsibus Galeno, interdum quatuor conſtruitur. Vide *N.*
      - *Oſſa* duo (Θ) cum ſacro oſſe coniuncta, ampliſsima, unum ab utroq; latere rectis magnisq; oſsis ſacri proceſsibus oppoſitum, omoplatæ reſpondens, cui integro nomen nullum inditum eſt. Nam
        - *Supernè*, qua parte latum eſt, os ilium & Anchæ uulgo dicitur. Vide *o.* eodem in loco.
        - *Qua* parte autem femoris caput in ſuum ſinum recipit, os Iſchij & Coxendicis uocatur. Vide *ϖ*.
        - *Antè*, ad pudenda, qua magis tenue & foratũ eſt, os pubis & pectinis dicitur *ρ*. Vide apud eundẽ lib.1. fol.163.164.& 165.
  - *Mediarũ*: uel
    - *Anteriorum*, Vnum, os pectoris (O) Græcis στέρνον, ſeptem oſsibus conſtans, in cuius imo cartilago quædã dependet, quæ in mucronem gladij modo exacuitur, certum propugnaculum exiſtens oris uentriculi, & partis phrenon, quæ ibi eſt, pòſt autem & cordis, quæ Græcis ξιφοειδὲς appellatur. Latinis uerò malum granatum, quanquam ab aliquibus etiam os pectoris totum ξιφοειδὲς dicatur. Vide *P.* apud eundem, eodemq; loco, fol.163.
    - *Poſteriorum*: & uel
      - *Vertebræ*
        - *Colli*, ſunt ſeptem, & omnium minimæ. Prima latiſsima tenuiſsimaq; eſt, ſecunda anguſtior & ualidior, ac reliquæ deinceps eodem modo ſe habent. Vide apud eundem, lib.1.cap.14. fol.57. ſignum *A B.*
        - *Dorſi*, ſiue Metaphreni, ſunt duodecim. Vide *C.D.*
        - *Lumborum*, quinque. Vide *E,F.*
        - *Oſsis* ſacri, ſex. Vide *G. H.*
        - *Oſsis* coccigis, quatuor. Vide *I.K.*
        - (Dorſi … coccigis:) *Eodem* in loco.
      - *Coſtæ*, Grecè πλευραί: ſunt numero 24. utrinq; duodecim. Rariſsimè enim cernitur tertiadecima, tũ & rarius undecima: quarum aliæ
        - *Perfectæ* ſeu ueræ, quæ pectoris oſsibus anteriori parte cohærent: & ſunt ſeptem ſuperiores. Vide apud Veſ. lib.1. cap.19. fol.86. ſignum 1.2.3.4.5.6.7.
        - *Imperfectæ* & mendoſæ: & ſunt quinq; inferiores, quarum octaua ad radicem cartilaginenſi formis conſiſtit: reliquæ quatuor in thoracis latere deſinunt, Vide eodem in loco, ſignum 8.9.10.11.12.

- **D.** *Oſſa* artuum ſunt uel
  - *Manus*: quæ ab humeris incipit, & in digitorũ extrema deſinit: atq; ſic
    - *Humeri*, ſeu brachii, os unum omnium totius corporis, femore tantùm excepto, maximum, idq; utrinq; ſuprà infraq; alligatum eſt. Summa eius pars grandiuſculum habet caput, paruæ quidem ceruici coagmentatũ adnatumq;. In eo iuxta anteriorem partem ſinus quidam eſt, cuidam quaſi patulæ ſciſſuræ ſimile, qui totũ ipſum *caput in duo quaſi tubercula biſariam diuidit. Pars autẽ inferior* in tubercula deſinit inæqualia, quorum ei, *quod extrinſecus ſitũ eſt, radij capitulum annectitur: cum eo uerò, quod eſt interiore in parte, nullũ os prorſus cõmittitur.* Eamq; ob *cauſam etſi paulo pòſt grandius, longè maius apparet, quàm os exterius. In ima hu*meri parte ſinus perſimilis eſt concauis trochlearũ orbitis, cubitus hunc circũ mouetur. Vbi autem ſinus hic deſinit, in extremis utrinq; lateribus duo prætereà ſunt ſinus, quorũ anterior poſteriore eſt minor. Ii cubiti córonas, hoc eſt acutos proceſſus excipiunt: horumq; anteriorẽ, cũ cubitus omnino flectitur, anterior ſinus: cum tenditur, poſterior poſteriorem recipit. Cæteræ humeri partes rotundæ, nec rectæ, nec ſimiles ex toto, gibbæ quidem anteriore atq; exteriore in parte, in poſteriore atq; interiore ſimæ ſunt. Vide apud eundẽ lib.1. cap.60. fol.163. ſignum *S.*
    - *Cubiti* (*T.V.*) ſeu ulnæ (eſt ea pars, quæ inter humerum & carpón, quod brachiale uocant, ſita eſt oſſa ſunt duo, quorũ alterum
      - *Superius*, Græcis κερκὶς, Latinis radius & focile minus appellatur. Huius pars extrema ſuperior, leniter caua, exterius humeri tuberculum recipit, eiq; alligatur: cuius quidem connexionis id munus eſt, totam uidelicet manum modò in pronum, modò in ſupinum adducere. Vide eodem in loco, fig. *X.*
      - *Inferius*, Græcis πῆχυς, Latinis cubitus uel ulna, & focile maius uocatur. Hoc duos acutos habet proceſſus, quos coronas uocãt, quorũ anterior minor, alter quidem grandior: ab ijsq; cubiti ipſius ſinus, ſigmæ literæ ſimilis cõprehenditur. In hunc ſinum humeri orbita, quę trochleę ſimilis inter duo eius tubercula ſita eſt, inſeritur. Huius autem nexus tendendi, curuandiq; totam manum, officium eſt. Vide eodẽ in loco *Y.*
    - *Manus* ſũmę: & quidem
      - *Brachialis*, ſeu carpi (*Z*) ſũt octo, duplici quidẽ ordine diſtincta, cuius
        - *Superior* pars ex quatuor oſsibus cõſtat, quæ in rotundam quaſi figurã ſtructa cũ cubito radioq; & ſtyloide proceſſu annectuntur, quorum
          - *Primum* os, quod minimum digitum ſpectat, exiguo leniq; ſinu, ſtyloide cubiti proceſſum recipit.
          - *Secundum*, ijs partibus inſidet, quæ iuxta proceſſum cubiti ſtyloide potiſsimùm ſitæ ſunt.
          - *Tertium*, in his, ubi potiſsimùm ſedem habet, ubi cubitus radiusq; inter ſe copulantur.
          - *Quartum*, quod bipartitum eſt, à radio comprehenditur.
        - *Inferior* quatuor ipſius oſsibus metacarpio colligatur.
      - *Poſtbrachialis*, ſiue Metacarpij, ſunt quatuor, quæ inter digitos ac carpum palmam explent, carpoq; per ſynarthroſin alligantur, Γ. fol. eodem.
      - *Digitorum*, ſunt quindecim, quæ & internodia, & articuli, & acies uocantur. Sunt hæc oſſa dura ac denſa, non tamen medullæ penitùs expertia. Δ. Δ. fol. eodem.
  - *Cruris*, Vide in ſequentibus E.

*E. Cruris*

E.

*Cruris*, quod ab iſchij articulo incipit, & ad extrema uſq; digitorũ deſinit. Horum alia

- *Conſentanea:* & uel cum
  - *Brachio:* cuiuſmodi eſt os
    - *Femoris*, brachij oſsi reſpondens, quod & μηρὸς uocatur, omnium corporis oſsium merito maximum fuit, quum totã corporis molem uehat. Id ſuprà coxendici, infrà tibiæ alligatur. Superiori in parte rotundiſsimum caput habet, prolixæ quidem ceruici ad interiora inclinatæ adnatum. Infrà leniter pateſcens, in duo tubercula deſinit, adeò quidem grandia, ut capita poſsint appellari: eaq; tibiæ annectuntur non modò membranoſis ligamentis, quibus tota dearticulatio circundatur, ſed tribus quoq; alijs ualidis rotundisq;, unum ab exteriore totius connexionis parte, ab interiore alterum, à medio poſterioris interiorisq; tertium porrigitur. Totius autem femoris forma anteriore in parte exterioreq; gibba, in poſteriore interioreq; ſima eſt. A. fol. eodem.
    - *Tibiæ* (Π.Σ)
      - *Maius*, Vlnæ reſpondens, quod κνήμη uocatur, interiore parte ſitum eſt, eiq; tantummodo femur ipſum annectitur. Et qua femori copulatur, magna quidem adnata coagmentataq; appendice duplicem in ſe ſinum habente, capita femoris ſeſe inſinuantia recipit. Inter eos tibiæ ſinus eminentia quædam ſurgit neruea, cartilaginoſaq;, quæ inter femoris tubercula ueluti in imam quandam ſciſſuram inſeritur. Φ. fol eodem.
      - *Minus*, Radio reſpondens, quod περόνη dicitur, quod & extrinſecus locatum eſt, quæ craſsitudine tibiæ admodum cedit, nec adeò protenditur, ut genu ipſum contingat, uerùm ſuprà infraq; tibiæ per ſynarthroſin alligatur, media inter ſe penitùs dehiſcunt. Ψ. fol. eodem.
  - *Manui ſummę:* uidelicet
    - *Tarſi* (c, c) quatuor, carpo reſpõdentia, quorum
      - *Vnum* Cyboeides ſeu Cubiforme uocatur, maximum & externum, terram attingens, calcaneo uerſus paruum digitum commiſſum. g. fol. eodem.
      - *Tria* innominata, Chalcoidea quibuſdam dicta, paruula, quæ paulatim attolluntur. Inferiori nauiformis parti per ſynarthroſin copulantur, cum quibus etiam exteriore ex parte cyboeides pariter porrigitur. *d, e, f*. fol. eodem.
    - *Pedis*, quinque metacarpio reſpondentia, & terram contingentia. *h, h*.
    - *Digitorum* quatuordecim
      - *Pollicis* tantùm duo. *i, i*.
      - *Singulorum* reliquorum tria. *i, i*.
- *Diſſentanea* tũ brachio tum manui: & uel
  - *Genu*, ut Patella, quod extrinſecus cartilaginoſum, rotundumq;, qua femur tibiæ annectitur, appoſitum eſt, quod gibba & ueluti tubercula ſubiectorum oſsium aptis finibus comprehendit, paululum intumeſcens, quod inter femur tibiamque ſpacium patet, complectitur: *idipſum os à nonnullis Mola appellatur*. Ξ.
  - *Pedis*, & ſunt tria
    - *Aſtralagus*, Latinis Talus, ab imis tibiæ ſuræq; proceſsibus paulo antè dictis comprehenditur. Eius pars, quam [illegible] uocant, ſurſum uergit. Poſteriores leuigatæ omnes, modiceque orbiculatæ ſunt, & ad ſuperiora potius ſpectant. Anteriores rotundo quidem capite oblongæ ceruici adnato, cum eo oſſe connectuntur, quod Scaphoeides nuncupatur. Ω.
    - *Calcaneus*, ſeu calcis os, id rotundas partes ex talo recipit, & geminos, quos habet, exceſſus in ſinum eius percommodè inſerit. Pars uerò, qua ingredimur, leniter rotunda & latiuſcula eſt. Poſterior quoq; rotunda eſt, eaq; tibiæ rectitudinem admodum excedit. Ex partibus eius anterioribus, quæ è regione magni digiti ſita eſt, ipſius tali capiti ſubiacet, nec cum altero oſſe copulatur: at eius extremitas, quæ minimo digito reſpondet, cum eo oſſe, quod Cyboeides uocant, per ſynarthroſin nectitur. *a*.
    - *Nauiforme*, Σκαφοειδὴς dicitur, talo coniungitur *b*. fol. eodem.

QVOD *ſi quod oſsiculum alibi, utpote in corde, in naſo, in gutture, itemq; in aliquo ex digitis, ut quæ à Seſami ſimilitudine Seſamoeidea uocant* (k) *non neceſſarium eſt, hoc in loco recenſere. Galen. lib. De oſsibus.*

# De Cartilaginum conſtructione.

II.

*Cartilagines* oſſe molliores ſunt, terreſtres, ac duriſsimæ partium corporis ſecundum os: prorſus ſolidæ, & nullis foraminibus cauernulisq; oſsium modo intus oppletæ, at ſenſus & medullæ expertes. Nutriuntur à mucoſo & lento humore. Harũ differentia in

- *Genere:* ſumitur ab
  - *Aetate*. Nam in corporib. ætatis
    - *Minoris*, molles ſunt cartilagines.
    - *Grandioris*, durę ſunt, ut fragilis oſsis naturam referant.
  - *Vſu*. Sic cartilago
    - *Laryngis*, *Naſi*, *Coſtarum*: *Oſsium* munere fungitur, ubi nullo oſſe locato, muſculi ſuam inſertionem tentant.
    - *Articulorum*, efficit, ut in continuis frequentibusque motibus attritu minus uitientur.
    - *Commiſſurarum*, non ad motum inſtitutarum, glutinis uicem ſubit.
    - *Palpebrarum*, &c. pilos erectos tenet, &c.
- *Specie*. Vide in ſequentibus ſignum A.

A. Car-

- *A Cartilaginũ differẽtiæ in ſpecie, ſunt aut*
  - *Trunci*
    - *Capitis:* uidelicet
      - *Palpebrarũ:* ſunt cartilagines duæ, quarum
        - *Natura.* Vtcunq; molles & longæ, utriq;, tam inferiori quàm ſuperiori palpebræ cõtigit una cartilago, in palpebrarum extremo, qua illæ inuicẽ conniuent, locata; & inter cutem & membranulam palpebras intus ſuccingentem repoſita.
        - *Vſus.* Vt his pili (quos Cilia uocant) infigantur, in illiſq; tanquã in durius quoddã ſolũ inſerti erigantur. Ideo enim hæ potiſsimùm creantur, ut pilos illos erectos, neq; cæterorum pilorum modo flaccidos dependenteſq; cõtineant. Deinde etiã creantur, ut muſculorum palpebras mouentium implantationi ſubſeruiant.
      - *Naſi:* ſunt quinque, quarũ
        - *Duæ* ab inferiori naſi oſsium ſede, qua hæc aſpera & latiora, quàm ſuperiori ſede ſunt, enaſcũtur, quæ deorſum in anteriora exporrectæ, inuicemq; cõiunctę, ſenſim molliores euadunt, ac in extremo ueluti in cartilagineũ ligamentum degenerantes, totam anteriorem naſi regionem conſtituunt, quæ à naſi oſsium inferiori ſede ad naſi terminum apicemque pertinet.
        - *Vna* ab oſſeo ſepto narium foramina dirimente enaſcitur, mollis quoq; ac ligamẽti naturæ compos, quæ à tota anteriori ſepti illius ſede antrorſum procedẽs, internæ duarum primarum cartilaginum regioni ſecundum ipſarum longitudinem adnaſcitur. Hæc partitione in ea naſi parte, quę ueluti ex faciei planitie porrigitur, naſi foramina interdiuidit; quemadmodum oſsium illud ſeptum ipſa foramina inibi diſiungit, qua ſuper palati regionem à naſo ad fauces uſq; ducuntur.
        - *Duæ*, quæ præcedentibus tribus, utrinq; nimirum ſingulæ accedunt, quæ magis adhuc alijs cartilaginibus ligamentorum naturæ participant, & orbiculatim ſingulæ unum naſi foramen cõſtituunt. Cartilagines hæ interius ſuis lateribus inuicẽ colligantur, & aliarum naſi cartilaginum extrema integunt, *ſolæq; motu* donãtur uoluntario, cuius ope ſurſum deorſumq; & introrſum extrorſumq; uelluntur, *proprijs in hoc* donatæ muſculis. Harũ cartilaginũ latiores millioreſq; partes in naſi lateribus cõſiſtunt, *ac naſi alæ* nuncupantur, quòd quaſi alarum modo nares occludant, referentq;, ita homini inter reſpirandum inſignem uſum præbentes.
      - *Auris:* eſt una, cuius
        - *Natura.* Enaſcitur ex orbiculo foraminis auditus meatui in temporis oſſe cælati: cuius circũferentia ideo exaſperatur, ut promptius auris cartilaginẽ educat. Eſt mollis & tenuis, tanto ſemper à capitis oſſe uerſus auris extrema mollior euadẽs, quanto auris orbiculo propius accedit, & quo minus ſuſtinere aliquando debet. Ac proinde in auris pinnicula huius cartilaginis nulla exporrigitur portio, quòd ſcilicet hanc propendentem, neq; erigi neq; ſuffulciri oporteat. Porrò ad temporis os hæc cartilago durior ſentitur, & ut firmiori radice hæreat, craſsior.
        - *Vſus.* Vt cute ueſtita auris corpus inſtar uanni conſtituat, idemq; commodè ſuſtineat & erectam ſeruet.
    - *Thoracis.* Vide in ſequentibus ſignum B.
  - *Artuũ* aut
    - *Cõprehẽdendi:* uidelicet
      - *Humeri:* & partis uel
        - *Superioris* ſeu capitis, cartilago læuis, quæ ſcapulæ ſinui articulatur.
        - *Inferioris*, cartilago læuis, quæ radij cum humero articulationi ſubſeruit.
      - *Cubiti*
        - *Vlnæ*, qua brachiali articulatur.
        - *Radij:* & uel partis
          - *Superioris* ſiue capitis, quæ ſinu ulnæ excipitur, in quo uoluitur.
          - *Inferioris*, cartilago, qua ulna excipitur.
      - *Manus*, cartilagines lęues & lubricæ, tum capitum, tum ſinuum.
    - *Ambulandi:* & uel
      - *Femoris:* & uel partis
        - *Superioris*, ſeu capitis, cartilago læuis.
        - *Inferioris*, cartilago læuis.
      - *Tibiæ:* & uel partis
        - *Superioris*, ſinum adaugens
          - *Dextrũ*, quo externũ femoris caput excipitur, cartilago ſimplici exactè mollior, ęqualis, lubrica, lęuis, unctuoſa.
          - *Siniſtrum*, cui internum femoris caput articulatur, cartilago ſimplici exactè mollior, impensè æqualis, lubrica, læuis, unctuoſo humore oblita.
        - *Inferioris*, cartilago læuis, qua tibia talo coarctatur.
      - *Pedis:* & uel
        - *Tali*
          - *Qua* internum tuberis latus interno malleolo committitur.
          - *Qua* tuberis ſinus externum malleolum excipit.
        - *Calcis*
          - *Tuberis* uel capitis, cartilago læuis in tali ſinum ingrediens.
          - *Anterioris*, cartilago lubrica.
        - *Naniformis*, &c. Cartilago lubrica, &c.

**B.** *Cartilagines* thoracis: & quidem partium

- *Exteriorum*, & uel
  - *Superiorum*
    - *Scapularum*, quarum cartilago, externa ſedes craſſa eſt, ſenſimq́; ad ſinus centrum ducta gracileſcit, ac multò ante centrum deſinit: quaſi quis ſinum in abitu anulo augeret, cuius orbis inſtar trianguli eſſet contuſus: & iſtius trianguli externũ latus exteriorem articuli ambitum reſpiceret: inferius uerò latus ſinui incumberet: ſuperius aũt humeri caput ſpectaret, adeò ut duo anguli ambitum articuli contingerent, tertius interim ſinus centrum ſpectaret. In huius ſinu cartilaginem ligamenti ſubſtantiæ, compotẽ Natura crebrò effingit, qua ſinũ auget, profundioremq́; efficit, nimiamq́; luxandi promptitudinem multum corrigit, parum interim laxiſsimos differẽteſq́; brachij motus, quibus maximè indigemus, præpediẽs. In ambitu enim huius ſinus ea cartilago ponitur, ſcapulæ interim, neq; etiam humero connata, ſed tantùm ligamentis articulum in orbem amplexantibus adnexa.
    - *Clauicularum*, Cartilago tenuis undecunq; eſt, ac æqua omni ex parte conſtat craſſitie, & qua ſinum reſpicit, admodum læuis eſt, & unctuoſo humore perfuſa, ſinuiq́; ſeu pectoris oſsi nuſquam connata. Item qua cartilago clauiculæ contingit caput, pariter quoq; læuis & lubrica eſt, capiti interim non connata, ſed tantùm ligamentis articulum in orbem amplexantibus: adeò, ut & hæc cartilago non minus triangula ſit, quàm clauiculæ caput pectoris oſsi articulatum.
  - *Mediarum*
    - *Anteriorum* oſsis pectoris, mucronata cartilago, enſi comparata, ξιφοειδὲς: malum granatum, ſcutum, clypeus ſeu propugnaculum oris ſtomachi, & cordis. Vide in 5. tab. muſc. g.
    - *Poſteriorum*
      - *Vertebrarum*, quarum apicibus cartilago obnata eſt, idoneum ſubditorũ propugnaculum, ut quæ nec frangi, nec rumpi, modo fragilium friabiliumq́; ac durorum, neq; incidi & quaſſari perinde ac mollia carnoſaq́; queat.
      - *Coſtarum* cartilago, hæc non parem undiq; oſtendit ſpeciem. Inferiorum enim coſtarum cartilago mollior exiſtit: unde etiã fortaſsis nonnulli illegitimas coſtas χόνδρος, quaſi cartilagineas dicas, uocari tradunt. Superiorum uerò coſtarum cartilago durior eſt, ſolidiorq́;, ac in ſenibus intus oſſea efficitur. Huius cartilaginis moles in omnibus coſtis non eadem eſt. Prima namq; & duodecima breuibus donantur cartilaginibus. Sexta uerò, ſeptima, octaua, longiſsimas obtinent cartilagines. Primæ coſtę cartilago ampliſsima eſt, mox hanc ſecunda, & deinde tertia ſubſequuntur: duodecimæ uerò & undecimæ eſt tenuiſsima: mediarum uerò medio ſe habent modo, quarum catilagines ſubinde in progreſſu ab oſſea coſtæ ſubſtantia latiores efficiuntur. Harũ uſus, ut thoracis amplitudo promptius dilatari, conſtringiq́; poſsit, quàm ſi rigidæ & oſsis modo duræ eſſent.
  - *Infimarum*, oſsis coccigis, cartilago, eiuſdem uſus occaſione, qua uertebrarum ſpinis cartilagines obnaſci relatum eſt.
- *Interiorum*, nempe aſperæ arteriæ: & uel
  - *Capitis* ſeu Laryngis: & tribus conſtat cartilaginibus, quarũ
    - *Prima* maxima ampliſsimaque & anterior eſt, foris quidem gibba, intus autem ſima, ſcuto quodammodo ſimilis, non rotundo, ſed prælongo, unde ſcutiformis appellatur. Hæc antrorſum magis prominet, tactuiq́; magis exponitur, & ſubinde gemina, idq́; potiſsimùm in uiris obſeruatur.
    - *Secunda* minor prima, maiorq́; tertia eſt, ac maxima ſui portione in poſterioribus laryngis ſedibus reponitur, qua cibi uia deorſum à faucibus fertur. Interna huius amplitudo exactè leuis eſt, poſterior autem ipſius ſedes, ſtomachũ ſpectans, longa extuberat linea, ſecundum cartilaginis longitudinem, quaſi ſpinæ modo exporrecta, &c. Huic cartilagini nullum nomen inditum eſt, ac idcirco peculiari nomine innominata nuncupabitur.
    - *Tertia* ἀρυταινοειδὴς uocatur, quòd cũ integra adhuc eſt, & membrana tunicaue aſperã arteriam intus ſuccingente adhuc obducitur, illi ollarũ parti ſimillima ſit, qua aquam manus lauaturis affundimus. Hæc eſt ſimplex & unica, ſed membranis ſuis liberata gemina eſt.
  - *Trunci* reliqui; ſunt innumeræ cartilagines, una ſerie eademq́; forma ſeſe habentes. Forma quidẽ circulo correſpondẽt, cui quarta pars ſit execta. Cartilagines hæ in orbiculo arteriæ figuram imitantur, corpus tamen ipſorum teres non eſt, ſed quodámodo quadrangulare, multo interim latius quàm craſsius. Deinde cartilagines hæ non eandem toto corpore ſeruant craſsitiem: in medio enim craſsiores ſunt, quàm in extremis, quibus paulatim attenuantur, ac uelut in membranam degenerãt. Extremis his ſtomachum reſpiciunt, media autem parte & craſsiori anteriorem aſperæ arteriæ ſedem efficientes.

  (Prima, Secunda, Tertia, Trunci:) *Aſpera* arteria omni prorſus ſanguine uacans, primariò animãti ad aeris in reſpiratione tranſitum ductúmue cõfert, deinde & uocis organum facilè eſt præcipuum.

  - *Operculi* laryngis, quod ἐπιγλωττὶς nũcupatur, eſt cartilago mollis, & ſubſtãtia tertiæ cartilaginis ſuperiori parti prorſus ſimilis, quę laryngis efficitur operculũ, accuratè prohibens, ne quid cibi aut potus in laryngem defluat. Enaſcitur aũt hoc laryngis operculũ ampla & antrorſum curuata baſi, ab interiori ſcutiformis regionẽ iuxta partem ipſius elatiorem, hinc introrſum procedens trianguli imaginem exprimit, cuius baſim operculi à ſcutiformi cartilagine exortus, aut ipſius cum ea cartilagine connexus efformat.

De Liga-

# De Ligamentorum conſtructione.

**III.** *Ligamentum* eſt corpus ſimilare ex oſſe aut cartilagine, aut quauis duriori mẽbrana principium ducẽs, omnis propemodũ ſenſus expers, durum, ſed tamen cartilagine mollius, album, intus nõ cauum. Horũ differẽtię in

- *Genere*, ſumuntur à -
  - *Subſtantia.* Sic ligamentorum alia
    - *Mollia* magisq́; membranea, ut omnia ferè quæ in orbem arriculos ambiunt.
    - *Dura*, mediam inter ligamenta, quæ articulos & cartilagines ambiunt, naturam ſortiuntur.
  - *Situ*, Sic alia
    - *Extrinſecus* oſsibus obducuntur: ut molliora illa.
    - *Inter* ipſa oſſa, ubi ſe inuicem reſpiciunt, continguntq́;, ſituantur, quemadmodum cartilaginea propemodum uniuerſa.
  - *Forma*, Sic ligamentorum alia
    - *Lata*, membranea & tenuia, ut illud quod ſecundum cubiti longitudinem inter ulnam radiumq́; conſpicitur.
    - *Craſſa.*
    - *Teretia*, ut ligamentum ex dente ſecundæ ceruicis uertebræ.
    - *Ampla*, & lata, ut tertium humeri articuli, &c.
  - *Ortu*. Sic alia eorum principium ducunt à
    - *Solis* cartilaginibus: ut laryngis.
    - *Oſsibus*: ut genu, cubiti, humeri, &c.
  - *Vſu*. Sic eorum alia
    - *Colligant* tum oſsium articulos, tum cartilagines.
    - *Continent* tendines in ſuis ſinibus.
    - *Obtegunt* ſeu muniunt corpora quædam, quibus obducuntur.
    - *Conſtituunt*, ſeu potius muſculos intercedunt ſepti alicuius ac interſtitij uice, & muſculis durum oſsis modo renixum præbent, &c.
- *Specie*: ſũt aut
  - *Capitis*
    - *Totius*, cũ uertebra
      - *Prima*: Ligamentum uniuerſum articulum ambiens (quod & cæteris articulis commune cenſetur) forte, robuſtumq́; eſt, rarum tamen nihil, aut peculiare, præter robur craſsitiemq́; adipiſcitur.
      - *Secunda*, ceruicis: Ligamentum teres & ualidiſsimum eſt, & cartilaginis naturę participat. Hoc ex uertice dẽtis enatum, occipitis oſsi inſeritur, quà anteriorem foraminis regionem, quo dorſalis medulla delabitur, conſtituit. Id ligamentum firmiſsimè ſecundam uertebrã occipitis oſsi colligans unà cum dente ueluti axem efformat, ſecundum quam caput primæ uertebræ interuentu in gyrum agitur.
    - *Partium*
      - *Linguæ* cum faucibus: Ligamentum, quod ad palatũ reflexa lingua apertoq́; ore ſub ipſa conſpicitur, magni uſus gratia efformatum. Niſi enim eſſet, lingua nimium aliquando retrorſum in ſe colligeretur, nec facilè exerta intrò retraheretur: præterea neq; ſedẽ obtineret ſtabilẽ & tutam, ut quę undiq; eſſet ſoluta. Vtroq; enim munere ligamentum fungitur, nimirũ ut baſis linguæ ſit firma, & linguæ finis promptè quoquouerſum pertingat.
      - *Maxillæ* inferioris. Hæc maxillã inferiorem ſuperiori alligantia, ligamẽtis alios articulos mẽbranæ inſtar ambientibus reſpõdent, nihil ſibi quicquam peculiare uendicantia.
  - *Trunci*: uidelicet
    - *Vertebrarũ*, quorũ alia poſita ad
      - *Corpora*
        - *Intrinſecus*, Ligamenta cartilaginea, inter omnium uertebrarũ corpora ſita, quo colligantur.
        - *Extrinſecus*, Ligamenta ualidiſsima, per totam dorſi longitudinem, toti uertebrarum corporum ambitui obducuntur, uertebrarumq́; corpora colligãt: quę etſi undiq; craſſa, ſpiſſa & robuſta, ſed mucoſo interim humore oblita ſint, tamen in anteriori corporis ſede ad utrunq; latus ob ſui craſsitiem conſpectiorã euadunt: hæc obſtaculo ſanè ſunt, ne in extenſione dorſum nimium porrigatur, incurueturúe.
      - *Proceſſus* tranſuerſos, Ligamentum membraneum, quod ex ſingulis tranſuerſis proceſsibus in ſingulos tota interualli amplitudine porrigitur.
      - *Spinarum* interualla, Ligamenta membranea, ab una ſpina ad alteram, ſpinas inuicem colligantia, & ueluti muſculorum interſtitia.
      - *Apices*. Membranæ hæ admodum craſſeſcunt, ut ad apicem ſimul coeuntes, quaſi toti dorſi ſpinæ ligamentum conſtituant, cartilaginis etiam naturæ compos.
      - *Singulas* uertebras, Ligamentum quoddã ſubflauum, robuſtum, durum & ualidum. Ex interna enim ſede foraminis uertebræ, quod dorſali medullę exculptũ eſt, ad radicẽ ſpinæ poſterioriſúe uertebræ proceſſus inter duos aſcendentes aut deſcendentes proceſſus exoritur, quod ſemper in ſubſequentis uertebræ eandẽ ſedem inſeritur, hoc præcipuo uſu accommodũ eſt, ne uertebræ ſuo loco promptè exiliãt, præſertim ceruicis, quũ illæ laxè admodũ coarticulẽtur, & prę cæteris uertebris admodũ obliquè agãtur.
    - *Thoracis*
      - *Laryngis*: Rarum aut peculiare ligamentum prorſus nullũ obtinuit, præter membranea articulos orbiculatim cingentia: deinde in ipſius medio lingula conſiſtit, quæ conformatur ex cartilaginũ articulatione, & præcipuè cartilaginis tertiæ partibus, quæ primam cartilaginem acutis proceſsibus ſpectant, mox & eas colligante ligamento, & pingui totam laryngem ſuccingente tunica.
      - *Ilij* oſsis cũ oſſe ſacro. Ligamentum robuſtum & membraneum, uniuerſam cõmiſſuram ambiens. Portio tamen ipſius in medio, ubi inuicẽ oſſa committuntur, ſeſe inſerit, ac ita ualida craſſaq́; efficitur, ut cartilaginei ligamẽti naturã prorſus repræſentet, cuius beneficio, & demũ cartilaginis quoq; interuentu iliũ os ſacro ualidiſsimè nectitur. Quemadmodũ igitur cartilaginis interceſſu & ligamento orbiculatim cõmiſſurã ambiente, quib. oſſa inuicẽ connectũtur, ita quoq; iliũ os ſacro coarctatur.
      - *Sacri* oſsis cum Coxendicis oſſe, Ligamentũ ex latere connexus quinti oſsis ſacri cum ſexto quodammodo teres enaſcitur, atq; in acutum proceſſum coxendicis oſsis inſeritur. Ab eodem etiam latere oſsis ſacri, in oſsis coxendicis appendicem aliud ligamentum enaſcitur, quod unà cum prædicto oſſa hæc firmius connectit, & præterea recti inteſtini & muſculorum ipſius fulcrum exiſtit.
  - *Artuum*. Vide in ſequentibus ſub ſigno A.

A. *Ligamenta artuum* aut

- *Comprehendendi:* uidelicet
  - *Humeri* ſunt ligamẽta quinq;, quorũ alia humerum
    - *Deorſum* extrorſumq; ne ab acetabulo ſcapulę labatur, continẽt: cumq; in ſcapulæ acetabulũ cõnectũt: & ſunt 4. quorum
      - *Vnum* commune omnibus articulis, quod eſt amplum & membranoſum, orbiculatim ex ſupercilijs ceruicis ſcapulæ principium aſſumit, ac totum articulum ambiens, in radicem interim capitis humeri primum inſeritur, & deinde totius exterioris capitis amplitudini, ac utrinſque ceruici implantatur.
      - *Tria* peculiaria
        - *Primum* ad amuſsim quidem teres. Enaſcitur ex apice interioris proceſſus ſcapulæ, & hinc procedens, internis, anterioribusq; partibus exterioris humeri capitis circumtenditur, ualidiſsimè huius capitis ſedis impreſsioni adnatum.
        - *Secundum* ſimiliter teres, ſed craſsius maiusq; primo eſt, ex ceruicis ſcapulæ ſuperiori parte, ubi ſummo humero ſubmittitur, ortũ ducit, & interius humeri caput ſuperans, inſeritur toti illi exterioris capitis regioni, quæ ad externũ latus eius ſinus excubeiat, qui exterius caput muſculi cubitum flectentium anterioris uiam præbet. Huius ligamenti anterius latus poſteriori primum ligamẽti connaſcitur lateri, ac ſimul ambo uelut tranſuerſum ligamentum efformant, caput eius muſculi in ſinum ſuum ſeruans.
        - *Tertium* amplũ, ex eadem cũ ſecundo regione principium nanciſcitur, ac obliquè hinc porrectũ, inſeritur in totã poſteriorẽ exterioris capitis humeri ſedẽ adeò, ut præſens ligamentũ poſteriorem articuli ambiat regionem. ut enim amplum obtinet principium, ita quoq; ampliorem molitur in humerum inſertionem.
    - *Surſum*, & in anteriora, ad mediam nimirum, inter ſummum humerum, & interiorem ſcapulæ proceſſum ſedẽ luxari prohibens. Eſt enim unicum & ſimiliter ualidum ligamentũ, ab interiori quoq; proceſſu ſcapulæ ſurſum obliquè ad ſummũ humerum porrigitur, articulũ humeri cum ſcapula nuſquam cõtingens.
  - *Cubiti* ſeu radij, aut
    - *Colligãt* cubitũ, uel cũ
      - *Humero*, maximè cum eius exteriori capite. Ligamenta ualida, ſed membranea.
      - *Vlnæ*: & uel
        - *Iuxta* brachiale, Ligamenta reliquorum articulorũ membraneis ligamentis reſpondentia Sed ab apice proceſſus ſtylũ imitantis, ligamentum huius articuli durius efficitur, quaſi hinc peculiare quodammodo teres in brachialis os duceretur, quod rectum eſt, & cæteris magis cartilaginoſum, uniq; tantùm oſsi commiſſum.
        - *Per totam* longitudinem, quã inuicẽ radius & ulna dehiſcunt, ualidũ & membraneũ ligamentum, ab acutiori ulnæ linea in radij lineam inſertũ. Hoc non ſimplex conſpicitur membrana, uerùm (ut pleraq; ligamenta) ex fibris conſtatũ ſpectatur, à radio deorſum in ulnã obliquè proreptantibus. Huius beneficio, præterquàm quòd ipſo oſſa inuicẽ alligantur, interiores cubiti muſculi ab exterioribus dirimuntur, & ex ipſo muſculi etiam nonnulli ſuorum principiorum robur aſciſcunt.
    - *Muniunt*: & ſunt ſex ligamenta tranſuerſa, quæ in extremis cubiti partibus, qua brachiali articulatur, ſeſe offerũt, quorum beneficio tendines in oſsium finibus reſeruantur. At hæc ſi in ſuperficie ſpectentur tantũ, unũ eſſe uidebuntur, totius cubiti latitudini expanſũ, quod diſſectum, ſex ſpectandos offert anulos tranſeuntibus tendinibus obductos. Vnde meritò id in ſex ligamenta diſtinguitur, quorum
      - *Primum*, ex ulna in radium procedit, atq; ad cõmunem ulnæ radijq; ſinum refertur, à quo paruus digitus præcipuè extẽditur.
      - *Secundum*, ad externum primi ligamenti latus repoſitum, ſoli ulnæ illiq; muſculo peculiare eſt, qui ante paruum digitũ inſertionem tentans brachialis extenſionis opifex cenſetur.
      - *Tertium*, ad internũ primi ligamenti latus habetur, ſoliq; radio proprium eſt, eos amplectens tendines, qui quatuor extẽdunt digitos.
      - *Quartum*, ad internũ latus tertij poſitum, anguſtiſsimũ efficit anulum, ut & tendo, quẽ tranſmittit, gracilis eſt. Ille enim à muſculo procedit, qui indicẽ & mediũ à pollice deberet abducere.
      - *Quintum*, bicorni tendini, quo brachiale extenditur, & illi, qui pollicem uerſus indicẽ euertit, uiam largitur: quanquã interdum pollicis muſculo priuatum quoq; ligamentũ obducatur, adeò ut ſeptẽ tunc ligamenta in externa cubiti ſede reponãtur.
      - *Sextum*, tres tendines tranſmittit, quorum unus brachialis oſsi ante pollicem, alter primo pollicis oſsi, tertius autem ſecundo & tertio inſeritur.
  - *Vlnæ* cum humero. Quamuis tutiſsimus ſit ulnæ cum humero articulus, tamen robuſtis quoq; ligamentis humerum ulnæ Natura commiſit, quæ ſimiliter articulum in circuitu amplexantur.
  - *Manus* extremę: huius quoque ligamenta aut
    - *Colligãt* oſſa inuicẽ: & uel
      - *Digitorum*, ſunt membranea, & articulum ſolum circumdantia.
      - *Brachialis*, ſunt ualidiſsima ligamenta, cartilaginis naturam referentia, & ſimul unita hærentia, atq; hæc ligamenta ipſis undique obducuntur, & quibuſdam etiam ſedibus illa intercedunt, idq; potiſsimùm in illorum oſsium interuallis, quæ in ſecundo ordine reponuntur, quibusq; poſtbrachiale coarctatur.
      - *Poſtbrachialis*, quã mutuò in ipſarum radice iuxta brachiale ſe ſpectãt, cartilaginea ſunt, quæ nõ orbiculatim oſſa tantùm ambiunt, uerùm & in ipſorum medio habentur, qua oſſa ſe inuicem reſpiciunt. Poſtbrachialis uerò cum brachiali ligamenta ualida ſunt, per exteriora ducta.
    - *Muniunt* ſubdita corpora, inſtar tunicarum muſculis obducuntur, & ne ex ipſorum cauitatibus declinent, uinciunt, tendinesq; in ſuis finibus continent. Sunt autem ligamenta tranſuerſa, & numero duo, quorum
      - *Vnum*, uniuerſæ interiori ſede quatuor digitorũ exporrigitur, & pollicis etiam ſecundo & quaſi tertio internodio eius generis expanditur. atq; hæc omnia eundem præſtant uſum, quo tendines digitos flectentes amplexantur, & anuli modo continent.
      - *Alterum* in externa brachialis regione conſpicitur, omnes digitorũ tendines, qui hàc prorepunt, conſtringens. atq; hoc latum eſt, & cæteris omnibus huius generis robuſtius, ſed interim neque poſtbrachiale, neq; cubitum contingens.
- *Ambulandi*. Vide in ſequentibus ſub ſigno B.

PRAETER *hæc ligamenta in manu nulla ſunt, niſi & horum albo ligamenta, quæ in muſculorum conſtitutionem ingrediuntur, & proprias ipſorum membranas efformãt, reponere ſtatueris. quæ interdum in tantùm pertingunt craſsitiem, ut cum muſculi caro ipſis ſubſit, liuorem quendam muſculis inducant.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0038-9

- *Femoris* cū coxendicis oſſe, ſunt ligamenta duo, quorum
  - *Vnum* orbiculatim articulum amplectens, craſsiſsimum robuſtiſsimumq́;, ne femoris caput aliquando luxaretur, quoties uarijs motibus femur magnam corporis molem ſuſtentans mouetur.
  - *Alterum* teres eſt, & adeò durum, ut cartilagineus neruus meritò ab alijs appellatus fuerit. Hoc ex medio capitis femoris enatum, non in acetabuli centrum inſeritur: at in humilimam ipſius ſedem ubi adeps, non autem cartilago ſinui oblinitur. Nam aliter, ac ſi Natura ad ſuperiora primas femoris luxationes futuras metuiſſet.

**B. *Ligamenta* artuū ambulandi: uidelicet**

- *Genu*: cui⁹ præter cōmune ligamētum, omnibus articulis obductum, quinq; & ualida, robuſtaq́; habētur, quorum
  - *Primum*, partis anterioris, quæ membraneo ligamento prorſus deſtituitur, & tamen regio admodum fallax, & ſummoperè laboratura eſt, mola patellaúe ſimul cum illam continentibus tendinibus prætenditur, quæ cum abundè articulum ſtringat, nullo hîc opus erat ligamento, neq; etiam membraneo, omnes articulos ambiente.
  - *Secundum*, partis poſterioris, robuſtum, neruoſumq́;, quod ex media poſteriori tibiæ regione originē ducens, recta ſurſum fertur, & biſidum utrorumq; femoris capitum poſteriori ſedi, quà maximè illa dehiſcunt, implantatur.
  - *Tertium*, mediæ partis, duabus prædictis digniori maioriq́; egentis firmamento, ualidiſsimum & cartilagineum ligamentum, quod ex tota prominentiori inter duos tibiæ ſinus parte enatum, femoris poſteriori parti, quà ipſius capita maximè inuicem diſtant, cum paulo antè dicto inſeritur. Verùm præter hoc ligamentum, interdum adhuc mucoſum quoddam & gracile reperitur, in medio genu articulo locatum, in anteriori nuper dicti regione: quod ſimiliter à tibia in femur pronaſcitur.
  - *Quartum*, exterioris regionis, iniurijs magis, quàm interior patentis, teres eſt ligamentum, femoris & fibulæ tibiæq; os inuicem colligans. Huius ligamenti humilius extremum, capiti muſculi ſubſternitur, cuius tendinem ad poſteriora inferioris fibulæ appendicis perreptantem, ad pedij os pollici præpoſitum, protenditur.
  - *Quintum*, interioris regionis, quæ cæteris omnibus, & minus erat motibus famulatura, & ijs, quæ cruri lædendo occurſant minus obuiatura, ligamentum eſt iam dicto tum gracilius, tum mollius. Quod etſi ex interiori femoris latere enaſcatur, in tibiæ tamen latus non inſertatur, ſed uelut ad aliud exterius in tibiæ priora maiori ſua portione contendit.
- *Fibulæ* cum tibia
  - *Iuxta* genu, ligamentum forte, ſed ut in aliorum oſsium commiſſuris, ab exteriori tantùm parte oſsium connexum circundat.
  - *Per* totam longitudinem, qua tibia & fibula inuicem dehiſcunt, ligamentum membraneum eſt, illi par, quod in cubito repoſitum eſſe commemorauimus. atq; id à tibiæ oſſe in fibulam porrigitur, fibris intertextum à tibiæ oſſe deorſum obliquè in fibulam excurrentibus. Hoc fibulam tibiæ alligat, & interſtitij ritu anteriores tibiam occupantes muſculos à poſterioribus dirimit, illisq́; qui ipſi adnaſcuntur, exortus robur porrigit.
- *Pedis*: ex horum genere alia ſūt
  - *Tranſuerſa*, quæ tendinibus obducuntur, quorū alia
    - Colligant & ad oſsium commiſſuram ſimul faciunt: & ſunt tria, quorum
      - *Primum* in anteriori tibiæ ſede, ad ipſius cum pede articulum conſiſtit, atq; ad tibiæ os & fibulam refertur. hoc enim oſſa cōnectit, & plurimos tendines tranſmittit, & eſt unum ſimpliciter ligamentum.
      - *Secundum*, ab interno malleolo, in calcis os inſeritur, atq; oſsium quoq; alligationi auxiliatur. Hic ſi exactè diuidatur, tria ligamenta efformat, quæ priuatim ad ſuos quoſq; ſpectant ſinus, triū tendinum nomine, ut & ipſi tres ſunt exculptos: quorum ſinuum
        - *Proximus* calci muſculi tendinem admittit, qui pollicis ſecundum flectit internodium.
        - *Secundus*, tendini uiam præbet, tertios quatuor digitorum articulos flectenti.
        - *Tertius*, unà cum ligamento in poſteriori interioris malleoli ſede repoſitus, à Natura illi tendini præparatus eſt, quem muſculus efformat, inter pedis motores quintus.
      - *Tertium*, à fibula in calcem fertur, atq; ad oſsium ita colligationem iuuat: quæ autē duobus ſinibus obducitur, tantùm tendinibus famulatur, ſeptimi & octaui muſculorum pedem mouentium.
    - *Muniunt* duntaxat tendines, & ne illi ex ſuis ſinibus exurgant, uinciunt: cuiuſmodi ſunt ligamētā tranſuerſa in inferna pedis digitorum regione, ut antea quoq; in manu dictum eſt.
  - *Minus* tranſuerſa, quorū alia
    - *Membranoſa*: & ſunt quatuor, quorū
      - *Primum*, ex tibiæ oſſe in fibulam procedit, inferius tibiæ oſsi fibulā colligat.
      - *Secundum*, reliquis articulorum ligamentis reſpondens, quod uniuerſum articulum tibiæ cum talo amplectitur.
      - *Tertium*, quod omni ex parte calcis cum talo obducitur articulo.
      - *Quartum*, ualidum eſt, quod à tali ceruice in teſſeram imitans os implantatur.
    - *Cartilaginoſa*: ut ſunt ligamēta
      - *Tali* quatuor quorū duo
        - *Interius* conduntur
          - *Vnum*, in tibiæ oſsis partem, quæ talum reſpicit: innaſcitur, id os talo colligans.
          - *Alterum*, robuſtius, & admodum inſigniter cartilaginoſum, ab inferiori tali ſede propter ipſius ceruicis radicem, nimirum qua calci is committitur, principium ducit, & calci inter duas, quibus talo coarticulatur, commiſſuras innaſcitur.
        - *Exterius* oſſa ambiunt, quorum
          - *Vnum* interiori primo reſpondet, fibulam talo nectens.
          - *Alterum* tali caput oſsi nauiformi connectit. Ex tali enim ceruicis termino originem ducens, iam dicto oſsi inſeritur.
      - *Calcis* cum oſſe teſſeræ ſimili, unicum ligamentum & robuſtum.
      - *Tarſi* / *Oſsis* Cymbam imitantis } Ligamenta duriſsima & ualidiſsima.
      - *Oſsium* digitorum, & quidem partis ſuperioris, inferioris enim membranea ſunt.

# De Membranarum conſtructione, in ſpecie.

**IIII. Membranæ humani corporis quā plurimæ ſunt: quarum alia corporis**

- *Totius*, Membrana, carnoſa, cuti per uniuerſum corpus ſubdita, quæ cuticula longè robuſtior craſsiorq́; eſt, & fibris quibuſdā raris, his, qui ſubſternuntur illi, muſculis adhæret, connaſciturq́;, cuti uerò pertinacius cōmittitur. Hęc non eandem in uniuerſo corpore craſsitiem obtinet, uerùm quibuſdam corporis ſedibus, carnoſis fibris adaugetur, & craſsior reddita, adeò carnoſa efficitur, ut muſculi nomine donetur. Vide lib. 6. fol. 560. in 2. fig. thoracis T.V. & lib. 5. fol. 370. in 20. fig. fig. t.
- *Partiū*: & uel
  - *Superiorum*: aut
    - *Maximè* nobilium, nēpe cerebri, atq; huius membrana uel
      - *Extra* caluariam, ſub cute capitis eſt, ex dura matre per ſuturas enata, Græcis περικράνιος propriè, communiter uerò περιόστεος appellatur. Nam omnis membrana oſſa ambiens, communiter ipſis perioſtios dicitur. Hæc duram matrem cum cranio connectit.
      - *Intra* caluariam, cerebrum ipſum in orbē ambientes, quarum
        - *Vna* craſſa, ſiue dura. Craſſa meninx, & uulgo Dura mater dicitur. hæc non ſimpliciter cerebri tegumētum eſt, ſed contra caluariæ occurſus propugnaculum exiſtit. Nam cranium ipſa ſuccingit, & à cerebro ſeiuncta eſt, plurimumq́; ab eo diſtat, excidentibus tantùm uaſis cohærēs: dum uerò cerebrum attollitur & ſubmittitur (ipſum enim perpetuò pulſat & ſubmittitur, quanquam oſſe immobili contineatur) accedit, & ab eo recedit, pro inanis loci, qui intermedius eſt, ratione. Perforata eſt multis tenuibus foraminibus iuxta oſſa ethmoeidea, tum ut aer promptè reſpirationis gratia & uapor odorum dignotionis ad cerebrum mittatur: tum ut excrementa euacuent. Vide lib. 7. 1. figura cerebri A.A.B.B. & in tertia figura P. P.
        - *Altera* tenuis & mollis, Tenuis meninx, & uulgo Pia mater dicitur, cerebro penitùs coniuncta eſt: quoniā ipſum ſtabilit ac tegit, & præterea omnes cerebri uenas & arterias colligat, ne uacillent, inuoluantur, & per motus ſedem mutent, infirmæ innitentes baſi, ut quæ tam humido, molli, & propemodum fluido corpori inſideant. Idcirco enim neq; cerebrum ſolum continet, ſed etiam per altam ipſius regionē mergitur, & quocunq; permeat, totumq́; ipſum implicat, uaſis undequaq; ad uentriculū uſq; ſpatioſam laxitatem exporrecta: unde & χοροειδὴς dicitur. Similis eſt ſecundis & meſenterio. Hæc enim utraq; multis conſtant arterijs & uenis inuicem propinquis, & membrana ſubtili, quæ media earum ſpatia intexit. Vide libr. 7. in 2. figura cerebri E. E. in tertia figura O.O.
    - *Minus* nobiliū: nēpe
      - *Oculi*, cuius membranę ſunt quinque: quarum
        - *Prima* adnata eſt, eo quòd alijs, quæ oculum ipſum conſtituunt, tunicis, extrinſecùs adnaſcatur, ligamentum & ipſa exiſtens, toti oculo ad oſſa circumiacentia, ex pericranio ducens originē. Vide lib. 7. in 1. fig. oculi M. Q. & 16. fig. 5. t. u. x. & 17. fig.
        - *Secunda*, primæ proxima, à cornu figuræ dicta κερατοειδὴς, quòd cornibus adeò extenuatis ac minutim conciſis ſit perſimilis. à dura cerebri membrana nata, aduerſus iniuriam cryſtallini humoris operimentum. Vide in 1. fig. Oculi N.
        - *Tertia*, à folliculo uuæ ῥαγοειδὴς uocatur, uarijs interſtincta coloribus, cœruleo & uiridi, quibus ſe iam defatigatus recreet, media parte, qua pupilla eſt, modico foramine concaua, originem ex tenui meninge ducit: unde etiam χοροειδὴς dicitur. Vide lib. 7. in 1. fig. Oculi, G. 11. fig. gg. f. f. 14. & 15. fig.
        - *Quarta*, quæ innata & propria humoris cryſtallini eſt tunica, non modò cepæ tenui cortici eſt ſimilis, uerū etiam araneis tenuibus eſt tenuior atq; albior, unde ἀραχνοειδὴς appellatur. Hæc non totum ueſtit humorem cryſtallinum, ſed quę eius pars uitreo humore inuehitur; prorſus ſine munimento eſt, ac tunicæ expers. Vide in 1. fig. Oculi, B. 12. fig. h. h.
        - *Quinta*, à retis ſimilitudine, amphibliſtroides appellatur, ex nerui uiſorij ſubſtantia, ſoluta dilataq́; naſcitur. Humori uitreo nutrimentū ſuggerit, utpote plena arterijs & uenis pluribus maioribusq́;, quàm moles ipſius requirebat. Verùm cum neruis omnibus, qui à cerebro ſunt, portio quædam meningis choroidis procedit, arteriam uenamq́; deferens, quæ corpus illud reticulare continet, ac ſuperius deſcriptam tunicam cōſtituit, Vide in 1. fig. oculi. E. 13. fig.
      - *Naſi*, membrana, quæ nares intus ſubiungit, à dura matre oritur, eſtq́; communis &, continua ei, quæ os, linguam, pharyngem, laryngem, aſperam arteriam, œſophagum, ac uentriculum totum intrinſecus integit.
      - *Linguæ*, membrana ſeu tunica ori communis, ad baſim qua oſsi hioeidi affixa eſt, magna fortisq; ſedis ac firmitudinis gratia apparet, celeris uerò motus cauſa ad extremitatem tenuis.
      - *Labrorum*, communis eſt membrana oris, continua interni ſtomachi, ob quæ lege conſortij per uomitum inferius labrum tremit.
  - *Mediarum*. Vide ſignum A.
  - *Inferiorum*. Vide ſignum B.

**A.** *Membranæ* partiũ mediarũ corporis humani ſunt uel

- *Principalium:* nempe
  - *Cordis*, cuius membrana ſiue tunica περικάρδιον, uulgo capſula cordis uocatur, cuius radix non ex ipſo cordis corpore, ſed ex uaſis inde procedentibus oritur; quorum alterum eſt maxima arteriarum ſiniſtra parte ſitum: altera uena, à iecore ſurſum uerſus per dextram regionem tendens. Cæterùm pericardiũ hoc pectori membranarum interſepientium uicinio connexũ eſt, qua maximè ipſius uertex, & quædam utrinq; uerticis partes habentur, non autẽ cordi cohæret, uerùm parua quædam regio intermedia eſt, motui cordis accommoda, in quam aquea quædam humiditas colligitur, interim tam copioſa, ut cordis palpitationẽ excitet. baſis ipſius orbicularis eſt, deinde paulatim reſtricta ipſi cordi ſimiliter, deſinit in uerticem turbinatum, oſſi pectoris coniunctum. Pericardij ſitus ut medius eſt inter contraria, ſic & ſubſtantia in extremorum medio conſiſtit. Tanto enim oſſe mollior eſt, quanto pulmone durior: unde & cordi ceu uallum & ſeptum tutum circumdatur. Vide lib. 6, in thoracis 3. fig. B. C. D. E. F. G. & 4. fig. A. B. B.
  - *Orificiorum* quatuor uaſorũ in corde, quibus membranæ undecim uelut opercula quædã adnaſcuntur, quarum in
    - *Dextro* uentriculo, ſex ſunt:
      - *Tres* in orificio uenæ cauæ, foris, intrò pertinentes, craſsitie, robore ac magnitudine inſignes, quas triſulcas appellarunt, quòd mutua ipſarum inter ſe compoſitio cuſpidum telorum eminentijs atq; angulis penitus eſt ſimilis. Vide lib. 6. in 7. fig. thoracis K. L. M.
      - *Tres* in orificio uenæ arterioſæ, intus forás ſpectantes, quas à figura literę Σ, σιγμοειδεῖς appellarũt. Vide li. 6. in 8. fig. thoracis E. F. G.
    - *Siniſtro*, ſunt quinque
      - *Tres* in orificio *magnæ arteriæ*, intus forás etiam ſpectantes, & σιγμοειδεῖς eadem ratione prædicta appellatæ. Vide lib. 6. in 10. figura thoracis B. C. D.
      - *Duæ* tantùm in orificio arteriæ uenoſæ, foris, intrò pertinentes, quarum figuram nemo cuipiam rei aſsimilare eſt auſus. Vide in 9. figura thoracis E. F.
    - Ex his membranis, quæ intus foras feruntur, paratæ ob id ſunt, ne materiæ remigrarét. Quæ uerò foris intrò, quę maiores & fortiores ſunt, non ob id modò, ſed ut etiam attrahendi eſſent inſtrumenta.
- *Minus principalium:* & quidem
  - *Similarium:* uidelicet
    - *Arteriarum* ſunt duæ: quarum
      - *Exterior* rectis fibris, & quibuſdam mediocriter obliquis, tranſuerſis nullis contexta eſt.
      - *Interior*, craſsior, durior, tranſuerſas habet fibras.
    - *Coſtarũ:* ſunt membranæ tres, quarũ
      - *Vna* araneæ modo prætenuis, ſibiq; ex toto ſimilis, toti interno thoracis ſinui ſubtenditur, πλευρὰ ὑπεζωκῶς, id eſt coſtas ſuccingens, unde uulgò *pleura appellatur, in qua fit pleuritis. Hæc qua parte* coſtarum oſſa *ſubiungit, pulmoni uice propugnaculi eſt, ne dum ipſe, reſpirante animali, agit, nudis oſsibus incidat. Qua uerò parte ſunt, quæ partes inter* coſtas *medias uocamus*, ibi muſculorum ac uaſorum gratia comparata, muſculis quidem tunicam, uaſis uerò uehiculum quoddam ac uelutì ſtabilimentum præbet.
      - *Duæ*, ex priore utraq; parte ſingulæ; totum thoracem διαφράττοντες, hoc eſt intercipientes, naſcuntur, quæ recta linea ad pectoris longitudinem mutuò ſibi cohærent. Nonnunquam tamen & parte ſuperiore ad pectoris latitudinem inuicem diſtant. Inſeruntur tutò poſteriori parte uertebris ſpinalibus, anteriore per medium pectoris os ad clauiculas uſque aſcendunt. Baſis ipſarum ſuperius ſepti partibus obiecta eſt, ita ut circulum ipſius interiorem contegat. Vſus harum eſt, ut duos thoracis ſinus efficiant, quò, ſi quando uulnere magno in alteram eius partem recepto, reſpirationis opus perierit, quod per illam partem fiebat, alter ſinus incolumis actionem ſaltem dimidiam tueatur. Deinde, quo arterias indidem ſitas, uenas, neruos, ſtomachum & pulmonem totum thoraci colligent, omniaque ea contegant. Vide *lib.* 6. in 1. figura thoracis H. H. & L. M. N. O. & T. V. in 2. figura thoracis G. G. I. I. H. K.
  - *Inſtrumentalium:* nẽpe
    - *Pulmonis:* membrana tenuis, portiones quaſdam eorum neruorum, qui propter ſtomachũ infernè ad uentriculum feruntur, accipiens
    - *Aſperæ* arteriæ: ſunt mẽbranæ duæ: quarum
      - *Interna*, quæ ligamentis, cartilaginibus & circulis intùs obtenditur, exactè orbicularis, omnia demulcens, denſa, tennis, modicè ſicca, rectis ad longitudinem fibris contexta.
      - *Externa*, foris omnia uelut operculum conueſtit, eadem ſtructuræ ratio ad extremas uſq; fibras ſeruatur.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0041-4
DFG

- **B.** *Mēbrana* partium inferiorū corporis humani ſūt aut
  - *Maximè* principū: & uel
    - *Nutritionis*, nempe Hepatis: cuius membrana ſeu tunica tenuiſsima eſt, & à peritonæo originē ducit.
    - *Generationis*: aut
      - *Virorum*, nēpe teſtium, quorū aliæ
        - *Communes* utriq; teſti. Ambos enim teſtes unà cum ipſorum peculiaribus tunicis & ſeminarijs uaſis, cutis ipſa & membrana carnoſa perinde atq; uniuerſum corpus amplexantur, & duas utriſq; teſtibus communes ſtatuunt membranas: cutis quidem unam, alteram membrana carnoſa, ὄσχεον dicitur, Latinis ſcrotum. Vide lib. 5. in fig. 20. uentris, r. ſ, t.
        - *Propriæ*: ſunt duæ mēbranæ ſingulos teſtes inuoluētes: quarū
          - *Interior* tenuis eſt, carnoſa, exanguis, alba, Græcis dicitur ἐρυθροειδὴς. Vide lib. 5. in 22. fig. uentris L. & 23. fig. Q. P. L.
          - *Exterior*, (uide in 20. figura uentris u. & 22. fig. χ. φ.) ualentior eſt, internæ uehemēter eius parti inhærēs, Græci δάρτος appellant: à peritonæo procedit: cuius ſuperficies
            - *Exterior*, quà hanc carnoſa membrana cōtingit, fibris quibuſdā membraneis illi connaſcitur, adeò ſanè frequentibus, ut interdum has aliam teſtium tunicam cōſtituere uideatur.
            - *Interior*, quà teſtem ipſiusq; uaſa reſpicit, læuis, & aqueo quodā humore obducta eſt, neq; ulli penitùs corpori connaſcitur, præterquā quòd elatiori ſui parte, quà ex peritonæo procedit, illic peritonæo cōtinuatur, adnaſciturq;: quin & inferiori teſtis parti ualidè applantatur.
      - *Mulierum*, uidelicet
        - *Vteri*, membrana (uide in 26. & 27 fig. uentris E. E. E. E.) præter peritonæum ſimplex, durior & neruoſior omnibus fibris ei intertexta: quia nō modò ſemē attrahere in coitu, ſed etiam retinere, ubi conceptum eſt, & excernere, quando abſolutus fœtus eſt, oportet. Sed & uenis multis & arterijs intercepta. Non eſt æqualis in omnibus. Variat enim
          - *Magnitudine*. Nam
            - *Maior* eſt in
              - *Grauidis*.
              - *Adultioribus*.
              - *Iis*, qui uenerem expertæ fuerunt.
            - *Minor* eſt in ijs
              - *Quæ* nunquam fuerunt grauidæ.
              - *Quæ* uenerem nunquā expertæ ſunt.
              - *Quæ* augētur adhuc.
          - *Craſſitie*: & uel ſecundum
            - *Aetatem*. Nam ætate prima, ut exigua, ita quoq; tenuis eſt: ſi menſes receſſerint, pro ratione magnitudinis etiā gracileſcūt. Si iam uterum gerere mulier, & menſibus purgari deſinit, ut magnitudo imminuitur, ita craſsities augeſcit.
            - *Tempus* menſtruorum. Nā tempore menſtruorū craſſus uterus & tumidus eſt, quippe humiditate ſanguinea tūc irrigatur. Tenuis & ſiccus eſt, cū longiſsimè ab hoc tēpore exiſtit.
            - *Conceptum*. Nam quæ uterū geſſit, craſsior: quę ſępe geſsit, craſſiſsimus. Rurſus in principio cōceptus craſſus: cum autē tēpus pariendi inſtat, maior quidem, ſed tenuis euadit, in medio tēpore mediocriter ſe habet.
        - *Teſtium*, quorum utriq; propria membra, qualis eſt in maribus, quam δάρτος dicunt, eſt. Erytroide uerò & ſcroto carent. Vide in 24. fig. uentris O. O.
        - *Fœtus*, quem tres mēbranę inuoluūt in utero, tenues & aranearum telis ſimiles, quarum
          - *Exterior* tenuis quidem, uerùm ſucceſſu temporis craſſa & fortis, totam integit uuluam interiorem. Græci χορίον, nos Secundas appellamus. Vide lib. 5. in 28. fig. uentris. F. K. Q. R.
          - *Altera* ſubſequitur tenuiſsima, quæ à figura farciminis ἀλλαντοειδὴς dicitur, ex fœmineo ſemine generatur, initium ſuum ex meatu urinario ducitur, & prius oritur quàm amnion. Ad uteri apices emergit longa & anguſta, ut quæ eminentibus tantùm partibus capiti, clunibus & pedibus incumbit. Vſus eius fœtui eſt, ut urinam animalis iam efformati recipiat. Vide lib. 5. in 28. fig. uentris. G. G. L. L. O. P.
          - *Tertia*, tenuis, totum fœtum orbiculatim amplectens, quæ à mollitie ἄμνιος dicitur, & ipſius fœtus ſudorem excipit. Vide lib. 5. in 28. fig. uentris M. M.
  - *Minus* principum. Vide ſignum C.

C. *Membra-*

- **C.** *Mẽbranæ* partium minus principum, ſunt uel
  - *Similarium*: uidelicet uenarum, quarum unica tunica eſt, quæ rectas fibras, & quaſdam mediocriter obliquas obtinet.
  - *Inſtrumentalium*: nempe
    - *Ventris*: cuius duę ſũt mẽbranæ: uidelicet
      - *Peritonæum*: cuius
        - *Natura* tenuiſsima eſt, ſed firmiſsima, latis & continuis aranearum telis ſimilima. Peritonæũ dictum, quòd omnibus tum uiſceribus, tum inteſtinis, tum uaſis, quæ inter ſeptum tranſuerſum & crura ſunt, item quòd ueſicæ & uuluæ obtendatur, aut quòd horum omnium ſit inuolucrum. Oritur ex muſculorum tranſuerſorum extremis carnoſæ ſepti particulæ, inde ad dextram & ſiniſtram, ad ilia uſq;, ad lumbi uertebras procedit. At extremitas eius ſuperior inferiori diaphragmatis parti adhæreſcit: inferior uerò, oſsibus pubis & ilium committitur. A' ſepto iuxta ſiniſtram connectitur cum uentriculi initio, quod os ipſius dicitur, &c. Quod ſi priuatim abſq; omnibus, quæ id contegit, inſpicere uoles, circulum quendam aut ſphæram referre tibi uidebitur. Ad inguina perforatum eſt, & tenuiſsimũ, unde facilè ibi dilatatur aut diſrumpitur. quo rupto, omentum aut inteſtina in ſcrotum deuoluuntur. Vide in lib. 5. 1. 2. & in 10. figura uentris A. A. B. C. D.
        - *Vſus* ſunt quinq;
          - *Primus*, quo uniuerſas partes ſubiectas, uentrem & inteſtina uiſceraq; infra ſeptum ſita, contegat.
          - *Secundus*, quo hæc ipſa, ab extrinſecus incumbentibus muſculis interſtinguat: ne quando tenuium inteſtinorum aliqua, in media inter ipſos ſpacia incidant: & dum premunt aut premuntur, arctant, aut arctantur, inflant, aut inflantur, motus illorum impediant, ipſaq; difficillimè recrementa deorſum tranſmittant.
          - *Tertius*, quo ſicci alimenti ſuperflua ſepti auxilio propellat.
          - *Quartus*, quo uelut tegmen exactè circumtenſum conſtringat omnia, ne uentriculus & partes uentriculo propinquæ promptè flatibus prehendantur.
          - *Quintus*, quo omnia quæ ſunt ſub ſepto, ab eo colligentur, & uelut pelle quadã unumquodq; priuatim tegatur.
      - *Omentum* Græcis ἐπίπλοον, antiquis rete appellatur, ex duabus tunicis, à peritonæo ortis, denſis & ſubtilibus mutuò ſibi incumbentibus, multis præterea uenis & arterijs, pinguedine non pauca contextum. Marſupium, ſacculum & peram repræſentat. Huius uſus, ut uentrem cuius fundo inſidet, foueat, innatumq; calorem per inediam tueatur. Quibuſdam non multò infra umbilicum conſiſtit, quibuſdam ad pubis oſſa deſcendit. Vide in 2. fig. uentris Q. Q. Q. Q. & 3. fig. *a. a. b. b. c. c.* & 4. fig. *e. e f f g. g.*
      - *Meſenterium*, media inteſtina complectitur: originem ducit ex peritonæo iuxta ſpinam: omnes uenas ex iecore in ipſum deſcendentes, unà cum uicinis arterijs & neruis, in orbem complectitur, quemadmodũ inteſtina: ad quæ illæ excurrunt, ubi ceu radices in arboribus inſeruntur: ac deinde inuicem coëuntes, ad unum omnes principium perueniunt. Porrò natura meſenteriũ machinata eſt, ne uaſa, dum animal ſalit aut cadit, frangantur, rumpantur & afficiãtur. Vide lib. 5. in 10. fig. uentris K. & 11. fig. L. L. M. N. O. O. P. Q. R. S. T. V. X. Y. & 12. figura l.
    - *Ventriculi*, cuius tunicę duę, quarum
      - *Interna* membranoſior eſt, rectis fibris supernè deorſum procurrentibus intertexta. Attrahit enim uentriculus cibum & potum per ſtomachum, huiuſmodi fibris ceu manibus eliciens. Vide in 13. figura uentris. *m.*
      - *Media*, carnoſior tranſuerſis fibris, quibus propellat, quales habent duæ inteſtinorum tunicæ: idq; bona ratione. Siquidem inteſtina diſtributioni dicata ſunt: uentriculus autem, ſtomachus & os, *ne iniuria afficiantur, conſtructa ſunt. Vide in 17. fig. uentris* l.
      - *Externa, à peritonæo pronata. Vide in 17. fig. uentris* k.
    - *Inteſtinorum*: ſunt membranę duę, quarum
      - *Interna* carnoſior eſt, & uillis tranſuerſis intertexta. Vide in 9. fig. uentris h.
      - *Media* membranoſior eſt, & uillis quoq; tranſuerſis intertexta. Vide in 9. fig. uentris i. i.
        - tum ut
          - *Facultas* ipſorum expultrix ſit robuſtior.
          - *Ipſa* inſtrumenta ab iniurijs omnibus ſint tutiora.
      - *Externa*, à meſenterij pronata membranis. Vide 9. fig. L. L.
    - *Lienis*, membrana à peritonæo ducitur, quæ ex omni parte ipſum inueſtit, & operit, ligamenti uiam præſtat.
    - *Renum*. Vide in 22. fig. uentris *o. o. p. p.*
    - *Veſicæ* ſunt duæ, quarum
      - *Exterior* à peritonæo oritur. Vide in 20. fig. uentris *p.* & 21. fig *r.* & 23. fig. *r.* & 24. fig. T.
      - *Interior*, plus quàm duplo craſsior, ipſius ueſicæ propria eſt, cui omnis fibrarum ſpecies ineſt, quarum uariëtas efficit, & maximè obliquarum, ne continua intempeſtiuáue excretio fiat. Vide in 23. fig. uentris *r.* & 26. fig. L.

# De Glandularum conſtructione, in genere.

- **V.** *Adenes*, Latinis glandulæ, ſunt omnium corporis partium ſummè imbecilles & fluxionib[9] imprimis obnoxiæ. Harum differentiæ in
  - *Genere*: ſumuntur à
    - *Qualitate*. Quædam enim
      - *Mollior*, rubicundior, & quercinæ glandi forma prorſus diſsimilis eſt, qualis ea cenſetur, quæ principio gracilium inteſtinorũ non procul ab inferiori orificio uentriculi exporrigitur, &c.
      - *Durior*, glandi quercinæ forma ſimilis, & peculiare nomen in quibuſdam corporis ſedibus obtinet: cuius generis in cerebro eſt, & forſitan in meſenterio, & reliquo corpore paſsim, &c.
    - *Vſu*. Quædam enim conferunt ad
      - *Vaſorum* firmam diſtributionem.
      - *Humectationum* uaſorum.
      - *Superfluorum* excrementorum collectionem.
      - *Cauitatum* impletionem.
      - *Lactis* generationem, &c.
  - *Specie*. Vide in ſequentibus ſignum A.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0043-5
DFG

A *Differentiæ* glãdularum in ſpecie uariæ ſunt. Quedã enim habentur in

- *Capite*: & uel in
  - *Cerebro*, eſt glandula una: cuius
    - *Natura*, pini nucem refert, ſubſtantia glanduloſa, ad principium Fornicis meatus qui à medio uentriculo ad poſteriorem, ſpiritum animalem tranſmittit, incumbit. Græcis dicitur Conarium. Vide lib. 7. in 7. fig. cerebri L. & in 8. fig cerebri M, & 10. fig. D.
    - *Vſus*. Vaſorum firmamentum exhibet.
  - *Meatibus* ex cerebro ad palatũ, glandula una exiſtit: cuius
    - *Natura* Infundibulo ſeu pelui, in quam cerebri pituita defluit, ſubdita eſt, quæ manifeſtam habet concauitatem, quam os quoddam coli aut ſpongiæ modo eruium excipit. Vide lib. 7. in 16. fig. cerebri A. & 17. fig. E. A. & 18. fig. A.
    - *Vſus*. Superflua ex uentriculis prioribus cerebri, nec non particulis ſuperiacentibus, per canales, à medio cerebri uentriculo ad palatum deſcendentes, recipit: hic per palatum excernuntur.
  - *Faucibus*: & ſunt tres, quarum
    - *Vna* ad laryngis radicem aſperæ arteriæ lateribus adnata, cæteris humorem procreantibus glandulis, craſsior & ſpiſsior. Humore meatum imbuit, non fluido quidem, ſed uiſcido & pingui: & ad uocem magnum uſum præſtat. Vide lib. 2. in 6. tab. muſc. L.
    - *Secunda*, elatiùs laryngi apponitur, utrinq; in lateribus una reponitur, utcunque inſignis, & glandi forma perquàm ſimilis. Subſtantia conſtat alijs glandibus ſimili, at impenſius fungoſa eſt. Has Græci παρίσθμια appellant, quòd gargareonis latera reſpiciant. Item ἀντιάδες uocant, hoc eſt tonſillas & amygdalas, quòd amygdalis aſsimiles ſint. Vſus autem harum, ut ſaliuam procreent, ac aſperam arteriam & ſtomachum quoq; cum tota oris amplitudine humectent. Vide lib. 2. in 6. tab. muſc. F. & in tab. muſc. laryngis. M.
    - *Tertia*, inguinum & axillarum glandibus reſpondet: numeroſa enim ſub aurium radicibus, & uniuerſo ſpatio inferiori maxilla conſcripto continetur. Nullo peculiari nomine donata. Hæc cauitates omnes exactè implet. uaſorum diductibus uel diſtributionibus præficitur: partes ſua humectandi ui imbuit. Vulgus his, quæ in porcis & cæteris quibuſdam animalibus in delicijs habentur, ueſcitur. Vide in 1. tab. muſculorum. A. & 2. tab. muſc. H.
- *Thorace*: atq; uel in
  - *Mamillis*
    - *Virorum*, aridæ ſunt & perquàm paucíſsimæ glandulæ. Vide in 25. fig. uentris. D.D.
    - *Fœminarum*, & quidem uenerem
      - *Nondum* expertarum, & iuuencularum, quibus iam mammillæ in molem attolluntur: glandulæ compactæ & duræ, nulloque lacteo humore oppletæ, Vide lib. 5. in 25. fig. uentris. D.D.
      - *Expertarũ*: quarum
        - *Natura*. Ad pupillæ centrum una magnaq; & mamillæ modo effigiata habetur glans, cui aliæ frequẽtes, ſed paruæ, & amygdalis, à cortice liberatis, ſimiles in circuitu accumbũt, duriori adipe, & uenarum & fibrarum ex carnea membrana in cutem pertinentium interuentu mutuò commiſſæ connatæq;. Vtcunque tamen mamillæ aliquando flaccide propendeant, carnea membrana à muſculis nõ abſcedit, uerùm glandulæ illæ unà cum adipe nõ amplius conſtrictæ, ſed flaccidæ à carnea membrana laxantur. Mulieres enim lactantes, & ultimis menſibus uterum gerentes, has uenas lacteo humore aut lacte oppletas habent, & ipſæ etiam glandulæ eo abundant, & ob id molliores, & fungoſæ admodum, neque ita inuicem continuæ redduntur, & illum tonum non amplius ſeruantes, neq; amplius duriuſculo illas ſuſtinente adipe, ſenſim flacceſcunt & propendent. Vide lib. 5. in 25. fig. uentris D.D.
        - *Vſus*. Lactis generationi ſubſeruiunt: uaſorum portiones firmant ac roborant.
  - *Iugulo*, ſub pectoris oſſe. Græcis θύμος, Latinis glandium, molle ac rubicundum eſt, in elatiſsima thoracis ſede extructum: ut ab omni noxa frequentiſsimas uaſorum diſtributiones hic ſuſpenſas, immunes ſeruaret. Vide lib. 6. in 2. fig. thoracis. F.
- *Ventre*, & uel in
  - *Stomacho*, ſunt glandulæ, quæ ei adnaſcuntur, ut ipſius cauitas ſemper humecta ac uelut uncta eſſet. Vide lib. 5. in 14. fig. uentris F. F.
  - *Inteſtino* ieiuno: glandula, ad ſuffulcienda uaſa ei inteſtino propria, ac quarundam corporis glandularum modo amplitudinem eius lento humore irrigandam. Vide lib. 5. 12. in fig. uentris i. i.
  - *Meſenterio*: corpus glanduloſum, quod πάγκρεας appellatur. Quum autem uena, arteria, neruus inibi in ramos diuaricentur, meritò ſciſſuras earum, ob quas faciliùs afficiuntur, glanduloſo corpore repleuit. Huic molli ac mediocriter cedenti materiæ, uaſa hæc omnia implicuit, ne duro ſtatim corpori incidant. Vide lib. 5. in 12. fig. uentris, l. & 11. fig. L. L. & 10. fig. uentris L. L.
  - *Veſicæ* colli: glanduloſa corpora, quæ ἀδενοειδεῖς προστάτας nominant, ad humilimam ueſicæ partem reponuntur, medium quodammodo inter ueſicæ corpus & illius ceruicem. In his ſperma continetur, quod in coitu repentè elabitur. Vſus huius ſunt, tum quòd ad uenereũ coitum excitet, tum quòd in coitu delectet, denique quòd craſſus is ac uiſcoſus inſtar olei, meatum urinarium humectet, & inungat aduerſus urinæ roſionem, & ne exiccatus conſideat, prohibeatq; quo minus per ſe lotium ac ſemen facilè ferantur. Vide lib. 5. in 22. & 23. fig. uentris ξ.
  - *Pene*: glans carnoſa, in extrema penis regione obnaſcitur, quæ meatum urinæ ſeminiq; communem non ſubſtractum duntaxat ut corpora illa exigit, uerùm eum in ſe complectitur, meatumq; ambit, qui hic reliquo ipſius ductu amplior efficitur, & rurſus ſuo fine arctatur. Vide 20. fig. x.

SVNT *& aliarum quarundam corporis partium glandulæ: uidelicet axillarum, & inguinum, &c. quæ ad cauitates potiſsimùm & ſinus replendos accommodantur.*

De Adipe.

# De Adipe.

VI. Adeps πιμελὴ Græcis appellatur, qui niſi extremè homo emacietur, undiq; propemodum, inter cutem, & membranam carnoſam copioſiſſimè continetur. Ex uenis enim compluribus & arterijs, membranam perreptantibus, atq; inter illam cutemq́; propagatis, plurimus ſanguis reſudat, membranę frigiditate, calorisq́; inopia, in adipem ſeu pinguedinem degenerans. Cæterùm uti obeſorum uentriculi adipem aliquando ſatis etiam copioſum intus adnatum exigunt, quemadmodum & exteriori ſuperficiei coli inteſtini, quà id recto proximum eſt, & ipſi quoq; recto, pingues quidam appendices adnaſcuntur: continet Meſenterium, & maximè eius membranæ, præter uaſa & neruos, multum adipem in ſui medio: ſic quoq; omenti adeps, quo abundat, in obeſis hominibus plurimus eſt, in macilentis modicus, in extremè ſiccatis, & maraſmo mortuis, etiam aliquis reperitur: isq́; perpetuò uenis & arterijs omenti attenſus, ad uaſorum quidem latera duntaxat mediocris eſt, ſuperius uerò ac inferius quoque, quibus multus accidit: adeò ut illis etiam uaſa alioquin gracilia pinguedine prorſus occultentur. Natura præterea clunibus copioſiſſimum adipis obduxit, ut illi adipe puluinaris uice uterentur. Generatur adeps (ut antea dictum) ex ſanguinis parte pinguiore, per tenues uenas effuſa, frigoris ui congelata: affuſa autem ſiccis corporibus ac tenuibus, ut ipſa perpetuò pinguedine natiua humectet, quæ celeriter in diuturnis medijs, ac uehemẽtibus exercitationibus, & caloribus immodicis exiccatur, atq; indureſcit. Adipis autem carnoſæ membranæ uſus eſt, ut corpus ueſtis modo calefaciat frigoris tempore, & ſi Soli homo exponatur, ueſtis quoq; modo refrigeret, calorem, quo minus penetret, inhibens. Porrò eſt adeps colore albus, quòd membranæ, cutisq́;, & alia, quibus adhæret, corpora alba, neq; carnis modo rubra ſint.

# De Venarum conſtructione, in genere.

VII. *Vena* eſt *pars inſtrumentaria*, teres, fiſtulę inſtar cauata, & uniuerſo corpori ſanguinem partes enutriturũ, unà cum naturali ſpiritu inſigniter caliginoſo deferens. Harum differentiæ in

- *Genere* ſumuntur à
  - *Subſtantia*. Venæ unica peculiari propriáue conſtant tunica, quę colore, craſſitie, & forma membranis reſpondet, ſed aliàs ab illarum natura plurimùm diſcrepat. Membrana namq; ſimplex ac ſimilare corpus cenſetur. Venarum autem tunica, corpus eſt inſtrumentarium, ex ſimilaribus partibus fibris ſcilicet cõformatum, quæ ſubſtantia quidem, forma & colore muſculorum *fibris reſpondent*, actione autem plurimùm ab illis uariant. Hæ enim carnea muſculorum ſubſtantia obſitæ, arbitrario: *illæ uerò nulla carne implicatæ*, naturali motui præficiuntur. Cęterùm triplex fibrarum genus à natura conſtructũ eſt, *rectum* uidelicet, obliquum, & tranſuerſum. Ac rectæ quidem fibræ ſunt, quæ ſecundum organi longitudinem expanduntur, & attractioni conducunt. Obliquæ, quæ ſecundum obliquum organo obducuntur: & retentioni conducunt. Tranſuerſæ, ſecundùm corporis latitudinem exactè tranſuerſim locantur, corpusq́; orbiculatim ambiunt, & expulſioni conducunt, &c.
  - *Vſu*. Rerum ſummus Opifex omnes uenas primaria ratione creauit, ut ſanguinem ſingulis corporis partibus deferant, &c.
- *Specie*, ſunt aut
  - *Capitis*. Vide in ſequentibus ſignum A.
  - *Trunci*, & uel
    - *Thoracis*, & uel iuxta
      - *Septum trãſuerſum*. Vena caua ex gibba hepatis parte, ſurſum per ſeptũ aſcendens, diuiditur in ramos
        - *Maiores*. A' ſepto namq; tranſuerſo ramus inſignis, ad dextrum cordis ſinum, ceu ex latere ipſius, inſinuatur, qui tunicam arteriæ ſimilem in corde nactus (unde arterioſa uena dicitur) inde in pulmonem diſpergitur, ſanguinem elaboratum conferens. Deinde tanquam ab initio, quadantenus à dextro ſinu deductus, deinceps autem Thymo inuectus, rectà ſurſum ad iugulum fertur, atq; in duos ramos inſignes ſcinditur, quæ uenæ iugulares externæ ſeu ſuperficiariæ, nonnullis apoplecticæ uocantur, utrinq; ſingulæ: à quibus, ut antea dictum, omnes ferè partes ſuperficiariæ *tum colli, tum capitis nutriuntur. Vide lib. 3. ſignum T.*
        - *Minores*. Hi in ſeptem ꝓpagines rectè diſtribuuntur, quarum
          - *Prima ex ipſo ſtatim ramo inſigni utrinq; per uniuerſum ſepti tranſuerſi* corpus mittitur. C.
          - *Secunda*, coniugij expers, ἄζυγος dicitur. Hæc quintam ſpinæ uertebram aſcendens, deorſum cõtorquetur, quibuſdam paulo ſuprà cordis aurem ad dextrum: in nõnullis, ſicut & hominibus, quà iam auriculam attingit uena caua: quanquam etiam hodie in hominibus & canibus paulò ſupra aurem inuenerimus. Cæterùm per ſpinam delata, octo coſtis inferioribus, nonnunquam nouem & decem ramulos mittit, ſingulis utrinq; unum diſtribuens. F.
          - *Tertia*, ex ramo illo inſigni in cor, priusquam omnino ſinum ingrediatur, procedit, quę baſim cordis coronę modo, unde στεφανιαῖα dicitur, cingens, in totam ſubſtantiam eius tandem perreptat: ac nonnunquã gemina, ut duæ coronales arteriæ, uiſitur. E.
          - *Quarta*, priusquàm uena caua thoracem excedit, prodit, quatuor, nõnunquam tres, nonnunquã duas ſuperiores thoracis coſtas alens: tũ quæ circa ſcapulas ſunt loca, & nonnullos etiã ex interioribus colli muſculis exiles uenulas ad ſextã uertebrã in ipſa foramina inſinuans. K.
          - *Quinta*, proximam huic quæ ſublimes thoracis partes alit, radicem habens ad manus utrinq;, per axillam porrigitur, in cubito interior apparens, de qua inferiùs dicetur. I.
          - *Sexta*, ab ipſa caua, poſtquam in iugulares diuiſa eſt, utrinq; extra thoracem aſcendit, per humerum & brachium excurrens, unde humeraria dicitur, de qua deinceps dicetur. α.
          - *Septima*, ab his iugularibus externis, parte interna ęmergit, duas iugulares internas ſeu profundas faciens, quæ etiam apoplecticæ appellantur, à quib. profundè omnes tum colli, tũ capitis partes nutriũtur. S.
      - *Os pectoris*, ſeu ſub pectoris oſſe ſunt uenæ duæ, non ſtatim à uena caua, aut cordis arteria enatæ, uerùm cum iam prope iugulum fuerint, inde duos ramos inſignes emittẽtes deorſum per totum pectus, reuocatos, utriq; mammæ inſerunt: in quo errabundo ductu ſanguis continuò thoracis motu concutitur, ac incaleſcit, tandem ex uaſis, à mammillis receptus, in lac conuertitur. L.
    - *Ventris*. Vide in ſequentibus ſignum B.
  - *Artuum*. Vide in ſequentibus ſignum C.

A. Capitis

**A.** *Capitis* uenæ originem trahunt à uena caua in iugulo, ubi poſtquam pectoris oſsis ſummum tranſcendat, in duos trūcos diducitur, ac ſtatim à diuiſione uena, quæ axillam petit, principiū obtinet: quod autem alterius diuiſiōis illius trunci adhuc ſupereſt, à media primæ thoracis uertebræ corporis ſede ſurſum extra thoracem protenditur, & cum clauiculam pectorisque oſsis ſummum ſuperauit, in duas impares uenas (quæ iugulares appellātur) ſcinditur: quarum

- *Interior*, (lib. 3 S.) quæ exteriori magis quàm pleriq; arbitrantur gracilior eſt, ſecundum aſperę arteriæ latus aſcendens, nonnullas capillorum modò prætenues uenulas aſperæ arteriæ conterminiſq; membranis cōmunicat. Hæc enim cùm ſui lateri ſoporali arteria uerſus cerebrum fertur, ac in aſcenſu graciles ramulos membranulis ſexti neruorū cerebri paris neruos colligantib. digerit, uniuerſo ductu ſoporariæ arteriæ ad caluariam uſq; baſim commiſſus. quò cum peruenit, in duos æquales ſcinditur ramos, quorum
  - *Amplior*, in duos diuiditur ramos: quorū
    - *Maior* obliquè retrorſum, ſecundum caluariæ baſim ductus, caluariàm ſimul, cum quodam arteriæ ſoporalis ramo ingreditur, foramine utēs, ſexti neruorū cerebri paris gratia exculpto. Qui cum per foramen caluariam ingreſſus fuerit, in duræ cerebri membranæ ſinum ſubintrat, qui ad latus habetur maximi in occipitis oſſe foraminis, quo dorſali medullæ uia prębetur, ac inde ſecundum, tertium & quartum duræ cerebri membranæ ſinum cum arteria. Cæterùm ab his ſinibus numeroſæ exoriuntur propagines, quarum aliæ ad cerebri membranam duram, aliæ ad tenuem, aliæ ad plexum efformandum tendunt.
    - *Minor*, in elatiorem muſculorum ſedem pertinet, qui anteriorem ceruicis uertebrarum regionem occupant, ſtomachoq; ſubiacent.
  - *Gracilior*, in duas partitur propagines, quarum
    - *Maior*, ſoporali arteria penitus relicta, priuato foramine caluariam ſubit, in duram cerebri membranam digeritur.
    - *Minor*, priuſquàm maior in durā cerebri membranam digeratur, ad auditus organū permeat, foramineq; utitur ſibi & neruulo cuidam quinti paris neruorū cerebri cōmuni.
- *Exterior*, (T) ſub cute ac lato buccas mouēte muſculo, ſecundum colli latus ad fauces porrigitur, exteriorem efformans iugularē, quæ nō pari ſemper modo (ut in uociferantibus, aut ui ſpiritum retinētibus, & uetulis obſeruamus) per colli cutem fertur, ſed ferè quadruplicem diſpoſitiōis ſpeciem proponit, quarū
  - *Prima*, (quam frequentius eſt cernere) ea eſt, qua unus tantùm ramus ſub cute ad fauces uſq; procedit, in ipſo progreſſu nullibi inſigniter diſciſſus, ſed duntaxat graciles ramulos in muſculos cutemq; inſerens. Vide lib. 3. x.
  - *Secunda*, (V) ea eſt, quæ in medio ductu iuxta colli longitudinis medium iugularis in duas inſignes diuiditur uenas, quarum
    - *Vna* in priora tendit.
    - *Altera* in poſteriora properat.
  - *Tertia*, quæ rarius accidit, nimirum qua propter clauiculam adhuc, ubi humeraria originem ducit, in duas diffunditur propagines, quæ ſurſum ſub cute inuicem diſtantes feruntur. Accidit tamen aliquando, quòd altera neq; illa ſanè minor propago, muſculo reconditur, qui à pectoris oſſis ſummo & clauicula pronatus, mamillari temporis oſſis proceſſui inſeritur: atq; in eum modum ſubmerſa, frequenter adeò inſignis occurrit, ut etiam nonnulli diſſectionum profeſſores, internam iugularem hanc appellaſſe uideantur.
  - *Quarta*, ex tertia paratur. aliquoties enim illæ ꝑpagines inuicem perpetuò diſtant, ac nuſquā ſe mutuò cōtingunt. interdum uerò ad humiliorē faucium ſedem mutuò rurſus coēunt, ac ex ambabus una conſtituitur uena, quæ mox bipartita, in ramos ceſſat. Vtcunque igitur exterior iugularis aut unica utrinq;, aut in medio per collum ducta, aut ſtatim à clauiculis gemina aſcendat, ſemper cuti quà prorepit, ſurculos offert. Cùm uerò ad fauces iuxta inferioris maxillæ inferiorem ſedem ſub auriū regione contendit, in duos partitur ramos, quorum
    - *Interior*, oris interiora ſubiēs, in plures diuiditur ꝑpagines, quarū aliquæ uadunt in
      - *Laryngem*. X.
      - *Glandulas* laryngi adnatas. X.
      - *Muſculos*
        - *Hyoidis* oſsis. X.
        - *Linguæ*. X.
      - *Omnes* faucium ſedes. X.
      - *Linguam* ſecundum ipſius longitudinem. X.
      - *Palatū*
      - *Tunicā* nariū amplitudini obductā
        - *Ab his* non negligendę ſoboles caluariam petunt, quarū
          - *Vna*, per foramen, quod ſecundo cerebri neruorū pari exculpitur, ingreſſa in durā excurrit membranam.
          - *Altera*, per grandius foramē, illorum quæ in octauo capitis oſſe odorum gratia facti ſunt, preptans, in duram pariter membranā diſpenſatur.
            - *Ab his* deinde cum caluariā ingrediuntur, ſurcul. quoſdam oculo elargiūtur, in frontis cutem interdū diſſeminatos.
    - *Exterior*, per capitis exteriora paſſim repetens, perinde atque interior, ubi inferior maxilla ſuperiori coarticulatur, in duos partitur ramos, quorum
      - *Vnus*, uariè permeat in
        - *Buccas*.
        - *Narium alas*.
        - *Frontem*. 9.
      - *Alter* uadit in
        - *Tempora*. a.
        - *Aurium* ſedem. Y.
        - *Occipitis* cutem. *



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0046-3

- B. *Ventris:* & quidē partium
  - *Principum*
    - *Nutritionis: nempe Hepatis: ſunt duæ uenæ magnæ, quarum*
      - *Vna*, uena Porta dicitur, ex caua ſeu ſima parte originem ducens, omnes mœſaræi uenas excipiēs. Hæc ex uētriculo & inteſtinis chylum ſumit, ac in lienem melancholicū ſuccum expurgat. Deorſū fertur, & in plures diuiditur ramos, quorum alij iuxta
        - *Principium* ſeu iecoris cauum: ſunt rami duo exigui, ex ſuperiori ſeu anteriori ſui corporis parte bilis ueſiculæ ceruici diſtributi, qui rami ceruicem amplexantes, ac in ſurculos capillorū modo prætenues diducti, in uniuerſum ueſiculæ corpus excurrunt. C. C.
        - *Medium*: unus inſignior, inferius ab elatiori quoque & anteriori uenæ corporis ſede, uerſus dextrum latus, qui humilius uentriculi orificium, & uentriculi portionem huic iuxta dorſum proximam aliquot ramulis adit. D.
        - *Finē* (E) ſeu inferiorem ſedem, qua in duos maximos diuiditur trūcos, quorū
          - *Siniſter* ſeu elatior (F) cuius rami aliqui ſparguntur in
            - *Ventriculum*: & quidē eius
              - *Dextram* fundi ſedem. H.
              - *Elatius* orificium. N.
              - *Partem* qua dorſo incumbit. O.O.
              - *Dextri* orificij latus in anteriorem ſedem. P.
              - *Orificium*, quæ inſtar coronæ id amplexatur. Q.
              - *Superius* orificium. R.
              - *Siniſtram* fundi ſedem. Z.
            - *Omentum*, & quidē eius
              - *Superius* membranæ dextræ parti. H.
              - *Dextram* ſedem inferioris membranæ. L.
              - *Glandoſum* corpus, inferiori membranæ innatum. M.
              - *Inferiorem* membranam. S.
              - *Siniſtram* inferioris membranæ ſedem. V.
            - *Quandam* coli inteſtini regionem. L. S.
            - *Lienem* (T. T.) & uel eius
              - *Elatiora*. X. Y.
              - *Subſtantiam* uniuerſam. a, a, a.
          - *Dexter* ſeu humilior, cuius rami ſparguntur aliqui in
            - *Meſenterium*. b, b, b.
            - *Inteſtinum*
              - *Duodenum*. I.
              - *Ieiunum*. I.
              - *Colum*, qua recto continuatur. c.
              - *Rectum*: & uel eius
                - *Initium*, unà cum ramulis in uenę progreſſu digeſtis. d, d.
                - *Finem*. e, e.

## Annotatio ex Vesalio, lib. III.

A. A. A. A. In *iecoris ſubſtantia, ab omnibus demiſsioribus, & quæ orbiculatim conſiſtunt extremis ipſius partibus exiguæ admodum numeroſæq́, uenarum propagines incipiunt, quæ uerſus iecoris medium porrectæ, ſenſim in maiores ſoboles, & inde in grandiores adhuc tantiſper coeunt, donec omnes in quinq́, interdum etiam in pauciores ramos colligantur.* 1. 2. 3. 4. 5.

      - *Altera*, Caua uena dicitur, omnium maxima, ex gibba hepatis parte oriens, & per totam animalis longitudinem excurrēs: qua ſanguis per omnium partium nutrimentum per uniuerſum corpus diffunditur. & hæc bifariam procedit
        - *Surſum*: atq; hæc aſcendens dicitur, de qua ſuprà in thoracis uenis dictum.
        - *Deorſum*: & hęc deſcendens appellatur, cuius tres ſunt rami, quorū
          - *Vnus* ad renes peruenit. Vena namq; caua, priuſquam in lumbos deſcendat, præter eas ſoboles, quæ in renum membranā ſpargit, uicinis partibus exiles impartit ſurculos. Deinde maximas omniū ipſius propaginū ſingulas in ſingulos renes ſubiectos mittit, quæ emulgentes appellantur. θ, ι. & in 20. fig. uentris a, b. & 22. fig. m, n.
          - *Alter* ad teſticulos, ſanguinem & ſpiritū ipſis deferens, ſemenq́; præparans: & ſunt duæ uenę, utrinq; una, quarum
            - *Dextra* ab ipſis cauæ, non latere, ſed medio ferè ſub ea, quæ hac parte in renes tendit, oritur. μ, μ. & 20. fig. uentris f. & 22. fig. t. & 23. fig. t.
            - *Siniſtra*, ex ea, quæ ad renes fertur, pcedit; cui nonnunquā ramulus à caua accedit, & cum hoc unà pergit. λ, λ. & 20. fig. uentris. e. & 22. fig. κ. & 23. fig. κ.
          - *Tertius* ad crura, de quo in ſequentibus.
    - *Generationis*
      - *Teſtium*, de quibus ſuprà dictum. λ, μ, ν.
      - *Vteri*: & ſunt uenæ quatuor, quorū
        - *Duæ* imis partibus uteri paulò ſupra primum ceruicis exortū inſeruntur, unde uirgines puellæ menſtruis potiſsimùm purgantur: nec non in uterum, quæ inibi oris hiantes, acetabula nuncupantur, ipſiusq́; ceruicem diſperguntur. X. ✶.
        - *Duæ* circa eundem ortæ locum, ſurſum ad rectos muſculos tendunt: deinde in idem coeunt cum extremis uenarum, quæ per thoracem ad præcordia deferūtur: per quas potiſsimùm mamillis cum utero eſt communio. Γ. M.
  - *Minus principum*: nempe
    - *Ventriculi* uenæ paucæ ad inferiora uentris, pauciores ad eius orificium, pauciſsimæ eæque obſcuræ ad ſtomachum perueniunt, ex iecoris portis profectæ.
    - *Inteſtinorum*, *Omenti*, *Lienis*, *Renum*: De his uenis uide ſuprà in uena porta, & caua.
    - *Veſicæ*. Hæc uenas à propinquis ipſi uaſis, qua ſcilicet primum uenæ à caua, quæ ſpinæ incumbit, crura ſubeunt. Hæc in ipſo ſtatim primo ingreſſu ad collum ueſicæ, bifariam diuiſa, parte altera in totam ueſicam ad fundum uſque diſtribuitur: pars uerò auerſa fertur deorſum ſecundum ipſum collum. X, ✶.

C. *Venarum*

- **C.** *Venarum* differentiæ in artubus, ſunt uel
  - *Manus* totius: & ſunt uenæ duæ, quarum
    - *Vna* minor, (*a*) quæ Humeraria externa, & Cephalica ſeu uena capitis uocatur, ex iugulari bꝰ externis originẽ ducit: & in plures diuaricatur uenas, quarũ aliæ habentur iuxta
      - *Ortum*: & uel
        - *Priuſquã* brachiũ ſubeũt: atq; ſunt rami duo, quorũ
          - *Minor* numeroſa uenularũ ſerie diffunditur in
            - *Muſculos* poſteriores, ceruicem occupantes. *b*.
            - *Cutem* illius regionis. *b*.
          - *Maior* & grãdior, frequẽti etiã ſobole diſpergitur in gibbam ſcapulæ ſedẽ. *c*.
        - *Cum* brachiũ iam attingit: & uel
          - *In* ſummo tantùm humero, ubi rami aliqui exoriuntur, quorum præcipui digeruntur in
            - *Cutem* muſculum contegentẽ qui brachiũ attollit. *d, d*
            - *Mamillarum* interdũ uſq; cutẽ, in mulieribus tantùm. *d, d*.
          - *A ſummo* humero uſq; ad cubiti articulum, ubi grãciles aliqui ſeriatim utrinq; emergunt rami, qui in cutem ſibi proximam, anterioremq́; muſculi cubiti flectentium prioris ſedem diſpẽſantur, ac partim recta, partim obliquè, & tranſuerſim in cutem ita prorepũt, ut interdũ uerſus internã brachij ſedem ad axillaris uenę ſoboles in cutẽ digeſtas pertinere, cũ illiſq́; coire uideantur. *e, e, e*.
      - *Articulum* cubiti, iuxta exterius humeri tuberculũ, in tres diuiditur uenas, quarũ
        - *Prima*, quæ frequẽtiſsimè in hominib. deficit, penitùs obliqua deorſum ad mediũ flexus cubiti articuli defertur, atq; ſub muſculorũ ſecundos tertioſq́; digitorũ articulos flectentiũ, hincq́; ab humero & ulna originẽ ſumentiũ capitibus in aliquot ramos digeſta, ceſſat, neq; ( ut Galenus ſcribit ) alicui axillaris uenæ ramo commiſcetur. *g*.
        - *Secunda*, paulò ſupra cubiti articulũ deriuans, cæteris plerunq; craſsior habetur, & obliqua ſub cute ad cubiti cum humero articuli flexus mediũ deſcẽdit, ac cũ axillaris uenę ramo coit. Quo fit ut ex utriſq; uena illa exoriatur, q̃ paſsim cõis appellari ſolet. *h*.
        - *Tertia* (i k) paulatim in exteriorẽ cubiti regionẽ declinat, quã ubi attigit, ſurculos quoſdã in proximã ſibi cutem depromit, ac inde uerſus brachialis radicem obliquè prorepens, alteri inibi cõmiſcetur uenę, ab axillari deriuanti, à qua non parum adaucta, externam brachialis ſedem conſcendit, ibique in aliquos diducta ſurculos errabundo ductu ſparſos, currit in
          - *Regionem*, quæ ante paruum digitũ & annularem habetur. *l*.
          - *Externam* minimi & annularis digiti regionem.
    - *Altera* maior (*m*) quę axillaris, et interna cubiti uena, & baſilica, & iecoraria dicitur: à uena caua antequã in iugulares ſcinditur, prodit, per axillam excurrẽs, in cubitoq́ue interior apparet. & hæc uel
      - *Iuxta* principium, quum primùm axillam ſuperat, brachiumq́; ſubingreditur, in tres propagines diuaricatur, quarum
        - *Vna*, illis uenulis è regione educta, quæ ab axillari in glandulas hîc repoſitas digerũtur, capitibus muſculorum, quorum ope cubitus extenditur, inſeritur. *n*.
        - *Altera* poſt hãc, ſed demiſsius, & poſteriori ſede enata, diſpẽſatur in
          - *Eoſdẽ* muſculos. *o*.
          - *Externæ* brachij ſedis cutem. *o*.
        - *Tertia*, notatu dignæ amplitudinis, ab externo latere diffunditur, & obliquè deorſum ſub humero ad externum uſq; ipſius tuberculum deſcendit, ac ſub muſculis cubitũ extendentibus occulta, *in duas ſcinditur partes, quarum*
          - *Vna*, capitibus muſculorum ab externo humeri tubere pronaſcentibus, ramulos quoſdam exhibet. *p*.
          - *Altera*, aliquo uſque in externam cubiti ſedem prorepens, ſimul cum neruo brachium petentium quarto inferius, permeat. *p*.
      - *Non* p̃cul ab ipſius è thoracis cauitate in axillam egreſſu, in duos quodãmodo pares ſcinditur trũcos, quorũ
        - *Vnus* (*q*) interiùs in p̃fundo toto ductu ſubmergitur, ac arterię in manu exporrectę attenſus, ſimul cũ ea diſtribuitur muſculis cubitũ flectẽtibus, & mẽbranis neruos cõtegẽtibus p̃pagines offerẽs. Deinde cubiti articulũ ſuperat: in duos diuiditur ramos modicè ab inuicem recedẽtes, ac muſculis, quos prorepant ſurculos implicãtes, inde unà cum tendinibus internam ſummæ manus ſedem petunt, quorum
          - *Vnus* qui ſecundũ radiũ per cubitũ porrigitur, ſoboles ſpargit in
            - *Muſculos* externam uolę ſedem occupãtes. *q*.
            - *Digitos*: ut
              - Pollicẽ. *q*.
              - Indicẽ. *q*.
              - Mediũ. *q*.
          - *Alter*, qui ulnę exporrigitur, ſoboles aliquas dimittit in
            - *Muſculos*, qui primo pollicis oſsi cõnaſcuntur. *q*.
            - *Digitos*: ut
              - Medium. *q*.
              - Annularẽ. *q*.
              - Minimũ. *q*.
        - *Alter* (*r*) ſenſum ex alto ad internæ brachij ſedis cutẽ emergit, uerſus humeri interius tuberculum properans. Vbi autem anteriori tuberculo humeri incumbit, ad elatiorem eius tuberculi ſedẽ paulò elatius, quàm cubiti cum humero articulus conſiſtit, in duas magnitudine p̃pemodum æquales partitur uenas, quarum
          - *Anterior*. Vide ſignum D.
          - *Poſterior* (*u*) iuxta interius humeri tuberculum, in tres diuitur ramos, quorum
            - *Anterior*, pluribus conſtans ſurculis, in internæ cubiti ſedis cutem digeritur. *z*.
            - *Poſterior*, cutem adit, qua poſterior cubiti articuli ſedes induitur, atq; in externam cubiti ſedẽ non admodum procul proreptat. *y*.
            - *Medius*, inter poſteriorem & anteriorem ſecundũ ulnæ inferiorem ſedem, ad exteriora tamẽ magis declinãs, uerſus brachiale porrigitur. Huius rami ſoboles cum humerarię ramo huc cõtendenti coiens ſimul cum illo, digeritur. Interdum autem illo humerariæ ramo deficiente, ea axillaris uenæ propago abundè eius rami uices in extrema manu gerit. *x*.
  - *Cruris*. Vide in ſequentibus ſignum E.

D. *Vena* an-

**D.** *Vena* anterior cuti ſubſtrata, obliquè deorſum ad cubiti articuli flexũ repit, & in duas diuiditur propagines, quarũ

- *Vna*, quæ interdum recta ad brachiale contendit, interdum errabundò ductu perfertur, alijsq́; huius ſedis propaginibus commiſcetur. ζ.
- *Altera* (t) cum ſecundo humerariæ ramo coit, unaq́; inibi ex ambabus conſurgit uena, quam communem meritò appellamus. Hæc enim obliquè deorſum ducitur ad elatiorem cubiti ſedem contendens, quouſq; radium paulò ultra ipſius longitudinis medium hinc inde tranſcendat, tandem in externam cubiti ſedem porreptans, in duos diuiditur ramos, quorum
  - *Vnus*, qui elatior eſt, poſtquam in duas diuiditur portiones
    - *Vnam*, in internam brachialis ſedem, uerſus pollicis radicem diſpẽſat. β.
    - *Alteram* regioni, quæ inter pollicẽ & indicẽ habetur, contribuit. γ. δ.
  - *Alter*, qui inferior eſt, indicis, medij, & aliquouſq; annularis ſedem petens, in uarias exhauritur ſoboles. Quippe hæc uenarum in ſummæ manus cutẽ ſeries adeò uaria eſt, ut ipſam explicare prorſus arduũ ſit, præſertim cum inter quàm plurimos homines uix duos æquali correſpondentiq́; uenarum in ramos propagine inuenias, ac etiam rarò euenire conſpicias, dextram manum cum ſiniſtra congruere. ε.

**E.** *Cruris*, & hui⁹ quidẽ uenæ ſunt uel iuxta

- *Initium*, ſeu ſupra oſsis ſacri principium: & ſunt duæ, utrinq; uidelicet una apud ſacris oſsis ſummum, totum cauæ truncum æqualem in ſe continentes, originem ducunt, ut unaqueq; uerſus ſui lateris femur perreptet, notã hanc Λ imitantes, & aliquot ſurculos ſuperioribus ſacri oſsis foraminibus offerentes. Deinde uerò in progreſſu utraque in duos impares finditur ramos, quorum
  - *Interior*, qui gracilior eſt, inferius ad femur perreptãs, plurimas in progreſſu propagines ꝓmit, quarũ
    - *Duæ* primæ, uariè quidem digeruntur. Nã
      - *Exterior*, tota quodam modo inter ſacrum & coxendicis os, quà maximus neruorum crus petentium ducitur, in exteriora tranſuerſim fertur, & in plures diuaricatur propagines, quarum uadunt aliquæ in
        - *Muſculos* omnes ab ilium oſſis externa ſede pronatos, femoriſque famulantes motibus. T.
        - *Muſculos*, ab inferiori coxendicis oſſis ſede principium ducentes. T.
        - *Clunium* cutem. T.
      - *Interior*, in plures ſcinditur ꝓpagines, quarũ
        - *Aliquæ* diſpenſantur, in
          - *Sacri* oſsis foramina. X. & ♆.
          - *Recti* inteſtini muſculos. X. ♆.
          - *Cutem* orbiculari ſedis muſculo adnatam. X. ♆.
        - *Vna*, notatu digna, quæ in plurimas diuiditur uenulas, quarũ aliquæ
          - *In* uiris permeant in
            - *Dextrum* ueſicæ latus. X. & ♆.
            - *Veſicæ*
              - *Ceruicem*. X. & ♆.
              - *Fundum*. X. & ♆.
            - *Penem*. X. & ♆.
          - *In* mulierib. excurrũt in
            - *Veſicam*. X. ♆.
            - *Inferiorum* fundi uteri ſedẽ. X. ♆.
            - *Vteri* ceruicem, per quas uirginibus, & nonnullis mulieribus, quæ primis menſib. utero gerunt, menſtruæ purgationes colari diſſectionum profeſſoribus uiſum eſt. X. ♆.
    - *Quod* reliquum eſt, ad pubis os contendens, ab uno externo ramo trunci uenæ ſobolem abſumit, quæ cum eo interioris rami reliquo cõgreſſa, unam cũ ipſo uenam efformat, quæ primum peritonęum, ac deinde decimum femur mouentium perforat muſculum, & oſsis pubis foramen permeans in crus emergitur, illis quos perreptat muſculis propagines offerens. Prætereà in crus protenſa, plures à ſe educit propagines, quarum aliquæ uadunt in ω. ω.
      - *Muſculos* à pubis oſſe principium ducentes. ω.
      - *Partem* quinti femur mouentis muſculi, à pubis oſſe pronata.
      - *Octauum* femur mouentẽ muſculum.
      - *Penis* muſculos.
      - *Cutem* internæ femoris ſedis. ϰ.
      - *Coxendicis* articulum. ω.
  - *Exterior*, cum obliquè crus accedit, tres à ſe dimittit uenas, quarũ
    - *Vna* mediocri magnitudine, priuſquam eius peritonæum perforat, ab elatiori ipſius ſede exoritur, deinde ſurſum ad abdominis anteriora per peritonæum ducta in plures diuaricatur ꝓpagines, quarum permeant aliquæ in
      - *Peritonæum* ipſum. Γ.
      - *Abdominis* rectum, ac tranſuerſum muſculum. Γ.
      - *Regionem* quæ ſupra umbilicum habetur, ibiq́; ramulos ſpectãs, in quos uena ſub pectoris oſſe ab elatiori thoracis ſede delata, diffunditur. Ab eiuſmodi enim propagine medicis conceſſum eſt omnibus, ex utero ad mamillas, lactis generandi cauſa menſtruum tranſmittere ſanguinem. Præterea uena hæc nullam partem adipiſcitur, quæ in uterum (ut medicorum uulgus arbitratur) deſcẽdat, etſi ipſa ab ijs, quæ in uterum digeruntur, nõ ita multum diſtet. M.
    - *Altera*, quaſi in ortu coniugem ſortitur, ad pudendum excurrit. Δ.
    - *Tertia*, ubi eius truncus in femur ꝓcidens, peritonæum tranſit, ab interiori ipſius regione aliam promit uenam, quæ ad pubis oſsium medium accedens in, Δ.
      - *Viris*, uadit in
        - *Penis* inuolucrum. ♆. X.
        - *Scrotum*. Δ.
      - *Mulierib.* uadit in
        - *Pudendi* colliculos. ♆.
        - *Coreaceas* carunculas (quas Gręci νυμφὰς uocant.) ♆.
        - *Sedes* ibi proximas. ♆.
- *Inguina*. Vide in ſeq. fig. F.
- *Genu*. Vide in ſeq. fig. G.

**F.**

*Inguina*: ubi uena illa maior habetur, quę ſimulatq; è peritonæo elabitur, elatiorē coxendicis oſsis ſedē ad internū latus ſedis, qua ſextus & ſeptimus femur mouentium muſculi deſcendunt, in inguina labitur, ac anteriorem (uerſus interiora tamen magis) femoris regionem ſubit, & nullo occultata muſculo ſinui inſidet, qui in inguine efficitur, à longo graciliq; muſculo tibiam mouētium primo, unà cum octauo femoris motuum autore: & diuaricatur in propagines, Θ,

- *Maiores*: quarum
  - *Vna*, ab anteriori uenæ latere principium ducens, ad interiorem femoris cutem properat, atq; in internam femoris ſedē deorſum per genu quoq; interiora, & hinc rurſus per internā tibię regionem uerſus malleolum interiorē ſub cute exporrigitur, ac deinde in pedis ſuperiora deſcendens, uariè inibi digeritur. Verùm à ſui origine uſq; ad finem, in plures diuaricatur ramos, quorum
    - *Duo*, ut plurimum in ſuperiorē internæ femoris regionis cutē, non procul ab ipſius propaginis ortu, originem ducunt, quorū
      - *Interior* uadit in
        - *Femoris* interiora & inguina. Λ.
        - *Ipſum* quaſi peritonæū ſiue interfœmineū.
      - *Exterior*, qui & craſsior eſt, femoris anteriora & exteriora ſub cute perrepens, ſimiliter ac interior in ſurculos digeritur. Ξ.
    - *Duo*, ad genu articulum ducuntur, quorum
      - *Vnus*, in anterioris genu ſedis cutem ſecundū patellam diſpergitur. Σ.
      - *Alter*, interioris genu ſedis cutem accēdit, etſi aliquādo penitùs deeſſe reperiatur. Σ.
    - *Aliqui* ſecundum tibiæ longitudinem exorti, ad interioris ſedis tibiæ cutem antrorſum & retrorſum diffunduntur, qui impari numero ſparſi, rurſus cum proximis uenis uariè coeunt, inuicemque rurſus dirimuntur. Φ.
    - *Aliqui* ſuper elatiorem pedis regionem, diuerſimodè ſparguntur. 8.
  - *Duæ*, ubi truncus inter muſculos, os ipſum femoris amplexantes immergitur, oriuntur, quarum
    - *Exterior*, ſeptimo & nono tibiam mouentibus muſculis inſeritur, tenuibus ſurculis in cutem porrectis. 1.
    - *Interior*, quæ amplior & profundior eſt, in quintum femur mouentem muſculum digeritur, ramulos nonnullos in octauum tibiæ muſculum diſpenſans, ac etiam in proceſſu plures uenarum ſoboles in uniuerſos, femoris os ambientes, muſculos mittit. 2.
- *Minores*, quarū
  - *Vna*, è regione ſupradictæ maioris propaginis exoritur, quæ extrorſum ducta, in anteriorem articuli coxendicis cutem, & eius ſedis muſculos, diſtribuitur Ω.
  - *Duæ*, poſt illas (ubi truncus inter muſculos, os ipſum femoris amplexantes immergitur) una humilior altera, enaſcuntur, quæ in progreſſu inuicem unitæ, eam conſtituunt uenam, quę hic in cutem promitur, ac ubi ramulos ſurſum in poſteriorem femoris cutem germinauit, recto tramite deorſum mediam genu flexus ſedem ad ſuræ cutem, numeroſa ramulorum ſerie deſcendit, quorum alij rectà, alij obliquè, alij tranſuerſum in cutem excurrunt, & cū uenæ ramulis coeunt, quæ per cruris interiora decliuis fertur. Ideoq; non mirum eſſe debet, ſi eiuſmodi partes crebrius uario affectu laborent. Præterea ſciendum eſt, uenam hanc non ſemper eodem ordine ad inferiora deſcendere, neq; in ſui ortu, in iſto ſicut in illo homine inueniri. 3.4.5.6.7.

**G.**

*Genu*, ſunt duæ, quæ inter duo humiliora femoris capita impares emergunt, quarum

- *Interior* (10) ad ſuræ muſculos, & præcipuè ad pedem mouentium primum & ſecundum, deorſum prorepit, & in plures ſcinditur propagines, quarum
  - *Aliquæ* in progreſſu uadunt in
    - *Prædictos* muſculos. 11.
    - *Internam* tibiæ ſedis cutem. 11.
  - *Quod* reliquum eſt, ad tibiæ humiliorem uſq; appendicem prorepit, & ſub interiori malleolo reflexus, internum pedis latus ad pollicem uſq; accedit, ibiq; in cutem ut plurimùm diſpergitur. Rarius enim inter calcem & tibiæ os unà cum tendinibus hac pedis inferiora ſubeuntibus, ad pedis digitos proficiſcitur. 12.
- *Exterior* (13) ſtatim ab exortu in binas rurſus diducitur propagines, quarum
  - *Interior* (16) quæ maior eſt, ad ima deſcendens omnibus quos perreptat muſculis ramulos offert, à quibus paucisſimi, aut penitùs nulli in cutē ſubeunt. Cùm uerò iuxta mediū ferè longitudinis tibiæ peruenit, in duos partitur ramos, quorum
    - *Interior* (17) plures ex ſe promit, quorum
      - *Vnus*, tali cum tibiæ articulo offertur. 18.
      - *Duo* pollici / *Duo* indici — *Inſeruntur*. 19.
      - *Vnus* medio exporrigitur. 19.
    - *Exterior* (17) fibulæ exporrigitur: & cum ad eius infimam ſedem pertingit, in duas diuaricatur propagines, quarum
      - *Vna* ligamentum perforans, unà cum tendinibus per tibię anteriora pedis ſuperiora adeuntibus in pedem fertur, digeriturq; in
        - *Pedis* muſculos digitos exterius ducentes. 18.
        - *Cutem* ibi proximam. 18.
      - *Quod* reliquū eſt cum ſeptimi & octaui pedem mouentium muſculorū tendinibus in pedis humiliora proficiſcitur, & in minimos diſpenſatur: niſi fortè interior ramus omnibus digitis ſurculos exhibeat. 19.
  - *Exterior* ad ſuperiorem fibulæ appendicem fertur, & cum à propagine, quæ tibiæ poſteriorem ſedem occupat, in anteriores tibiæ muſculos nulla ſoboles per membraneum ligamentum ducitur, ab hac ramus inter ſeptimum & ſextum pedem mouentium muſculos prorepit, frequenti ſobole digeſtus, in muſculos anteriorem tibiæ oſsis ſedem occupantes. Aliquando uerò propago hæc, in exterioris tibiæ ſedis cutem frequentibus ſurculis diſpergitur, & præcipuo ipſius ſurculo nunc antrorſum, nunc retrorſum ad interiorem malleolum reflexo, pedis ſuperiora accedit, & potisſimùm externum pedis latus perreptat, alijsque huc pertinentibus uenis commiſcetur, nuſquam in alium emergens. 14.15.

*Vide apud Veſalium figuras duas uenarum, lib. 3. quarum altera fol. 362. altera 368. apparet, in prima editione.*

# De Arteriarum conſtructione, in genere.

**VIII.** *Arteria*, uas eſt ſimiliter ut uena mēbraneū, teres ac fiſtulæ modo cauum, quo uitalis ſpiritus, & tenuis, flauus caliduſque ſanguis ꝑ uniuerſum corpus diffunduntur. Harum differentiæ in

- *Genere*, ſumuntur à
  - *Subſtantia*. Arteriæ ſimiliter ac uenæ, membraneo conſtant corpore, comprimi ac in ſe collabi, & rurſus diſtendi idoneo: at longè ſolidiori, duriori, ac ex pluribus tunicis conformato. Arteria enim duas peculiares ſibi uendicat tunicas, quarum exterior profectò robore ac craſsitie uenarum peculiari tunicæ reſpondet: interior autem craſsitie huius ferè quintupla. hæc tunica à quibuſdam χονδρώδης ſeu cartilaginea appellatur. Tunicæ arteriæ ſimiliter ut uenæ, fibris conformantur: ac interior quidem tranſuerſis duntaxat intertexitur: exterior uerò rectis, & quibuſdam mediocriter obliquis, tranſuerſis autem nullis conſtat. Interior arteriæ tunica, ceu cutem quandam internæ inteſtinorum & uentriculi ſuperficiei modo continet, latæ continuæq; aranearum telæ manifeſto perſimilem, in grandioribus quidem arterijs conſpicuam, ac à nonnullis tertiæ arteriæ tunicæ loco deſcriptam. Cæterùm fibras arteriæ corpus, eiuſdem quo uenæ uſus gratia ſortitur, ac plurimas quidem tranſuerſas exigit, ut ocyus ipſi ex ſiniſtro cordis ſinu immiſſum ſanguinem & uitalem ſpiritum toti corpori diſpenſet, neq; alium in tranſmittendo recipiendoque rhythmum, quàm cor ipſum efficiat. Obliquæ uerò materias retinent, &c.
  - *Uſu*. Arteriæ à ſummo rerum opifice ſunt extructæ, ut uitalem ſpiritum & ſanguinem impetu per corpus diffuſum, ſingulis partibus deducerent, ingenitumq; calorem recrearent, &c.
- *Specie*. Nam arteriæ in ſiniſtro cordis uentriculo exortæ, uitalē ſpiritū toti corpori ſubminiſtrantes, in duas diſſecātur propagines, quarum
  - *Una* tenuis ſimpliciq; tunica conſtans, in pulmones diuaricatur, quam cū ea uena, quæ à portis iecoris, ad uentrem numeroſa ramorum ſerie deſcendere, ſuiq; extremis ceu radicibus quibuſdam cibū exugere diximus, conferre poſsis. Nam & arteria hæc per uſum cōmoditatemq; ſpiritus attrahendi, in pulmones deriuatur.
  - *Altera*, multò craſſior (*A*) quæ ueluti truncus eſt omniū, à qua deriuātur arteriæ quatuor, quarū
    - *Duæ* graciles in ipſo arteriæ exortu prodeunt, quæ coronæ modo cordis baſim, unà cū coronali uena amplectentes, cordi ſecundum ipſius longitudinem ramulos transfundunt. Vide lib. 3. fol. 395. ſignum B. *B*.
    - *Duæ* parū ſupra cor, ex toto oriuntur trunco: & ſunt impares, quarū
      - *Minor* (*V*) ſurſū fertur, ac ſtatim in duas inæquales ſcinditur partes quarū
        - *Minor*. Vide in ſequentibus ſignum A.
        - *Maior* pars (*V*) ad iugulum tēdēs, obliqua, de ſiniſtra ad dextrā thoracis partē porrigitur, & ubi ꝑpe glandium, cui thymo nomē eſt, peruenit, in tres diuaricatur propagines quarū
          - *Duæ* (X. Z) quæ Græcis καρωτίδες dicuntur, ſurſum attollūtur, & earū altera ad iugularem permeat dextrā, altera ad iugularem ſiniſtrā. Verùm cum ad fauces uſq; pertingunt, in duos (*a*) ſcinduntur ramos, quorū
            - *Interior* (*c*) q & gracilior eſt, fauces ſubit, ac mox laryngi, & linguæ ꝑpagines deriuans ad caluariæ baſim ꝑperat: priuſquā uerò in caluariā mergitur, in duos impares diducitur ramos, quorum
              - *Maior* (*d*) per peculiare foramen nulla concomitatus uena, caluariam ingreditur, ibiq; ſtatim in plures ſcinditur propagines, quarū
                - *Una* per proprium foramē, ad narium amplitudinē diſcurrit.
                - *Altera* in latus ſiniſtrū duræ cerebri mēbranæ multipliciter ſcinditur.
                - *Quod* reliquum eſt, in plures ſcinditur ramos, quorū
                  - *Aliqui* uadūt in
                    - *Oculum*.
                    - *Interiorem* tēporalis muſculi ſedem.
                  - *Quod* reliquū eſt uadit in
                    - *Siniſtrū* cerebri uētriculū, plexū faciēs, extimo fœtus inuolucro cōparatū.
              - *Minor*, cum coniuge uena in poſteriora ſecundum caluariæ baſim fertur, & ramulum muſculis ceruicis uertebrarū anteriorem ſedem occupantibus, iuxta primæ ſecundæq; uertebrarum interuallū offert, ac deinde per foramen cum ſexto cerebri neruorū pari caluariam ingreditur, & ſimul cū uena in ſiniſtrum ſecundum duræ cerebri membranæ ſinum exhauritur.
            - *Exterior* (*b*) gracilior, in tres diuaricatur propagines, quarum
              - *Prima* (*e*) genis ſeu buccis latitans offertur.
              - *Secunda* (*g*) in ſiniſtrum permeat tempus.
              - *Tertia* (*h*) ſecundum ſiniſtræ auris poſteriorem ſedem digeritur.
          - *Una* (*Y*) quæ reliqua pars eſt, ad dextrā ſcapulam & axillam incedit, à qua plures oriuntur propagines, quarū aliæ uadunt in
            - *Pectus* & mamillam. Vide in ſiniſtra *E*.
            - *Primas* thoracis coſtas. Vide *E*.
            - *Sex* colli uertebras. Vide in ſiniſtra uena axillari *F*.
            - *Summum* humerum. Vide *E*.
            - *Scapulam*. Vide *I*.
            - *Brachium*. Vide in ſiniſtra *M*.
            - *Manum* extremam. Vide *Q. S. R. T.*
      - *Maior*. Vide in ſequentibus ſignum B.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0051-0 DFG

A. *Arteria* minor (*d*) oppoſitum ſitũ habens obliquior attollitur ad ſiniſtram ſcapulam & axillã, à qua plures diuaricãtur rami, quorum alij exoriuntur iuxta

- *Principium*: & ſũt quatuor
  - *Primus* (*E*) ad primam thoracis coſtam in humiliori ſede exortus deorſum diffunditur, & coſtarum radicibus inſeritur attenſus, in
    - *Tria*, quatuor ſuperiorum coſtarum interualla ſiniſtri lateris.
    - *Dorſalem* medullam.
    - *Muſculos* thoracis uertebriſque hic inſtratos.
  - *Secundus* (*F*) ſuperiori amplior, ab elatiori ſede ad primam coſtam emergit, qui ad ſeptimæ ceruicis uertebrę latus obliquè repens, in huius lateris tranſuerſi proceſſus foramen ſe inſerit, ac deinde per tranſuerſarum reliquarum uertebrarum proceſſum foramina conſcendens, perinde atque hac excurrens uenam, digeritur in plures propagines, quarum
    - *Aliquæ* uadunt in
      - *Dorſalẽ* medullam. *F.*
      - *Muſculos* ceruicem hic occupantes. *F.*
    - *Quod* reliquũ eſt, ſimul cum comite uena per foramen in poſteriori ſede ſiniſtri capituli occipitis oſsis inſculptum, caluariam ſubit, atq; in ſiniſtrũ duræ cerebri mẽbranę ſinum exhauritur.
  - *Tertius* (*G*) ab interiori ipſius ſede pullulat, qui obliquiori ductu pariter ſuperiora anterioraq; petit. Hic enim pectoris oſsis ſummum accedit, decliuis fertur ſecundum ipſius oſsis ſiniſtrum latus, & in eoſdem digeritur ramos, in quos uenã hac repẽtem diſpenſari retulimus, etſi nullæ eius propagines cutem accedant, niſi forſitan obſcuriſsimæ in mamillas tranſeant. in progreſſu enim plures ex ſe promit ſurculos, quorum
    - *Aliqui* quà truncus pectoris oſsi exporrigitur, enati uadunt in
      - *Venarum* coſtarum cartilaginis interualla. *G.*
      - *Muſculos* cartilaginibus incumbentes. *G.*
    - *Aliqui* uadunt in
      - *Sui* lateris membranam, quæ thoracis amplitudinem interſepit. *G.*
      - *Glandium* in iugulo repoſitum. *G.*
    - *Quod reliquum eſt, thoracis cauitatem ingreditur, & re*cto hic abdominis muſculo ſubnatum, ad umbilici ferè regionem procedit, in progreſſu utrinq; ad abdominis partes ramulos offerens, ac inde in plures diſſectum ſoboles, alterius arteriæ terminos reſpicit, quã huc ab imo ſurſum contendere docebimus.
  - *Quartus* notatu dignæ magnitudinis, prope axillam elatiori parte exortus, in poſteriores ceruicis muſculos diſcinditur. *H.*
- *Humerum*, & ſunt octo, quorum
  - *Primus* inſignis, ubi truncus thoracis cauitatem & primam coſtam euicit, ex poſteriori ipſius ſede emergit, in ſcapulæ cauitatis muſculos digerendus. *I.*
  - *Secundus* ſuperiori ipſius regione depromitur, qui ad humeri cum ſcapula articulum, iuxta ſummum humerum & ſcapulæ gibbum in ramos digeritur, quorum unus cum humerali uena, ubi adhuc in alto reconditur, aliquouſque prorepit. *K.*
  - *Tertius* ſuperiori ſuccedens in muſculos anteriori thoracis ſedi inſtratos, numeroſa propaginum ſobole digeritur. *L.* uel l.
  - *Quartus* in glandes axillæ cauitatem opplentes immergitur. *M.*
  - *Quintus* priuſquam truncus in manum abſumendus feratur thoracis lateri exporrigitur in muſculum excurrens, cuius ope brachium decliue dorſo adigitur. M.
  - *Sextus* & ſeptimus graciles, diſtribuuntur in
    - *Internam* muſculorum humeralium ſedem. *o.*
    - *Membranas*, ibi neruos continentes. *o.*
  - *Octauus* ſecundum poſteriorem humeri ſedem obliquè prorepit ad externum humeri tuberculum contendens. *o.*
- *Cubitum* & manum: ſũt quatuor, quorũ
  - *Duo* ad medium cubiti articuli flexus exorti, ipſi articulo ramos exhibent. *pp.*
  - *Duo* totius arteriæ reliquum in ſe recipientes, ubi nonnihil per internam cubiti ſedẽ arteria, à qua oriuntur, prorepſit, emergunt, quorum
    - *Exterior* (*Q*) radio exporrigitur, & ubi brachiale cõtendit, in plures diuiditur ramos, quorum
      - *Aliqui* in muſculos permeant, inter primum pollicis os, & poſtbrachialis os indicem ſuſtinens, collocatos. *R.*
      - *Tres* uariè digeruntur. Nam
        - *Primus*, in duas partitur propagines, exterius ad pollicem accedit. *R.*
        - *Secundus*, duplici ramo internam indicis ſedem implicat. *R.*
        - *Tertius*, indiuiſus internum latus interioris medij digiti ſedis conſcendit. *R.*
    - *Interior* (*S*) ulnã perreptans in manus uolam ſubit, & in plures diuiditur ramos, quorum
      - *Duo* minimo digito offeruntur. *T.*
      - *Duo* annulari offeruntur. *T.*
      - *Vnus* in medium digitum fertur. *T.*
      - *Vnus* in muſculos uadit, qui externum latus poſtbrachialis oſsis occupant. *T.*

B. *Arte-*

B. *Arteria* maior (*i*) deorſum fertur, & uarias ſpargit propagines tũ in

- *Thoracem* ac uentrem. In thoracem autem utrinq; ꝓpagines in octo (k,k,k) inferiora thoracis interualla deriuat, quæ ſimiliter ac uenæ coniuge carentis rami, ſecundũ interualli ductum, ad coſtarum uſq; cartilagines in ueris coſtis prorepunt, à quibus ramuli exoriuntur, qui in dorſalem medullam ac muſculos inibi uertebris, thoracique adnatos, ſparguntur. Sic igitur magnæ arteriȩ trũcus, uertebrarum corporum ſiniſtræ ſedi quodãmodo innitens, dum ad inferiora deſcẽdit, in decem propagines diuaricatur, quarum
  - *Prima* & ſecunda (*l*) utrinq; uidelicet una, ubi truncus ad ſeptum tranſuerſum peruenit, in ſeptum ipſum ſparguntur, ac in cordis inuolucrum, ea uidelicet parte, qua ſepto adnaſcitur.
  - *Tertia*, magna, ſub ſepto tranſuerſo, ex elatiori arteriæ magnæ ſede origiñe ducit, ac inde in duos diuaricatur ramos, quorũ
    - *Dexter* (*n*) qui gracilior eſt, ſuperiori omenti membranæ connectitur, ac inde uenæ portæ adnexus, ſurſus ad iecoris cauum contendit, & quamplures ex ſe mittit propagines, quarum aliæ uadunt in
      - *Omenti*
        - *Superiorem* membranam. r.
        - *Inferiorem* membranam. o.
      - *Inteſtinum*
        - *Colum.*
        - *Duodenum.* q.
      - *Ventriculi*
        - *Poſteriorem* ſedem. p.
        - *Dextram* fundi partem. r.
      - *Veſicam* bilis. ſ.
      - *Iecoris* cauum. t.
    - *Siniſter* (*u*) qui dextro craſsior habetur, inferiori omenti mẽbranæ committitur, ac deinde uenæ portæ ramo iungitur in tot, quot illæ ſoboles digerendus, quarum uadunt aliæ in
      - *Ventriculi*
        - *Partem*, qua dorſo innititur. x.
        - *Mediam* eius regionis ſedem, q̃ dorſo incumbit. y.
        - *Superius* orificium, & illud uenæ portæ inſtar cingunt. z.
        - *Superiora* dextrorſum, ac inde in humilius orificiũ, & anteriorem poſterioremq; ſedem. ω.
        - *Fundum*, ſiniſtrorſum inde perreptantes. ε.
      - *Omenti* membranam
        - *Demiſsiorem.* β.
        - *Superiorem.* ε.
        - *Humiliorem.* γ.
      - *Colum* inteſtinum. β.
      - *Lienis* cauum, ſecundum rectam lienam, à q̃bus ramuli oriũtur, qui ſiniſtrorſum uentriculi latus occupant. δ, δ, ζ.
  - *Quarta*, paulò inferius (ζ) ab elatiori magnæ arteriæ parte principium ſumit, & in plures diuiſa propagines, uadit uenæ portæ modo in
    - *Meſenterii* ſedem
      - *Superiorem.* ξ.
      - *Humiliorẽ.* λ.
    - *Inteſtinum*
      - *Ieiunum.* ζ.
      - *Ilium.* ζ.
      - *Colum*, eius uidelicet partẽ, quæ à iecoris cauo ad dextrum renẽ uſq; pertinet. ζ.
  - *Quinta* & ſexta, utrinq; una ſatis magna, quarum ſiniſtra dextra humilior enaſcitur, in renes digeruntur. θ, θ.
  - *Septima* & octaua, quæ poſt has, quas ſeminales appellant, ſeminalibus uenis contextæ, ad teſtes permeant. In mulierib. uerò, partim in teſtes, partim in uteri fundum digeruntur. ι, ι, κ, κ.
  - *Nona* à poſteriori, ſeu inferiori magnæ arteriæ ſede, qua hæc uertebris committitur, geniculatim utrinque ad ſingulas lumborum uertebras promitur, & in dorſalem medullam, & muſculos uertebris hic adnatos excurrit. Quarum maior inferiorque non ſolùm ad muſculos uertebris attenſos accedit, uerùm tranſuerſim per peritonæum, abdominisque muſculos ad latera uſque abdominis exporrigitur. μ, μ.
  - *Decima* ſupra ſacri oſsis initium prodit, & uenarum ramis exactiſsimè correſpondet. Si exiguos fortè ſurculos ſecluſeris, qui ab humiliori arteriȩ ſede, deorſum ducti, ac ſacro oſſe ſuffulti, ipſius foramina ſubeunt, hac dorſalem medullam, poſterioremque ſacri oſsis ſedem petentes. ν, ν, ν.
- *Crura*, Vide in ſequentibus ſignum C.

**C.**

*Crura.* Magnā arteria (ν,ν,ν) in lumborum regione uenæ cauæ, ſiniſtro lateri ſuccũbens, ad ſacri oſsis principium, in duos grandes truncos ad hanc Λ imaginẽ bipartitur, ut unuſqſque ramus ad ſuum perreptet femur, quorum ſiniſter uſque ad extremos pedis digitos, in duos grãdes diuaricatur truncos, quorum

- *Inferior* (ξ) exteriori gracilior, plures à ſe mittit ꝓpagines, quarum
  - *Duæ* parum inferius exortæ, uariè ſcinduntur. Nam
    - *Exterior*, ſimul cum uena inter ſacrum os & ilium os, quà hæc inuicẽ dehiſcũt, in exteriora tranſuerſim exporrigitur, & frequenti utcunq; ſobole muſculos ilium os amplexantes, ipſumq́; adeò coxendicis articulum implicat, ν.
    - *Interior* (π) in
      - *Viris* in plures ſcinditur ſoboles, quarum uadũt aliquæ in
        - *Humiliorem* oſsis ſacri ſedem.
        - *Veſicæ*
          - *Fundum.*
          - *Ceruicem.*
        - *Penem.*
        - *Podicem.*
      - *Mulieribus*, plurima ſobole currit in
        - *Humiliorem* uteri fundi regionẽ.
        - *Veſicam.*
        - *Vteri* ceruicem.
  - *Quod* reliquum eſt, deorſum repit, ſui lateris arteriam, quæ in umbilicum fertur, admittens, ac deinde propaginem aſſumit ab externo trunci ramo propagatam, ubi is iam in crus eſt ꝓlapſurus. Præſens itaq; ramus ea propagine adauctus, per pubis oſsis foramen ducitur, & in muſculos foramẽ id occupantes, & illos, qui à pubis oſſe principiũ ducunt, diſpenſatur. ξ, ξ, ς.
- *Exterior* (φ) per inguina deſcendens, ab hac ſede uſq; ad extremos pedis digitos, in decem diuaricatur ramos, quorũ
  - *Primus* antequam eius truncus peritonæũ permeat, in plures diuaricatur propagines, quarũ
    - *Vna* ſurſum peritonæo exporrigitur. τ.
    - *Nonnullæ* ad rectum abdominis ſui lateris muſculum accedentes, ſurculos in conterminos ſedes, tranſuerſim utrinq; digerunt. τ.
    - *Vna* in plures ſcinditur ramulos, qui ſurſum properantes arteriæ eodem à pectoris regione tendentis ramulos ſpectant, ac mamillarum cum utero communionem (ſi modò arteriarum beneficio aliqua fit) præbent. τ.
  - *Secundus* poſtquam truncus peritonæum ſuperauit exortus, ad pubis oſsium commiſſuram pergit, qui neq; ut eò tendens uena in multas diſpergitur ſoboles, quarum ne una quidem cutem ſubit, niſi fortè exilis quæpiam in penis inuolucrum diffundatur. υ.
  - *Tertius* poſt hunc, in anteriori femoris parte promitur, & in muſculos ibi exiſtẽtes digeritur. Verùm etſi in frequentes ſcindatur ſoboles, nulla tamen cuti exporrigitur. χ.
  - *Quartus* in altero latere propagatus, ad genu uſque prorepit in plures diuiſus ſurculos, quorum
    - *Aliqui* in progreſſu permeant in
      - *Quintum* femur mouentium muſculum. ψ.
      - *Muſculos* internam femoris ſedem occupantes. ψ.
    - *Vnus* arteriæ ramo coniungitur, & permiſcetur, quam per pubis oſsis foramen in crus pertingere ſcripſimus. ω.
  - *Quintus* ubi truncus per femoris poſteriora diſcurrit, enaſcitur, qui in muſculos poſteriorem femoris ſedem occupantes, excurrit, & aliquò uſq; cum illis uenarum propaginibus, deducitur, quæ à uena per genu flexum tranſeunt, in ſuræ cutem diſpergitur. Γ.
  - *Sextus* & ſeptimus, utrinq; uidelicet unus, in poplite enati, ac in alto reconditi, in genu articuli latera digeritur. Δ. Δ.
  - *Octauus* ubi arteria tibiam ſubire incipit, ab externo ipſius latere emergit, & fibulæ exporrectus inter ſeptimum & octauum pedis motus autorum muſculos reconditur, atq; in reliquos, qui anteriorem tibiæ ſedem ſibi uendicant, ſoboles digerit. Ξ.
  - *Nonus* & decimus, totam in pedem excurrentem arteriam in ſe complectentes, ſub medio longitudinis tibiæ prodeunt, quorum
    - *Interior* (Σ) inter calcem & tibiæ os pedis inferiora ſubit, & in plures ſcinditur ſurculos, quorum
      - *Vnus* in progreſſu tali cum tibia articulo offert.
      - *Quod* reliquũ eſt (Ω) in pedis plantam ſubiens, in duas partitur ꝓpagines, quarum
        - *Altera*, duplici ramo inferiorẽ pollicis adit ſedem.
        - *Alter*, in progreſſu in duos ſurculos digeritur, & eorum
          - *Alter* duplici propagine in indicem inſeritur.
          - *Alter* indiuiſus medio aſſociatur digito.
    - *Exterior* (Π) inter fibulam & calcem pedis inferiora accedit, & in plures partitur propagines, quarũ
      - *Vna* tali cum tibia articulum perreptat.
      - *Altera* quæ grandior habetur, ſub interiori malleolo ad principium illorum muſculorum pergit, qui pollicẽ & tres digitos ipſi proximos in externum latus abducunt.
      - *Quod* reliquũ eſt diſſeminatur in
        - *Duos* minimos digitos.
        - *Externũ* latus medij digiti.

De Ve-

# De Vena arteriali, & arteria uenali, ex Veſalij libro tertio, capite decimo quinto.

*Reliqua* adhuc in uenarum arteriarũque ſermone ſunt duo uaſa, quæ ſingula duabus uocibus à diſſectionum proceribus explicantur. Nam

- *Alterum*, uenam arterialem appellant, eo quòd arteriali, non uenali ſit corpore conſlatum, & ſanguinem ut uena deferat. Vena hæc ex elatiori ſede dextri cordis uentriculi in pulmones numeroſiſsima ramorum ſerie digeritur, ſanguinemque in eo cordis uentriculo elaboratum, pulmonibus ſubminiſtrans. 1.2.3. A.B.C.D.E.F.G.
- *Alterum*, arteriam uenalem nuncupant, eo quòd aerem ueluti ſpiritum ex pulmonibus, in ſiniſtrum cordis uentriculum deferat, & tamen non arteriali, ſed uenali corpore cõflatum. H.I.K.L.M.

*Vide apud Veſalium lib. 3. duas arteriarum figuras, quarum una fol, 395, altera fol. 411, apparet, in prima editione.*

# De Neruorum conſtructione, in genere & ſpecie.

**IX.** *Nerui* ſunt organa longa, teretia, nullã intus cauitatem ſortita, animalem ſpiritum à cerebro animalis facultatis fomite ad corporis partes deferentia. Horum differentiæ in

- *Genere*, ſumuntur à
  - *Qualitate.* Sic neruorum alij
    - *Molles*, qui breuiſsimo prorepunt interuallo: ut nerui
      - *Viſus.*
      - *Guſtus.*
      - *Auditus*, &c.
    - *Duri*, qui longiorem progreſſum habent: ut nerui
      - *Sacri* oſsis.
      - *Artuum*, &c.
    - *Caui*: ut uiſorij.
    - *Non* caui: ut reliqui omnes.
  - *Quantitate.* Sic neruorum alij
    - *Integri* in aliquam partem abſumuntur: ut uiſorij.
    - *Dirempti* in plures ſurculos.
  - *Vſu.* Summus rerum opifex neruos creauit, ut à cerebro animalem ſpiritum membris deducerent.
- *Specie*: & ſũt aut
  - *Trunci*, ex quo originẽ ducũt. Horum namq; alij oriuntur uel ex
    - *Cerebro.* Vide in ſequentibus ſignum A.
    - *Spinali* medulla: unde triginta paria neruorũ originẽ ducunt, quorũ alia ſũt
      - *Ceruicis.* Vide in ſequentibus ſignum B.
      - *Thoracis.* Vide in ſequentibus ſignum C.
      - *Lumborum* (20, 21, 22, 23, 24) à quorum uertebris orti, thoracis uertebrarũ neruis magna ex parte conueniunt: & ſunt paria quinque, quorum rami
        - *Poſteriores* (52) retrorſum ducuntur, & inſeruntur in
          - *Muſculum* humani thoracis quartum. 52.
          - *Muſculum* dorſum mouentium undecimum. 52.
          - *Muſculum* dorſum mouentium decimumtertium. 52.
        - Anteriores pergunt in
          - *Muſculum* abdominis. 50, 50.
          - *Muſculum* brachium uerſus dorſi humiliora detrahentem. 51.
          - *Muſculum* dorſum mouentium nonũ. 50.
          - *Muſculum* femur mouentiũ ſextum. o, o.
      - *À uigeſimoprimo pari (49) ſeu ſecundo lumborũ, unà cũ ſeminaria ſui lateris arteria perquàm exiguus ſurculus ad teſtem ducitur, ſi modò à ſexti paris neruorũ cerebri ramis coſtarũ radicib. exporrectis, atq; in inteſtina propagatis nullæ ſoboles ad teſtes pertingant. nã & ab illis ramis interdũ ſurculos teſtib. exporrigi animaduertimus. Quinetiam ab anteriorib. ramis triũ primorũ pariũ ex lumborũ uertebris proſilientiũ, ſurculi etiã diffunduntur, qui nuper dictos ſexti paris ramos coſtarũ radicibus exporrectos accedunt, illosq; adaugent. À tribus uerò humilioribus è lumborum uertebris elabentiũ paribus, non minimi crus accedunt: qua autem ſerie in illo digerãtur, in ſchemate neruorum cruris exequetur. Veſalius lib. 4. cap. 15.*
      - *Oſsis* ſacri. Vide in ſequentibus ſignum D.
  - *Artuum.* Vide in ſequentibus ſignum E.

**A.** *Neruorũ* qui ex cerebro oriũtur, ſeptem ſunt cõiugationes, quarum

- *Prima* duobus conſtat neruis, qui ad oculos pertinent, uidendi facultatẽ ipſis transferentes: unde Græcis ὀπτικοὶ dicuntur, ex anterioribus uentriculis procedentes, caui ob id facti, ut ſpiritum recipiant: maximi & molliſsimi, quòd alij quoque ſenſus, magnos & molles neruos habeant. Hi inuicem in unum coeunt, & rurſus antequã oculos ingrediantur, dirimũtur: ut altero clauſo oculo, totus ſpiritus per communem neruum ad alterum feratur. Vide lib. 4. ſignum G, H, I.
- *Secunda*, qui exiles & duri, muſculos oculos ambientes mouent. K.
- *Tertia*, quæ in duplicẽ ramum ſinditur, quorum
  - *Maior* ſeu craſſior (M) caluã iã excedens, in duos quoq; ramos diuiditur, quorum
    - *Alter* gracilior, capreoli modo inuolutus, temporali muſculo demittitur. R.
    - *Alter* eſt earũ propaginũ, q̃ ſparguntur in
      - *Superioris* maxillæ dentes. S.
      - *Linguam*, totam ipſius tunicam, guſtus nimirum ſubminiſtrandi gratia. YY.
      - *Maxillam* inferiorem, quæ per foramen oſsis illius elabens labris in ea parte ſitis, & dentium radicibus ſenſus gratia communicatur. T.
  - *Minor* (L) ſeu tenuior: exoritur è latere baſis cerebri, ubi dorſalis medulla ab ipſa initiũ ducere auſpicatur. Hinc recto tramite ſub cerebri baſi antrorſum progrediens, durã cerebri mẽbranam perforat, & ſecundo neruorũ pari attenſa cum ipſo per commune foramen in oculi ſedẽ procidit, illicò in quatuor diſſecta propagines, quarum
    - *Prima* (N) ſurſum in adipe oculorũ muſculis obducto excurrens, per peculiare foramen digeritur ad
      - *Frontis* cutem.
      - *Muſculoſam* huius ſedis ſubſtantiã, frontis cutis & palpebræ ſuperioris motib. præfecta.
    - *Secunda* (O) deorſum ducta mox in foramẽ ſibi priuatim exculptum fertur, quouſq; in anteriorem ſuperioris maxillæ ſedem prolabatur, ac multiplici ſerie diſpenſatur in
      - *Muſculos* ſuperius labrum & naſi alam extrorſum in ſuo latere mouentes, & ipſum labrum.
      - *Gingiuas* dẽtium inciſoriorum.
    - *Tertia* (P) foramine priuato utens, poſt carunculam in interiori angulo oculi conſpicuam adit
      - *Narium* amplitudinem, inibi in nariũ degenerãs tunicã.
      - *Tenuem* & membraneũ muſculum, introrſum naſi alã contrahentem.
    - *Quarta* (Q) in dictis craſsitie non inferior per foramen ſeu ſciſſuram potius, quæ inter primum maxillæ ſuperioris os, & cuneum imitans, in extimo latere ſedis oculi conſpicitur, contendit ad internam ſedem temporalis muſculi, tota in eum muſculum abſumenda.
- *Quarta*, paulo poſterius his eſt locata, ad baſim magis quàm priora incipiens: parua admodum, & durior tertia: propagines autem eius omnes ſibi ipſis ſunt propinquæ: commiſcetur quidem ſtatim neruis tertiæ coniugationis, pòſt autem fertur longiſsimè: deinde ſeiungitur, totiq; palati tunicæ inſigitur. Z.
- *Quinta* (α) nondum dura, in ipſo per oſſa tranſitu in duas partes diuiditur: quarum
  - *Altera* meatui auditorio diſpenſatur. α, φ.
  - *Altera* cęco foramini, ſic dicto, non quòd cęcum ſit, ſed flexuoſam meatus obliquitatem ad temporalem muſculum, diſtribuitur. ε.
- *Sexta* (ε) ultra has eſt neruorum coniugatio, qui nondum etiam ſunt duri, ſi tãtum prædictis ſint duriores. Nam quanto iam ſpinali medullæ appropinquantur, tãto duriores euadunt. Hi caluariam egreſsi, in ſex diuiduntur neruos, quorum
  - *Duo* cum arterijs carotidib. inferius ducũtur, collumq; præterlapſi dũ per thoracẽ deferũtur, in duas diuiduntur partes, quarũ
    - *Altera* dextrorſum quàm ſiniſtrorſum ad inferiora deſcendens, in plures diuaricatur particulas, quarum uadunt aliquæ ad
      - *Poſteriorem* ceruicis ſedem. f.
      - *Laryngis* muſculos. g.
      - *Coſtarum* dextri lateris radices. h, i.
      - *Pulmonem*. q.
      - *Cor*. r.
      - *Ventriculum*. ſ. t. u.
      - *Inteſtina*. x. α.
      - *Lienem*. χ.
      - *Renes*. γ, λ.
      - *Veſicam*. ε, μ.
    - *Altera* utrinq; enata neruũ efficit, qui per eandẽ reuertitur uiam, qua prius deſcenderat: unde recurrentes dicti. Recurrit enim continuè aſperæ arteriæ adhærens ad ſex laryngis muſculos, uocis efficiendę gratia. Nam
      - *Dexter* ad claues permeans, circum ramũ arteriæ magnæ, quæ in dextram maxillam fertur, obuolutus reflectitur, ſurſumq; recurrit, & in tres laryngis muſculos diſpergitur. l, m, n.
      - *Siniſter* longiſsimè producitur, ſeſe ad ſpinam inflectit, inde ad laryngem recurrit, & in reliquos tres ſuæ partis muſculos diſpergitur. o, p.
  - *Quatuor*, utrinq; ſcilicet duo, in duas diuaricantur partes, quarum
    - *Altera* utroſq; faucium muſculos, & linguæ radicem occupat. k.
    - *Altera* ad ſcapulæ muſculos proreptat. k.
- *Septima* (ν) huic contigua, ſecuritatis gratia regionem habet ubi & cerebrum deſinit & ſpinalis medulla incipit. Hi nerui aliquouſque cum ſexta coniugatione procedentes, deinde rurſus ſeiuncti parte ſui aliqua, eaque
  - *Minima*, rectos laryngis muſculos intertexunt. π.
  - *Maior*, toti linguæ inſeritur motus gratia. π.

**B.** *Neruorũ ceruicis ſũt paria ſeptem: quorũ*

- *Primum,* binis exortib⁹ enaſcitur, quorum
  - *Anterior,* non ſemper perſpicuus, nimis quàm gracilis eſt, excidit inter primam ceruicis uertebram, & occipitis os, iuxta latus teretis ligamenti ſecundæ uertebræ proceſſum occipitio colligantis. *H.*
  - *Poſterior* in primo uertebræ eminentiori ſede, ad radicem poſterioremque regionem ipſius cum capite articulationis exoritur, diſtribuiturque in muſculos qui à prima ceruicis uertebra in occipitis os inſeruntur, & eos, qui ab occipitij oſſe in tranſuerſos eius uertebræ proceſſus implantantur. Cæterùm ab horum originis ſede, ſurculus etiam deducitur in principium muſculi tranſuerſo primæ ceruicis uertebræ, & aliquot ſubſequentium principium ſumentis, ac ſcapulam ſurſum attrahentis. *F. G.*
- *Secundum* par, (2) etiam binis exortibus, ſeu propaginib. enaſcitur, cuius
  - *Poſterior (I)* propago lõgè anteriori craſsior per latera poſterioris proceſſus ſecundæ uertebrę educitur, & in plures diuiditur ramos. Verùm quamprimùm prodit, in duas ſcinditur propagines, quarum
    - *Maior,* à prioribus, quodãmodo poſteriora ſurſũ trãſuerſim tẽdens, tertij paris ſobole exporrecta ſurſum ad caput cõtendit, ibiq; uniuerſam capitis cutem, tã circa aures, quàm poſt, ad uerticis uſq; ſummum ſurculos ſpargit. *K, M, M.*
    - *Minor,* in proximorum muſculorum principia diuaricatur, qui tertij & ſexti paris exiſtunt, & eorum qui capitis motibus præſunt. *I.*
  - *Anterior,* admodum gracilis, ab anteriori dorſalis medullæ ſede originem mutuatur, atq; inter ſecundam & primam elabitur uertebram, digeriturque deinde in muſculos anteriori ceruicis uertebrarum ſedi adnatos, qui primum par muſculorum dorſi motus authorum conſtituunt. *N.*
- *Tertium* par (3) ex communi foramine ſecundæ ceruicis uertebrę & tertiæ procidit, mox ab egreſſu in duos ſcinditur ramos, quorum
  - *Poſterior* retrorſum flectitur, ac inter muſculos ceruicem extendentes, ac deinde inter caput mouentiũ ſecundum par occultatus ad ſecundæ uertebræ ſpinam contendit, atque hinc ex mutuo muſculorum poſteriorem ceruices ſedem occupantium concurſu ad ceruicis properat latera, muſculo ſuffultus, qui ex carnea conſtitutus membrana buccarum motus opifex cenſetur. *O.*
  - *Anterior (P)* in quatuor ſpargitur propagines, quarum
    - *Prima,* muſculos dorſum mouentes, primum & ſecundum implicat. *Q.*
    - *Secunda,* decliuis ducta, quartum adit neruorum par, cuidam ipſius ſurculo commiſcenda, in dictos nuper muſculos abſumpto. *R.*
    - *Tertia,* ſurſum contendens, ac poſterioris ſecundi paris propaginis ramo in uerticis cutem excurrenti congreditur, unà cum illo diſpergenda. *S.*
    - *Quarta* digeritur in
      - *Muſculos,* qui tranſuerſis uertebrarum proceſsibus connati, ceruicem in latera mouent. *T.*
      - *Muſculum,* qui à tranſuerſis uertebrarum ceruicis proceſsibus enatus, ſcapulam ſurſum uellit. *T.*
- *Quartum* par (4) à foramine inter tertiam & quartam uertebram conſtituto excidens, in duos diuiditur ramos, quorum
  - *Poſterior,* uerſus tertiæ ceruicis uertebræ ſpinam contendit, in progreſſu illis, quibus intertexitur, & in muſculis, ſurculos diffundens. Quando autem ſpinam contingit, per mutuum elabitur congreſſum muſculorum poſteriorem ceruicis regionem occupantium, atq; hinc in latum membraneum q̃ue digeritur muſculum, buccarum motus authorum præcipuum. V.
  - *Anterior (X)* ternas educit propagines, quarum
    - *Prima,* tertij paris cuidam propagini commiſcetur, & in muſculos deperditur ſtomacho ſubſtratos, ac ceruicem flectentes. *T.*
    - *Secunda,* in muſculos diſtribuitur, quorum beneficio ceruix in latera ducitur, ac is qui à tranſuerſis colli uertebrarum proceſsibus ortus, ſcapulam ſurſum adducit. *a.*
    - *Tertia,* decliuis fertur, cum quinti paris ſobolę congreſſura, ac ſimul cum illa & ſexti paris propagine ſepti tranſuerſi neruum conſtituit. *a. b.*
- *Quintum* par (5) ex foramine inter quartam & quintam uertebram exiſtẽte, in duos ſcinditur ramos, quorum
  - *Poſterior,* ad ſpinarum apices retorquetur, digeriturq;, ut quarti paris ramum digeri diximus. *c.*
  - *Anterior (d)* in plures ſcinditur ramos: nam bipartit⁹
    - *Minorem,* primùm ſobolem muſculis ceruicem flectentibus ſpargit. *d.*
    - *Grandiorẽ* iterum dirimit, cuius
      - *Altera* pars deorſum repens, ramulosq; quinti & ſexti paris ſecum excipiens, ſepti tranſuerſi neruum efformat. *e.*
      - *Reliqua (f, g, h, i)* in muſculum qui brachiũ attollit, inſeritur, à cuius portione muſculis ſcapulã attollentib. ramuli porriguntur. Verum ab externo huius portionis latere neruum deriuat, cutem implicans, qua muſculus brachium attollens integitur, deinde reliqua portio prope ſcapulæ ceruicem in duos partitur ramos, quorum
        - *Anterior,* qui gracilior eſt,
          - *Sub* ſummi humeri cum claiculæ connexu porrigitur.
          - *Muſculo,* brachium attollenti ſobolem ſpargit, qui à ſummo humero & clauicula inibi principium ducit.
        - *Poſterior,* qui ppagines ſuas mittit
          - *A' ſcapula* ſurſum ad os (*o.* referẽs)
          - *Muſculo* occupanti ſinum inter ſcapulæ ſpinam & elatiorem ipſius coſtam.
          - *In* muſculũ qui brachiũ attollit.
          - *In* brachij cutem extremæ ſedi obductam.
- *Sextum* par (6) ex foramine ſub quinta uertebra excidẽs, in duos diuiditur ramos, quorum
  - *Poſterior (k)* diſpenſatur ad
    - *Muſculos*
      - *Ceruicis* proprios.
      - *Ceruicis* & capiti communes.
    - *Capita* muſculorum, qui reſpirationis opifices ex ceruice in thoracem accedunt.
  - *Anterior (l)* poſtquam neruum exprompſit, qui quinti paris portioni ad neruum ſepti tranſuerſi (*m, n, o*) conſtituendum permiſcentur, cum contiguis paribus, ſeptimo nimirum & octauo coit. Sciͤnditurque deinde, cuius portio
    - *Quædam* neruos unà cum proximis paribus efformat, qui in manum contendunt. *q.*
    - *Quædam* deorſum ad ſcapulæ cauum perrepat, & rami, tum ab hoc pari, tum à cæteris coniugijs ad muſculos digerũtur, qui ſcapulam ſurſum ducunt. *p.*
- *Septimum* par (*7. r, s, t*) ex communi ſextæ & ſeptimæ ceruicis uertebrarum foramine prolabens, magnum cum duabus proximis cõiugationibus, ſexta & ſeptima, perficit congreſſum, cuius
  - *Potiſsima* portio in manum fertur.
  - *Ramulus* interdum ſepti tranſuerſi neruo commiſcetur.
  - *Ramulus* perpetuò in poſteriora ad ſpinam ducitur, à quo uariæ diducuntur propagines, quarum
    - *Aliæ,* in muſculos poſteriori ceruicis ſedi inſtratos digeruntur.
    - *Aliæ* in latũ, membraneũque muſculum qui buccas mouet, feruntur.

C. *Ner-*

- **C.** *Neruorū à thoracis uertebris ortorum ſunt paria duodeci, quorum*
  - *Primū*(8) inter ſeptimā ceruicis uertebrā & thoracis primā, quinq; humiliorū ceruicis pariū modo exiliens. Hoc itaque quāprimū excidit, in duos diuiditur ramos, quorū
    - *Poſterior*(υ) qui gracilior eſt, retrorſum inter muſculos uertebris hic adnatos, detorquetur. Deinde in progreſſu plures edit ſurculos, quorum
      - *Aliqui* in radicem muſculi feruntur, qui à prima thoracis coſta in tranſuerſos ceruicis uertebrarum proceſſus inſertus, ceruicem in latus uerſus anteriora inclinat.
      - *Aliqui* in muſculos, qui in poſteriora ceruicis capitiſq; motibus præſunt, permeant.
      - *Id* quod ſeptimæ ceruicis uertebræ ſpinā cōtingit, & rurſus, tranſuerſim ſpina abſcedens propagines offert
        - *Humiliori* ſedi eius muſculi, qui ſcapulā mouentium ſecundus ac maior enumeratur.
        - *Muſculo* ſcapulæ baſi inſerto, ſcapulamq; ad dorſum trahenti.
        - *Muſculo* hominis thoracē mouentiū tertio.
    - *Anterior*(χ) poſteriori inſignior, ſeptimi & interdum noni paris magnā portionē ſuſcipit, ac uariè uicinis paribus permixtus in duos ſcinditur ramos, quorum
      - *Alter*(γ) ſecundū primæ thoracis coſtæ ductum ad pectoris oſsis uſq; ſummū per latus, in progreſſu ſurculos diſpenſat thoracis muſculo, ac clauicula in primam coſtam inſerto. Præterea propaginis huius terminus digeritur in
        - *Muſculos*, qui à pectoris oſsis ſummo principium ducentes ſurſum exporriguntur.
        - *Mamillarē* capitis proceſſum.
        - *Os*, Y imagini comparatum.
        - *Scutiformem* laryngis cartilaginem.
      - *Alter* in manum fertur, de quo latius in ſequentibus dicetur. Verùm antequam eo contendat, dum alam excidit, ex poſteriori ipſius regione ramuli pullulāt, in cauam ſcapulæ partem digeſti, χ, α, α.
  - *Secundum*(9) par, inter primam & ſecundam thoracis uertebram exoriens, in duos diuiditur ramos, quorum
    - *Poſterior* (β) qui gracilior eſt, ſimili quodāmodo ratione, atq; poſterior octaui paris ramulus digeritur.
    - *Anterior* (δ) in duos ſcinditur ramos, quorū
      - *Alter*, octaui ramo, qui in manum fertur, commiſcetur.
      - *Alter*, primo coſtarum interuallo offertur, qui ſecundum primæ coſtæ ductum, ad pectus uſque contendit. In progreſſu autem, ut & reliqui coſtarum interuallis exporrecti nerui, ſoboles diffundit in muſculos thoraci exporrectos, incumbentesq;. ζ.
  - *Tertium* (10) quartum quintum, & reliqua (13,14,15,16,17,18,19,) ad primum uſq; lumborum ſeu uigeſimū par, ſubſequētia, quodammodo ſerie digeruntur. Quippe omnia mox, atque è uertebrarum lateribus exiliēre, bipartitò ſcinduntur, ac
    - *Poſterior* qui minor eſt, retrorſum ad uertebrarū ſpinas detorquetur, ac ramos ſpargit in
      - *Muſculos* uertebris adnatos.
      - *Muſculum*(θ,θ,θ) dextri ſiniſtriq; lateris muſculorum cō greſſum.
      - *Muſculos*, qui ab illarum, quas contingunt ſpinarum apicibus, principium mutuantur.
      - *Cutem* dorſo inſtratam.
    - *Anterior ſurculos ſpargit in*
      - *Sexti* paris(κ,κ) neruorum cerebri ramum coſtarū radicibus exporrectū, deinde præſentes rami coſtarum ex porriguntur interuallis. Verū hi qui coſtis inſeruntur
        - *Rectis* (κ,κ) ad pectoris os contingunt.
        - *Spurijs*(λ,λ) in abdominis uſque interiora repunt.
        - *Ab his* rami ſparſim in progreſſu diffūdūtur in
          - *Muſculos* thoracis adſtratos. Thoracis cutem (ι) non quidem certa ſerie, ſed ſparſim ut errantes uaſorum rami digeruntur. Verùm etſi eiuſmodi neruorum cutem petentium ſeries ſibi conſtans non uideatur, natura tamen uerita ne tenero adhuc infanti, lac familiare illius alimentum à matre exigēti, papilla denegetur, exactū papillis ſenſum impartiri uoluit, quo tenerorum infantuli labrorū, molliſq; linguæ contactus, papillam uoluptate afficeret, qua homines electi hanc promptius ſugendam cō trectandamque offerrent.
      - *In* muſculum, cuius beneficio brachium pectori adducimus. Verùm ſurculos hos à neruis, qui in quartum coſtarum perceptant interuallum, originem ducere ne ambigas, atque ab illis propaginibus ſurculi in papillam pertingunt. ι, ι.

- **D.** *Neruorum à ſacro (25, 26, 27, 28, 29,30) oſſe ortorū paria ſex ſūt, quorum*
  - *Primum* inter os ſacri oſsis primum, & infimam lumborum uertebram, eo modo, quo paria è lumborum uertebris egredientia procidit, ac mox ab egreſſu ramum ad poſteriora, non ſecus atq; ſuperiora paria diffundit, qui etiam ſimiliter atq; poſteriores illorum parium rami, digeritur. Priuatim uerò à regione
    - *Poſteriori*, propago utcunque inſignis in muſculos ſpargitur, ab ilium oſſe principium ducentes, ac præſertim in
      - *Primum* femur mouentium. 57.
      - *Cutem* clunib. obductam. 54.
    - *Interiori*, ꝓpago emergit, cùm neruis in crus deducendis permiſcetur. Verùm non tota in crus abſumitur. Nam cum ramus ab illa ſecundum internam ilium oſsis ſedem exporrigitur, ſurculos ſpargit in
      - *Muſculos* abdominis. 53.
      - *Muſculū* femur mouentium ſeptimum ab interna ilium oſsis ſede pronatum. 57.
  - *Quinque* humiliora paria peculiari procidunt ratione. Nam priuſquam ex ipſo oſſe elabantur, gemina ab utroque latere ſunt, & unus neruus utrobiq; à ſingulis partibus procidit, in
    - *Anteriora*, & ibi in plures diuiduntur, quorum
      - *Tres*, qui ſuperiores habentur, primi paris modo in crus properant.
      - *Duo*, qui humiliores dicuntur, ſexti ſeptimique paris propagines ſunt, digerunturque in
        - *Muſculos* ani.
        - *Vteri* ceruicem.
        - *Veſicæ* ceruicē.
        - *Penem* in uiris.
        - } 25,26,27,28,29,30
    - *Poſteriora*, & ibi in plures ſcinduntur propagines, quarum aliæ inſeruntur in
      - *Muſculos* dorſum mouentiū undecimū & decimū tertiū. 51.
      - *Membraneum* initium muſculi brachium ad dorſi humiliora agentis. 51.
      - *Muſculum* humani thoracis quartum. 52.
      - *Quatuor* primos muſculos femur mouentes. 57.
      - *Cutem*, clunibus obductam. 54. 55.

E. *Nerui*

**E. *Nerui* artuū uel**

- *Comprehendendi*, ut brachij, cubiti, radij & manus: ſunt numero ſex, quorum
  - *Primus*, eius quinti paris neruorū ceruicis rami ſoboles eſt, q in muſculi brachiū attollentis, ſedē à ſcapulæ ſpina pnatā digeritur, atq; in extremę brachij regionis cutē paulo ſub eius lōgitudinis medio diffunditur, inibiq; ceſſat. π, π.
  - *Secundus* (ϱ) ab implexu, quem nerui brachiū ſubituri ad uertebrarū latera efformant, exoritur, ac inde brachiū petēs, in plures diuiditur ramos, quorum
    - *Duo*, utriſq; prioris muſculi cubitum flectentium capitibus inſeruntur. ϛ, ϛ.
    - *Vnus*, quàm primùm ad anteriorem cubiti flexum pertingit ſecundum latus tendinis muſculi cubitum flectentium anterioris, ad carneam ducitur membranam, in cutem diſsipandus. ϛ, ϛ. Γ.
    - *Quartus* ueluti omnium truncus maximus, quā primùm ab alto emergit, in duos impares diuaricatur ramos, quorū
      - *Superior*, qui gracilior eſt, cū humeralis uenæ ramo ad mediā cubiti longitudinē exporrecto, ac deinde uerſus ulnæ appēdicē tendenti, deducitur, uniuerſam cutē radio incumbentē, prætenuib. ſurculis intertexēs: quorū præcipuus inferiorē radij appendicē ſuperās ad ſecundū uſq; pollicis pertingit internodiū hic uti & toto progreſſu, inter carneam membranam & cutē repens, ſobolesq; tenuiſsimas diffundens. ϛ, ϛ. Δ.
      - *Humilior* (Θ) qui craſsior eſt, ſtatim in duas diuaricatur propagines, ſub media prorepentes uena ab humerali ad cōmunis uenæ conſtitutionem proficiſcente, quarum
        - *Altera*, quę elatior eſt, relicta tandem uena, & in deſcenſu elatius ad radij ſedem conſcendens, ad brachialis uſq; radicem profertur. Λ.
        - *Altera*, quæ humilior eſt, magis obliquè quā medium cubiti flexus conſiſtat, deorſum fertur, & cuti potiſsimùm oblatæ attenſa, ad brachiale uſque prorepit, in multos exiles ſurculos in progreſſu abſumpta. Ξ.
  - *Tertius* (τ) ex illo quoq; prodit cōplexu, qd' iā prius à neruorū radicib. brachiū adeūtib. cōſici diximꝰ. Is .n. cū aliā ꝑrepit, in duos diuaricatur ramos, quorum
    - *Alter*, inter muſculum brachium pectori adducentem, & illum quo brachium attollitur, cuti exporrigitur, quæ illorum muſculorum obducitur lateribus, qua illi mutuo ſe contingunt. υ.
    - *Alter* (Ψ) quamprimum humero appropinquat cū ſecūdo neruo deorſū properās in duos ſcinditur, quorum
      - *Alter*, in caput poſterioris cubitum flectentium muſculi inſeritur. φ.
      - *Alter*, uti ab initio ex alto repoſitꝰ cubiti flexū accedit ac inde in multas diuimitur ꝑpagines, quarum
        - *Aliæ* ſpargūtur in
          - *Muſculos* internam cubiti ſedem occupantes.
          - *Muſculum* ſecundos quatuor digitorum articulos flectentem.
          - *Muſculum*, qui tertios digitorum flectit articulos.
          - *Muſculū*, qui tertiū pollicis os inflectit.
          - *Muſculū*, q ab interno humeri prodiēs tuberculo brachialis motus opifex eſt.
        - *Quod* reliquum eſt radio exporrigitur, unà cū uena ac arteria hic deductus, ac inde ad brachiale properans, in plures diuiditur ſurculos, quorum
          - *Aliqui* perquàm obſcuri in muſculos ire dicuntur, qui in extrema manu repoſiti digitorū motibus præſunt, 44.
          - *Tres* in uolam feruntur, quorū
            - *Primus* in duos diſſectus ſurculos in pollicis internam accedit ſedem. 44.
            - *Secundus*, binis ſurculis internæ indicis ſedi implantatur. 44.
            - *Tertius* ſimplici ſurculo interno tantùm lateri interioris medij digiti ſedis exporrigitur. 44.
  - *Quartus* (Φ) à reticulari illo neruorum implexu exoriens, ſimiliter atque tertius occultatus cum ipſo in brachiū properat, axillari uenæ & magnę manus arteriæ attenſus, inſignes utcunq; ſoboles muſculis diſtribuit, quorum miniſterio cubitus extenditur. Deinde priuſquam ad medium longitudinis brachij pertingat, in duos diuiditur ramos, quorum
    - *Internus*, muſculos cubitum extendentes, & poſteriorem cubitum flectentium in internam brachij ſedem procidit, uniuerſam eiuſmodi ſedis cutem abſumendus. Ψ. Ω.
    - *Externus*, ſecundū humeri poſteriora reflexus, *ſenſim ad externam* brachij ſedē ꝑpat, & in duos diuaricatur ramos, quorū
      - *Exterior* in cutem humiliori ſedi externi lateris brachij obductam. 32.
      - *Interior* (34) quā primū exteriꝰ humeri contingit *tuberculum*, poſteriori ipſius ſedi immittitur ac inde in cubitū ducitur, in duos ſcinditur ramos, quorum
        - *Alter*, ex alto emergens, errabundo ductu ſub cute ad brachiale uſque prorepit, frequentes ſurculos in progreſſu educens, ex quib. cutis externam cubiti ſedem obtegens intertexitur. 33.
        - *Alter*, in duos ſcinditur truncos in ꝓfundo, ut & ipſorū radix reconditos, quorū
          - *Elatior* (35) radio exporrigitur, ac inde ad brachiale cōtendit, in ꝓgreſſu *graciles ramulos, tū muſculo brachiale extēdenti, tū in pronum ducenti inferens*, cum uerò externam brachialis ſedē cōtigit, in duas dirimitur propagines, quarū
            - *Altera*, duplici ſurculo, externæ pollicis regioni offertur. 36.
            - *Altera*, in duos diuiditur ramos quorū
              - *Alter* indici exporrigitur duplici ſurculo, *in ipſius externā ſedē ingrediēs*. 36
              - *Alter* uerò ſimpliciter medio porrigitur digito, in ipſius exterioris ſedis internum latus. 36.
          - *Demiſsior* (37) frequētes educit ſoboles, quarum
            - *Prima*, capiti muſculi indicē medium & annularem extendentis offertur. 35. 36.
            - *Secunda*, capiti muſculi minimum extendentis digitum inſeritur. 36.
            - *Tertia*, muſculo brachiale ſimplici tendine extendenti commiſcetur.
  - *Quintus* brāchij neruus (*) à cōmemorato iam plexu inferius quàm quatuor hactenus deſcripti, principium nanciſcitur, ac quarto attenſus, per axillam in brachium fertur, nullas omnino ſoboles, cuiquam brachij parti diſtribuens, tandem in cubitum indiuiſus delatus, in plures ſcinditur propagines, quarum
    - *Aliæ* inſerūtur in
      - *Muſculos* internam cubiti ſedem occupantes. 43.
      - *Muſculum*, qui ab interno humeri prodiēs tuberculo brachialis flexus opifex habetur. 45.
      - *Muſculum*, qui tendine lato ſummæ manus internæ cuti ſubnaſcitur. 45.
      - *Muſculum*, qui quarto brachialis oſsi inſertus brachiale flectit. 45.
      - *Muſculum*, qui radium in ſupinum ducentium ſuperior deſcribitur. 45.
    - *Quod* reliquū eſt ulnæ attēſus inter muſculū ſecundos quatuor digitorū articulos flectentē, & illū, qui eorundē digitorū tertios articulos flectit, ad brachiale fertur, uena & arteria cōcomitatus, q ulnæ exporrigūtur. Cùm uerò trāſuerſum brachiale ligamētū ſuperauit, in quatuor diuaricatur ꝑpagines, quarum
      - *Prima* in duos diuiſa ſurculos, minimi digiti internæ ſedi inſeritur. 45.
      - *Secunda*, pariter bifida, in internam annularis digiti ſedem fertur. 44.
      - *Quarta* omniū ſuperiorum maxima paulò inferius q̄ medium ulnæ lōgitudinis cōſiſtit, è profundo elabēs ſecundū ulnā in externā ſedē cubiti porrigitur, & cū externā brachialis ſedem contingit, in tres diuiditur ramos
        - *Primus* duplici ſurculo externam minimi digiti ſedem adit. 46.
        - *Secūdus*, eodē modo externæ annularis ſedi exporrigitur. 46.
        - *Tertius* indiuiſus externo implicatur lateri exterioris medij digiti regionis. 46.
  - *Sextus* (ϰ) brachij ramus, ab infima retis iam ſæpius dicti ſede procedēs, ac incōiugatus per axillam in brachium properans, nullibi in alto reconditus, ſed cuti internæ brachij ſedis ſubſtratus, ad internum humeri accedit tuberculum, in progreſſu conterminis cutis partibus frequentes depromens ſoboles. Ad interius uerò humeri tuberculū, in plures partitur ramos, uenæ axillaris propaginibus partim incumbentes, partim uerò ſubſtratos, qui dorſum numeroſa propaginum ſerie ſecundum ulnam digeruntur, inter cutem & carneam membranam deducti, & priuſquam brachiale contingant ceſſantes, perpetuoq; ſecundum inferiorē cubiti regionem ſeu ulnā exporrecti. 47. 48.
- *Ambulandi*. Vide in ſequentibus ſignum F.

**F.** *Nerui* artuũ ambulandi ſunt numero quatuor, quorũ

- *Primus*(57) à ſuprema parte implexus neruorum in crus pertinentium originem ducit, & lumborũ incumbens carnibus, ac peritonęo fruſtratus, in femur fertur. Simulatq; femur cõtingit, in duos ſcinditur ramos, quorum
  - *Minor* cuti depromitur, quæ anteriori femoris ſedi uerſus externum ipſius latus obducitur. 58.
  - *Maior*, in alto latitans in plures diuiditur propagines, quarũ
    - *Aliæ* feruntur in muſculum
      - *Primum* tibiam mouentem, & ab antica ſede appendicis illum exortum. 59.
      - *Septimum* tibiam mouentem, qui à maioris femoris proceſſus radice enaſcitur. 59.
      - *Manum* tibiæ motuum authorem. 59.
    - *Quod* reliquum eſt cum illis muſculis, decliue deductum ſupra genu articulum terminatur. 59.
- *Secundus*(60) inferius, quàm primus principium adipiſcitur, è regione articulationis tertiæ lumborum uertebræ cum quarta. Hic enim peritonæi poſteriori regioni ſubtenſus, ſimul cum uena & arteria per inguina femur petentibus, in crus porrigitur, & in duos diuiditur ramos, quorum
  - *Alter* uenæ ad pedis uſq; pollicem attenſus, cum ipſa in pedem deriuat, atque (ut illa uena) uarias ſoboles paſsim in cutem ſpargit, inter quas illa præcipua habetur, quæ anteriori genu regioni offertur, in eius ſedis cutem frequenti ramorum ſerie diſſeminatur. 61, 62, 63.
  - *Alter*, qui grandior eſt, ſimul cum uena ac arteria reconditur, & in muſculos anteriorem femoris ſedem occupantes, digeritur, præcipuè in quintum ipſius femoris & octauum tibiæ. Deinde deorſum pergens, ſupra genu articulum cuti primus ceſſat, & in progreſſu membranulis uaſa colligantibus, exiguas porrigit ſoboles. 64, 65.
- *Tertius*(66) ſecundo ſuccedit, illic enatus, ubi quarta lumborum uertebra quintæ articulatur. Hic peritonæo quoq; ſuccumbẽs, & muſculo femoris ſeptimo uectus, ad pubis oſsis foramen contendit, ac in femur prorepit. Verùm priuſquam foramen ſuperet, in plures diuiditur ramos, quorum
  - *Aliqui* ferũtur in
    - *Muſculos*, nonũ & decimũ femur mouentes. 69.
    - *Muſculos* illos, qui à pubis oſſe pronati, penis peculiares cenſentur. 67.
  - *Quod* reliquũ eſt, ubi paulò demiſſius prorepſit, in duos diuiditur ramos, quorum
    - *Alter* cuti inſeritur, quæ internam femoris ſedẽ iuxta inguina occupat. 68.
    - *Alter* ſuas emittit ꝓpagines in
      - *Muſculum* ſecundum tibiam mouentium. 70.
      - *Portionem* quinti femur mouentis muſculi à pubis oſſe pronatam. 67.
      - *Medium* longitudinis femoris, ibiq; ceſſat. 69.
- *Quartus*(71) tertio ſubſequtur, conſtituiturq; ex 25. ac trium ſuccedentium pariũ anteriorib. ramis omnium neruorũ craſsiſsimus, duriſsimus, ac ualidiſsimus. Hic peritonęo ſubditus, inter ſacri oſsis latus, & iliũ os ducitur, ac inde in duos diuiditur ramos quorum
  - *Alter* (72) ex poſteriori ipſius ſede emergens aliquouſq; ſub primo femoris muſculo latitans, tandẽ ad cutem procidit, ſoboles multas ſpargens in cutem
    - *Inferiori* clunium ſedi obtenſam.
    - *Poſteriorem* femoris ſedem ultra medium longitudinis femoris contegentem.
  - *Alter*, ulterius progrediens in grandes diſtribuitur ſoboles, quarũ
    - *Aliæ* in muſculorum capita feruntur, quæ à coxendicis oſsis appendice principiũ ducũt. 73.
    - *Alter*(74) in duas partitur propagines, quarum
      - *Altera*, in quarti tibiam mouentis muſculi partem femoris oſſe enatam inſeritur. 74.
      - *Altera* in plures diuiſa propagines, in cutem humiliori ſedi poſterioris femoris regionis iuxta genu obductã excurrit. 74.
    - *Quod* reliquum eſt, deorſum fertur, ſub mediaq; ipſius femoris longitudine, in duos ſcinditur ramos, quorũ
      - *Alter* (75) quamprimũ inferiorũ femoris capitum radicẽ ſpectat, utrinq; unam producit ꝓpaginem in capita muſculorũ diſſeminandũ, qui tres primi pedis motores enumerantur, deinde in poplite in duos impares diducitur ramos, quorum
        - *Exterior* (77) q gracilior eſt, ad fibulæ cũ tibiæ oſſe iuxta genu prorepit. Verũ priuſquã inter muſculos recondatur, in duas diuiditur propagines, quarum
          - *Gracilior*, cuti tibiæ propria, inde ad pedis externũ latus properans, in progreſſu frequentes ſpargit ſoboles. 78.
          - *Craſsior*, inter ſeptimũ & octauũ pedẽ mouentium muſculos occultata, & ſexto pedẽ mouẽtiũ attẽſa in ꝓgreſſu in duos diuaricatur ramos, quorum
            - *Alter*, errabundo ductu in cutem diſpenſatur anteriori tibiæ regioni obtenſam. 79.
            - *Alter*, inter muſculos anteriorem tibiæ ſedẽ ſibi uendicãtes prorepẽs, illisq; ramulos offerẽs ligamẽto incũbit, fibulã tibię oſſi colligãti, ac unà tandẽ cũ tendinibus, digitos extẽdentibus, ſubtranuerſo illius regionis ligamẽto, cuius cuti propagines intertexit, in pedis ſuperiora ducitur, ac digitorum ſuperiori ſedi ramos exporrigit. 79, 84.
        - *Interior* (80) exteriori grãdia inter capita primi ac ſecũdi pedem mouentium muſculorum in tibiã ſubit, & in plures diuiditur ramos, quorũ
          - *Alter* multiplici ſobole digeritur in
            - *Cutem*, quæ poſteriori tibiæ ſedi ad calcem uſque ducitur. 81, 81.
            - *Cutem* obducentem primum, ſecundum & quartum muſculum pedem mouentium. 81, 85.
          - *Alter*, in poſteriorẽ tibię ſedẽ properãs, inter quartũ & quintũ pedẽ mouentiũ muſculos, duosq; qui à tibia procedentes digitorũ flexu præſunt, fertur. Hac itaq; deorſum tendens exterioris (82) trũci propaginẽ aſſumit. Cũ uerò ad tibiæ uſq; humiliora cõtendit, unà cum huius ſedis tẽdinib. per trãſuerſum ligamentũ, inter calcẽ & interiorẽ malleolũ pedis inferiora petit, &
            - *Muſculis* ibi repoſitis diſtribuitur. 86.
            - *Singulorum* digitorũ inferiori ſedi ſurculos mittit. 83.

*Vide apud Veſalium lib. 4. quinq; neruorum figuras, in prima editione, quarum prima fol. 418, altera fol. 419, tertia 432, quarta 433, quinta fol. 454, apparet.*

De Mu-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0060-9
DFG

# De Muſculorum conſtructione, in genere.

X. *Muſculus* eſt organum motus uolũtarij, cõſtans ex fibris neruorũ, & ligamẽtorũ carne ſimplici his circumnata, uena, arteria, tunica. Horum differẽtiæ in

- *Genere*, ſumuntur à
  - *Cauſis*
    - *Internis*, uidelicet
      - *Materia*. Sic muſculorum alij
        - *Neruum*, arteriam & uenam participant: ut ſeptum tranſuerſum, muſculi abdominis omnes, &c.
        - *Neruum* nullum, neq; arteriam neq; uenam cõtinent: ex quorum claſſe muſculus eſt, qui latum in manu educit tendinem.
      - *Forma*. Sic muſculorum alij
        - *Muri* aut lacertæ, (à quo muſculi nomen ſortiti) / *Piſci* — Similes ſunt.
        - *Foraminibus* peruij: ut ſeptum tranſuerſum.
        - *Abſque* foraminibus, &c.
    - *Externis*: nempe fine ſeu officio. Sic muſculorũ alij præſunt motibus
      - *Rectis*: ut Manus / Pedis — *Digitos* extendentes.
      - *Obliquis*: ut radij.
      - *Vtrinque*.
  - *Accidentibus*: uidelicet
    - *Qualitate*. Sic alij
      - *Albi*, qui carne uacant.
      - *Rubri*, qui carne abundant.
    - *Quantitate*
      - *Continua*. Sic muſculorum alij
        - *Magni*: ut
          - *Maximus* corporis muſculus,
          - *Femur* mouentium primus.
        - *Parui*: ut penis muſculi, &c.
      - *Diſcreta*: atq; ſic muſculus aut
        - *Simplex*.
        - *Duplex*.
        - *Triplex*.
    - *Loco*
      - *Inſertionis*. Sic inſeruntur alij in
        - *Os*: ut qui femur & tibiam mouent.
        - *Cartilaginem*: ut laryngis omnes.
        - *Cutem*: ut labrorum.
        - *Quiduis*: ut oculorum.
        - *Vnam* partem, ex pluribus ſedibus orti: ut muſculus brachium pectori admouens.
        - *Plures* partes ex una ſede ortus: ut manus muſculi & pedis extendentes, &c.
      - *Originis*. Sic alij principiũ obtinẽt
        - *Oſſe ipſorum ligamenti*: ut qui à femoris oſſe & coxendicis oſſe ad tibiam procedunt.
        - *Cartilagine*: ut omnes laryngi muſculi, intercoſtales, &c.
        - *Membrana* quadam: ut oculi, ueſicæ, ani, &c.
        - *Membrana* tendines obuoluente: ut digitorum, &c.
        - *Ligamento* aliquo: ut duo pollicis, &c.
        - *Altero* muſculo: ut à circulari muſculo ani, ueluti digiti duo, &c.
        - *Nullo* principio: ut muſculi omnes ex carnea membrana, &c.
- *Specie*, ſunt aut
  - *Trunci*: & uel
    - *Capitis*
      - *Totius*. Vide in ſequentibus ſignum *Aa*.
      - *Partium*. Vide in ſequenibus ſignum *Bb*.
    - *Thoracis*
      - *Totius*. Vide in ſequentibus ſignum *Cc*.
      - *Partium*, nimirum
        - *Scapularum*. Vide ſignum *Dd*.
        - *Dorſi*. Vide in ſequentibus ſignum *Ee*.
    - *Ventris*
      - *Totius*. ut Abdominis. Vide in ſequentibus ſignum *Ff*.
      - *Partium*: aut
        - *Internarum*: nimirum
          - *Veſicæ*. Vide ſignum *Gg*.
          - *Ani*. Vide ſignum *Hh*.
        - *Externarum*: ut
          - *Penis*. Vide ſignum *Ii*.
          - *Teſtium*. Vide ſignum *Kk*.
  - *Artuum*: & uel
    - *Comprehendendi*: nimirum
      - *Brachij*. Vide in ſequentibus ſignum *Ll*.
      - *Cubiti*. Vide in ſequentibus ſignum *Mm*.
      - *Manus* extremæ. Vide in ſequentibus ſignum *Nn*.
    - *Ambulandi*: ſcilicet
      - *Femoris*. Vide in ſequentibus ſignum *Oo*.
      - *Tibiæ*. Vide in ſequentibus ſignum *Pp*.
      - *Pedis*. Vide in ſequentibus ſignum *Qq*.
      - *Digitorum* pedis. Vide in ſequentibus ſignum *Rr*.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0061-5 DFG

- ***Aa*** *Muſculi* caput & collũ mouẽtes, numero ſunt uiginti ſex, chori cuiuſdã inſtar orbiculatim ipſum amplexãtes, quorũ
  - *Octo* anteriori parte, flectentes, quorum
    - *Duo* ſtomacho ſubiacent, per primas fibras, quæ in primam ac ſecundam uertebrã ſunt infixæ, caput ipſum duntaxat flectunt, ac ſimul obliquis fibris ad obliqua etiam deducũt, per quas muſculo tũ etiam paruorum propriam habent circumſcriptionem: per reliquas uerò collum flectentes, ſimul cum eo totum caput cogunt mutare. Vide lib. 2. in 7. tab. E.
    - *Sex* reliqui poſt aures exorti, in pectus, & extremam clauiculæ partem porriguntur: non rectum, ut illi motum, ſed obliquum paulatim efficiunt, quo etiam caput in anteriora cõuertunt. Vide lib. 2. in 4. tab. X. Y. Z. Θ. & in 8. tab. A. B.
  - *Quatuor* decim poſteriori parte, attollentes, quorũ
    - *Octo* parui retrò circa articulum ipſum locati, ad primam & ſecundam uertebrã, caput ſolũ retrò attollunt, ut qui ſoli exactè articulationẽ capitis complectuntur: quorum
      - *Quatuor*, qui ex oſſe occipitis paulo ſupra articulamentum, in ſecundæ uertebræ poſteriorem proceſſum, ac in partem primę proximam inſeruntur, recti motus ſunt autores: nam caput ſolum retrorſum flectũt. Vide in 10. & 11. tab. A. B. & in 12. tab. Γ. A. F. F. & in 13. tab. A.
      - *Duo* iam enumeratis adiacent, obliquam continuam ipſis habent ex capite originẽ. uerùm ad latera recedunt, caput in obliquum pro fibrarũ ratione agentes. Nam lateribus primæ uertebræ proceſsibus inſeruntur. Vide in 14. tab. A. B. E.
      - *Duo* obliqui ſunt, iam dictis duobus tum ſitu, tum motu ex aduerſo reſpondentes. Hi muſculi primam uertebram ſecundæ connectũt: & fines ipſorum in laterales primæ proceſſus, & ſpinam ſecundæ pertinent. Hinc caput ad naturalem, id eſt, rectum, nuſquam inclinantem ſtatum reducunt. Vide in 14. tab. F. G.
    - *Sex* magni, tres coniugationes habentes (quæ propter muſculorum complexum, quatuor dici poſſunt, & duæ) prædictis incumbunt, in toto collo extenſæ, eundemq; cum muſculis dorſalibus habent motum. Mouent autem per primas quidẽ fibras (quæ in primã ac ſecundã uertebrã inſeruntur) ſolum caput: per reliquas uerò, primum quidem reliquas quinq; colli uertebras, ſimul autem cum eis capitis motum retrorſum adiuuant, quorum qui ſunt obliqui, motus obliquos ſenſim efficiunt. Vide in 14. tab. H. I. K. L.
  - *Quatuor* laterales, magni & robuſti, quorũ duo habẽtur parte
    - *Dextra*, ex perforato ſecundę uertebrę ꝓceſſu ortũ ad ſcapulas emergũt. Ceruicẽ ad latera cũ parua declinatione mouẽt antrorſum. Vide in 8. tab. C. & in 13. tab. H.
    - *Siniſtra*, ex primæ uertebræ laterali proceſſu proueniunt. Ceruicem ad latera cum parua declinatione mouent retrorſum. Vide in 8. tab. C. & in 13. tab. H.

- *Bb. Muſculi* partiũ capitis
  - *Superiorum*
    - *Frontis*, & eſt unus muſculus, ualde latus, multas neruorum fibras in ſe ipſam recipiens, à quo cutis ſeparari non poteſt, ſed planè cum eo coaluit: motusq; amborum eſt unus, qui ſupercilia ſcilicet attollit. 3. tab. A.
    - *Palpebrarũ*
      - *Superiorũ*: & ſunt duo, quorum
        - *Alter* in maiori angulo, apud naſum obliquus conſtitutus, ad tarſi partem dimidiam, quæ illic eſt, peruenit. Hic cùm agit, partem palpebræ ſibi continuam, quæ eſt ad naſum, deorſum trahit. 3. tab. C.
        - *Alter* totus etiam obliquus, ad minorem angulum oculi extenſus, ad reliquam tarſi partem dimidiam ſibi propinquam prorumpit. Hic cùm agit, reliquã palpebræ partem ſurſum trahit D. 3. tab. D.
      - *Inferiorum*, nullus deſcribitur muſculus, quò fit, ut alicuius motus non particeps uideatur.
    - *Oculorũ*, ſunt ſeptẽ, quorũ
      - *Primus*, ſupernus, oculos ſurſum mouet uerſus ſupercilia. H.
      - *Secundus*, infernus, & oculum mouet deorſum. I.
      - *Tertius* & quartus in lateribus, quorum
        - *Alter* in magno angulo oculi, intrò uerſus naſum adducit. K.
        - *Alter* in paruo oculi angulo, uerſus eundẽ abducit. L.
      - *Quintus* & ſextus, poſitione obliqui ſunt, ſinguli quidem in ſingulis palpebris uerſus minorẽ angulũ ſuprà ac infrà extenſi, oculũ quoquo uerſus promptè circũuertunt, ac circũagunt. M. N.
      - *Septimus*, magnus circa eorum radicem, cõſtringit quidem ac minuit neruum opticum: oculum uerò ſurſum attollit & eleuat, ac nonnihil etiam ſimul conuertit. O.
  - *Mediarum*: nimirum narium, quorum
    - *Proprij* duo, utrinq; unus, isq; ualde durus, ſed exigui ſunt, ut partium ab eis mouendarum ratio poſtulabat. Enaſcuntur enim circa principia muſculorum, ad labia deſcendentium, & alas diuerſimodè mouent: cuius mobilitatis uſus in repentinis exſufflationibus mirificè prodeſt. 3. tab. F. 4. tab. K. L.
    - *Cõmunes*, duo utrinq;. A' malis enim iuxta ꝓpriũ ſuperioris labri muſculũ, carneus qdẽ, ſed tenuis mẽbraneusq; enaſcitur muſculus, q in ipſo modicè, uerſus priora deſcẽſu in duas diuiditur portiões, quarũ
      - *Altera* ad naſi radicem uadit, ut alam ipſam extrorſum, ſurſumque moueat. 4. tab. L.
      - *Altera* ad ſuperiorem labri partẽ quã Muſtacem uocant, proreptat, ut labrum ſurſum uellat. 3. tab. G.
  - *Inferiorum*: & uel
    - *Exteriorum*
      - *Labiorũ* ſunt quatuor, quorũ
        - *Duo* ſuperiori labro cõmunes, utrinq; unus, qui à maxillæ ſuperioris oſſe, ubi mala conſiſtit, carnoſo principio enati, deorſum obliquè in priora feruntur, quouſq; in ſui labri latus ſeſe inſerant. 3. tab. G. H. I. O. L. K. M. Γ. 4. tab. M. 5. tab. E.
        - *Duo* inferiori labro, utrinq; ſimiliter unus, ſuperioribus muſculis latiores, ſed breuiores, ab inferioris maxillæ humiliori parte, ad menti quaſi latera exoriuntur, hinc ſurſum obliquè in priora protenſi, latiq; permanentes, in mediam ſui labri ſedem implantantur. 3. tab. M. 4. tab. N.
        - *Per* hos 4. muſculos octo efficiũtur motus
          - *Obliqui* 4. in utroq; labro duo
            - *Vnus* cùm ad dextram ipſa circumaguntur.
            - *Alter* cùm ad læuam ipſa circumaguntur.
          - *Recti* totidem,
            - *Duo* quidem ad amuſsim recti, quando labra plurimùm à ſe inuicem diſtant, hoc quidẽ à duobus muſculis ſurſum agẽtibus ad nares tenſo, altero autem deorſum ad mentum ducto.
            - *Duo*, quando ad ſe labra retrahuntur, & inuicem coëunt, uno ex ſuperiori loco deorſum, altero ex humiliori ſurſum protenſo.
      - *Maxillæ* inferioris, ſunt ſex, quorum
        - *Duo* claudunt, & uelut pendentem à ſeſe maxillam attollunt ac ſuſtinent, utrinq; unus, qui à uerticis & frontis oſsibus enaſcuntur, ac deinde concreſcendo perreptant, & in cauitatem quandam, in oſsibus capitis, ibi exculptam, deſcendunt, & in iugale os uſq; ſe recipiunt, inde in tendinem magnum exeuntes maxillæ inferioris curuo acumini infiguntur. 4. tab. E.
        - *Duo* alij oppoſiti multò minores, os ipſum aperiunt, inferioribus maxillæ inferioris partibus infiguntur ſtatim poſt flexionem ad eum uſq; locum, qui eſt ad mentum. 5. tab. H. I. 4. tab. O. 6. tab. I. 11. tabul. *.
        - *Duo*, maſticatores dicti, os uariè circumagunt, qui carnoſam quoque genarum partem conſtituunt, quos nonnulli utrinq; non ſimplicem, ſed triplicem muſculum eſſe exiſtimãt, quòd tres ipſorum ſunt in maxillas inſertiones inſtar principiorum. 4. tab. Δ. 2. tab. C. 5. tab. D. 9. tab. C.
    - *Interiorum*, Vide in ſeq. ſign. ✠

*Muſculi*

℅ *Muſculi* partium capitis interiorum

- *Linguæ*, quorũ alij inſeruntur in ipſam ex
  - *Superioribus* partibus, & ad palatum ipſam linguam tollunt ſurſum. F.
  - *Infernis* partibus, deorſum linguam deprimunt. G.H.
  - *Lateribus*, ad latera ipſam circumagunt. E.
  - *Oſſe* hyoide. D.D.
- *Hyoidis* oſsis
  - *Proprij*, ſunt ſeptem, quorũ
    - *Primus* robuſtus eſt & geminus, ab ipſius medio ad os pectoris uſq; delatus. 1.tab.C. 2.tab.F. 4.tabul.S.T.
    - *Secundus* ac tertius ſtricti & oblongi ſunt ſcapulis, interim clauiculis inſerti, qui cum primo hyoides os ad inferiora trahunt. 5.tab. H.I.
    - *Quartus* & quintus obliquè ſurſum exporrecti, maxillæ inferiori inſinuati, hyoides os ſurſum uellentes. 4. tab.R.1.tab.B.2.tab. E.
    - *Sextus* & ſeptimus ſtricti & longi ſunt, utrinq; unus ab ipſius oſsis lateribus ad proceſſum ſtyloidem defertur: ambo ad obliqua hyoides os trahentes. 4.tab. Q.
  - *Improprij*, ſunt duo, ab ipſo oſſe ad cartilaginem ſcutum figura imitantem laryngis protendũtur, de quibus in muſculis laryngis.
- *Laryngis*, ſunt circiter uiginti, quorum alij
  - *Proprij*, & ſunt duodecim, quorum
    - *Decem* trium cartilaginũ ſunt communes, quorũ
      - *Quatuor* primam cartilaginem cum ſecunda connectunt in animantibus uoce magna præditis. Horum duo primi partes laryngis anteriores coniungũt, maximamq; claudunt cartilaginem: duo ſubſequentes eas, quæ in intimis ſunt abditæ. 1.4.fig.N.5.fig.O.
      - *Quatuor*, in omnibus animalibus ſecundam cartilaginem tertię committunt: & aperiunt cartilaginem arytenoïdem. 6.7.fig.P.
      - *Duo* reliqui primam cartilaginem tertiæ connectunt, & cartilaginem arytenoïdem claudunt. 8.9.10.fig.a.b.
    - *Duo* reliqui ſunt in baſi arytenoïdeos, qua ſecundæ connectitur. 6.7.8.fig.V.
  - *Communes*, & ſunt octo, & ſoli ſcutiformi proprij, quorum
    - *Duo* à minoribus hyoidis oſsis lateribus enati, ſcutiformi cartilagini ſupertenſi, illi implantantur, ipſam à poſterioribus cartilaginibus abducentes, ac meatum dilatantes. 1.2.figur. F. 5.figur. O.
    - *Quatuor*, quorum duo prope horum finem à prima cartilagine exorti, pectoris oſsi inſeruntur, deorſum uergentes inferiores cartilaginis partes contrahunt: nec non aſperã, ne quid implicetur, neq; nimium implicetur, neq; nimium dilatetur, ubi uociferari animal cogitat. 1.2.figur. G.S.P.
    - *Duo* reliqui tranſuerſi, ex obliquis ſcutiformis partibus enati, deinde in circuitu ſtomachũ comprehendentes, inuicem carnoſo tendine coëunt. Hi primæ cartilaginis partes protrahunt, & ſecundæ adducunt, meatus ſtringendi gratia. 1.2.3.4.5.fig.I.

C c. *Muſculorum* thoracis alij mouent

- *Brachiũ*: & ſunt undecim, quorũ
  - *Primus* à coſtis ſpurijs prope præcordia, non procul à mamilla incipit, in ſuperficie aliorum extans, qui brachium ad pectus adducit, humilisq; eius diductionis opifex eſt. 2.3.4.tab.Δ.1.tab.L.
  - *Secundus* contrà, ex altis pectoris regionibus prodiens, altæ adductionis eſt autor. 4.tab.Ξ.10.tab.Δ.1.tabul.K.2.tab.M.3.tab.P.5.tab.7.9.tab.L.11.tab.M.P.7.tab.L. L.
  - *Tertius* ex toto pectore oritur, mammæ ſubiectus, & quodammodo bipartitus eſt, fibris ipſius in ſimilitudinem χ literæ, mutuo ſibi incumbentibus illic potiſsimùm ubi articulum ferè contigerint: alijs ab humilioris pectoris ſede ad articuli eminentiorem porrectis, quibus ad inferiora brachium adducitur: alijs ab elatiori ad inferiora inclinantibus, quibus altius adducitur. Ambabus autem tenſis, os brachij æquabile ad pectus agitur. Sed potius duo tranſuerſi ſunt. Quare ſolus inter huius articuli bifidos muſculos pro duobus ab Anatomicis numeratur. 7.tab.M.10.tab.R.11.tab.L.12.tab.R.
  - *Quartus*, exiguus eſt, primo ſuccedit, qui à regionibus iuxta mammam ſurſum fertur, & ipſe brachium deprimens. 7.tab.O.10.tab.Θ.
  - *Quintus*, ſecundo ſuccedit, illius portio, qui ſummum humerum occupat: duo enim habet capita. internis ſanè partibus, hanc ipſam partem ex clauicula enatam: externis autem, demiſsiorem partem dorſi ſcapularũ. Verùm ſolius huius muſculi, quum tenſus eſt, actio, brachium extrorſum extendit, parum à media, ac recta omnino extenſione ad latus inclinãs. Alterius uerò muſculi, qui eſt ad clauem, actio non immeritò intrò ſimiliter inclinat. Tenſis autem æquè fortiter ambobus, brachium rectam planè ac mediam extenſionem aſſumit, nuſquam declinans. 7.tab.I.13.tab.X.10.tab. L.
  - *Sextus* & ſeptimus utraque ſpinæ, quæ eſt ad ſcapulam, parte, ſimilem prædicto habent actionem. Siquidem tenſi ſimul, brachium ſublimè prorſus tollent: quòd ſi ſeorſum, uterq; modicum ad latus inclinabit. 7.tab.Γ.10.tab. Q.
  - *Octauus*, magna ex parte ex humili ſcapularum coſta prodiens, extrorſum abducit brachium, eis oppoſitus qui in pectore habentur elatius brachium attollentes.
  - *Nonus* ex inferiore humilis ſcapularum coſtæ termino proficiſcitur, in extremam regionem brachium circumagendo abducens.
  - *Decimus*, cauam ſcapularum partem occupat: minus quidem extrorſum, magis autem deorſum brachiũ circumuertens.
  - *Vndecimus*, deorſum brachiũ agens, ita ut in poſteriorem quoq; partem ducat: quem quintus prædictus excipit muſculus exiguus, qui conſtanter in nullam inclinans partem, brachium deorſum moueat.
- *Thoracem* ipſum. Vide in ſequentibus ſignum **.

*** Muſculi thoracē mouentes ſunt octuaginta nouē: nimirū*

*Quadraginta quatuor, utrinq; quorū*

*Primus*, ex inferiori interiorią; clauiculæ regione, ſecundum ipſius longitudinem, quà primam reſpicit coſtam, exoritur, principium carnoſum undią; obtinens, & carnoſo quoq; termino primę coſtæ, quà pectoris oſsi cō mittitur, antica ex parte inſertus. Muſculus hic breuis, ſed amplus eſt & tenuis, ac omnino carneus, fibras ſortitur impenſè obliquas, propemodumą; tranſuerſas, quæ à clauicula antrorſum procedentes, ſupremæ thoracis coſtæ, & nonnihil pectoris oſsi, quà eius coſtæ cartilaginem excipit, implantatur. Huius beneficio prima coſta ſurſum uerſus exteriora retrahitur, hacą; ratione ibidem thorax dilatatur. 4.tab.d.5.tab.Z.

*Secundus*: carnoſo principio, ex tota ſcapularum baſi enaſcuntur, deinde coſtis exporrecti, admodum lateſcunt, tenuiores tantiſper redditi, donec primæ, ſecundæ, tertiæ, quartæ, quintæ, ſextæ, ſeptimæ & octauæ, aliquando & nonæ thoracis coſtis ſeſe inſerunt. Horum fibræ, ſi quando ad ſuum principium tendunt, uniuerſas coſtas ( præter inferiores ) uerſus exteriora uellunt, thoracem dilatantes. 1.tab.O.O.O.2.tab.o.o.o.3.tab.5.6.7.8.4.tab.l.m.5.tab.m.6.tab.R.7.tab.L.8.tab.F.11.tab.X.12.tab.S.13.tab.T.

*Tertius*: ex trium inferiorum ceruicis uertebrarum, ac primæ thoracis uertebræ ſpinis, membraneo latoą;, exoriuntur principio, ac deinde primo caput mouentium muſculorum pari, & hac ſede repoſitis, dorſum thoracemą; mouentibus muſculis inſtrati, in priora decliues, exporriguntur, carnei euadentes, latią; muſculi naturam oſtendentes, ſimulatq; primi illius paris externum latus ſuperauēre. Deinde ubi primam thoracis coſtam contingunt, in latera ſenſim obliquè ducti, in tres ueluti digitos tripartiuntur, ſingulos tribus quatuor primarum coſtarum interuallis exporrigentes, illisą; ſeſe coſtis inſerentes. Horum munere thorax attollitur, ac etiam expenditur. 10.tab.E.11.tab.F.

*Quartus*: ad dorſum mouentium muſculorum latera, coſtarum radicibus, & tranſuerſorum uertebrarum proceſſuum apicibus exporriguntur: originem ſuam ducentes ex poſteriori oſsis ſacri regione, & interiori ilium oſsis ſede. Hinc cum undecimo dorſum mouente muſculo, tranſuerſis uertebrarum lumborum proceſsibus innixi ſurſum deducuntur. Quum primùm uerò uterq; ſimul duodecimam thoracis reſpiciunt uertebram, à dorſum mouente undecimo, notatu digno interuallo adeò abſcedunt, ut inibi in curioſè ſecantibus ex illo principium ſumere uiderentur. *Hinc modicè ſurſum obliqui in latus conſcendunt, & decem ſuperioribus coſtis, tendines pullulant.* Qui coſtarum tuberculis inſeruntur, ceſſant autem ad primam thoracis uertebram, interdum tamen adeò conſcendunt, ut & tranſuerſo ſeptimæ ceruicis uertebræ proceſſui tendinem quoq;, non minus quàm coſtis offerant. Hi infimas thoracis coſtas, ac reliquas omnes deorſum trahunt, ac denique thoracem arctant. 11.tab.Q.12.tab.Δ.13.tab.O.O.

*Quintus*, in poſteriori thoracis ſede, ſecundum inferiora collocatur, originem membraneam latamą; ducentes, ex undecimæ & duodecimæ, ac aliquando decimæ thoracis uertebrarum ſpinis. Principium hoc muſculis dorſum agentibus, ſuperſternitur, tranſuerſim rectà in priora porrectum. Vbi autem ſeptimus muſculus hos tranſcendit, coſtarumą; oſsibus committitur, ſtatim carneis adaugetur fibris, & tandem uelut in aliquot diuiſus digitos nonæ, decimæ, undecimæ & duodecimæ coſtarum interuallis, ipſisą; ſeſe coſtis inſerunt. Horū munere, coſtæ, quibus inſeruntur, thoraxą; diſtenditur. 11.tab.Δ.

*Sextus, in thoracis cauitate ſitum ſibi peculiariter uendicat*, extenduntur autem per uniuerſum pectoris oſsis latus, ſub tota uerarum coſtarum cartilaginum regione, propemodum coſtarum os, exteriori ipſius latere contingentes. Sunt autem hi muſculi triangulares, ex duobus longiſsimis lateribus, & uno breui conſtructi, & tenues, omnią; ex parte carnoſi. Adnaſcuntur autem omnibus uerarum coſtarum cartilaginibus, illas ad pectoris os, in ſinus nimirum, quibus illæ inarticulantur, attrahentes, & eo motu thoracem arctantes, & coſtarum cartilagines inuicem colligantes. 8.tab.β.

*Septimus*, & reliqui uſque ad quadrageſimum. Sunt autem triginta quatuor muſculi intercoſtales, quorū alij

*Exteriores*, quoniam exterius poſitionem habēt, *originem ducentes, ſimulatq;* coſta à tranſuerſo uertebrarum proceſſu in anteriora obliquè prorepit, principium habent, ac fibris cōſtant ex ſuperiori coſta, in inferiorem obliquè in priora deorſum prorepantibus. Hi inferiorem coſtam ſuperiori adducunt. 6.tab.V.X.8.tab.D.D.11.tabul.V,6.tab.V.X.

*Interiores*, quoniam interius poſiti ſunt. Hi enim quà uertebrarū corporibus proximi ſunt, ex inferioris coſtæ ſuperioris ſede, in elatioris coſtæ inferiorem ſedem, fibras obliquè ſurſum in priora protenſa mittunt. Harum uerò fibrarum ſitus exterius contrarius exiſtit. Nam exteriores ad X literæ ſimilitudinem interſeſcant fibræ. Hi ſuperiorem coſtam inferiori adducunt 8.tab.E.E.

Hi omnes muſculi ſimul thoracem arctant, & anguſtiorem efficiunt. Produxit enim natura intercoſtales muſculos cum fortiori motu impetuą; ad efflationem, uocem, tuſsim, ſternutationem, fæcium excretionem, ad partum faciliùs excludendum, breuiter ad thoracis compreſsionem, quàm ad inſpirationem indigeamus. Verùm Galenus intercoſtaliū beneficio muſculorum thoracem ſtringi & laxari cenſet. Nam exteriores expirationem, interiores uerò inſpirationem moliri prodidit. Interdum uerò non ſibi cōſtans, exteriores inſpirationi, interiores autem expirationi præeſſe uoluit.

*Quadrageſimusprimus*, uſq; ad quadrageſimumquartum, ſunt muſculi abdominis, de quibus inferius.

*Vnus* utriq; lateri communis, quem Græci *φρένας καὶ διάφραγμα, καὶ* [illegible], Latini uerò ſeptum tranſuerſum & præcordia aliquando uocant. Hic enim neq; ſitu, neq; forma ulli totius corporis muſculo reſpondet. Siquidem amplus eſt, & orbicularis, & in ipſius medio principium gerit. Huius munus eſt, ut adhuc in uiuentibus animalibus patet, proprio motu oſsis pectoris, inferiorem terminum, & ſpuriarum coſtarum extrema, ad ſuum caput, tanquam ad centrum, intrò trahere, ac nonnihil quoq; ſurſum uellere. Septi enim tranſuerſi caput in medio mouendarum partium reponitur, & elatiori ſui capitis ſedi, quæ thoracis amplitudinem reſpicit, nerui à ceruice decurrentes, inſeruntur. Quum itaque ſeptum in ſe conuellitur, & ſpuriarum coſtarum extrema quodammodo ad centrum colligit, ſolam inferiorem, eandemą; anteriorem thoracis partem, quam ſpuriarum coſtarum cartilagines conſtituunt, arctat. Poſteriorem uerò, quæ ab harum cartilagine ad uertebras uſq; habetur, dilatat, ac inuicem quinq; inferiores coſtas dirimit, unà cum ſexta ac ſeptima thoracis coſtis, quarum etiam cartilaginibus ſeptum applantatur. Vide in 1.fig.thoracis I.& in 2.fig.R.R. in 7. muſculorum tab.Δ.k.l.m.n.& in 20.uentris fig.A.A.in 6.fig.thor.n,o,in 4.fig.thor. Q.& 5.figur.thor.E.& 12, fig.thor.I. & in 3. thor. figur. H.

*D d Muſculi*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0064-3
DFG

**D d. *Muſculi* ſcapularũ, uel**

- *Proprij*: ſunt ſex, quorũ
  - *Primus* ſcapularum ſpinæ inſertus eſt, magnus & amplus, ad occipitis os porrigitur, ſcapulas ſurſum attrahit. Vide lib. 2. 9. tab. Γ. Δ. E. E.
  - *Secundus* ſubtilis, ab ipſis capitis oſsibus prodiens, ſcapularum ſpinæ iuxta baſim inſeritur, ſcapulas etiã ſurſum attrahit. 9. tab. Γ. Δ. 1. tab. G. 2. tab. K. L. 3. tab. b.
  - *Tertius* & quartus latus ac geminus, iuxta ſpinam hærent: unus ceruicis quinq; uertebris porrectus: alter ſeptem thoracis. Scapulas retrò ad totam animalis ſpinam abducunt. 10. tab. Γ. G. H. I. K.
  - *Quintus*, à laterali primæ uertebræ proceſſu ortus, ſummo humero per carnoſum tendinem inſeritur: ſcapulæ eminentiam ad ceruicis latera ab ipſo abducit, ſurſumq; mouet. 7. tab. H. 6. tab. K. 8. tab. I. 10. & 11. tab. C. 12. G. 13. tab. Q.
  - *Sextus* gracilis, longusq;, à laryngis partibus, quas oſsi à litera Græca υ, hyoidi dicto connectit, ad ſcapulas porrigitur, easq; antrorſum mouet. 5. tab. K. S.
- *Communis* unus humerorum articulo, non proprius ſcapulis, quas deorſum uerſus trahit. 11. tab. Θ.

**E e. *Muſculi* dorſi, ſunt ſexdecim utriuſque lateris, octo nimirũ paribus complexi, quorum**

- *Primum* par, à quintę thoracis uertebræ corporis latere principium ſumit, quod carneum tenueq; & acuti inſtar anguli uiſitur, & ſurſum obliquè conſcendens, uerſus medium magis quartę motu, & obſcurè caput ipſum flectitur. ſi enim utriuſq; muſculi partes ſimul omnes egerint, recta efficietur ceruicis flexio, uertebris ſcilicet mutuò ſeſe ſuccedentibus: at ſi alteruter tantùm in ſe colligatur, in contracti latus ceruix inclinabitur. 8. tab. A. B. 7. tab. C C.
- *Secundum*, quorum alter in dextro latere eſt, alter uerò in ſiniſtro. Dexter ex ſuperiori exterioríque primæ thoracis coſtæ ſede, carnoſus amplusq; enaſcitur, ex totius nimirum dextri lateris primæ coſtæ ſede, quæ à uertebris ad eam uſque coſtæ oſsis regionem pertingit, quæ iam in cartilaginem degeneratura eſt. Muſculus ex hac enatus baſi, ſenſim arctatur, & in omnium ceruicis uertebrarum tranſuerſis proceſsibus, interiori ipſorum ſedi implantatur, fibras ſurſum obliquè intrò producens, totusq; triangularem figuram refert, cuius primum latus primæ thoracis coſtæ exporrigitur. Secundum autem ad ceruicis longitudinem, ipſiusq; in tranſuerſo proceſſus inſertionem fertur. tertium uerò à coſtæ cartilagineæ ad tranſuerſum primæ ceruicis uertebræ proceſſum. Huius munere ceruix duntaxat in dextrum latus inclinatur, recto quidem ductu. 7. tab. G. 8. tab. C. 14. tab. N.
- *Tertium, principium in dorſo aſſumit, ex tranſuerſi ſextæ thoracis uertebræ* proceſſus radice, ad primum *eius uertebræ poſterioris proceſſus, ſeu ſpinæ exortum. Ab hoc ceruix tantùm in dextrum latus inclinatur. 13. tabul. H.*
- *Quartum*, à ſeptimæ thoracis uertebræ ſpinæ radice, deinceps & à reliquarum ſuccedentium uertebrarum ſpinarum quoque radicibus, ubi inuicem uertebræ articulantur, principium ſumit, non autem à ſpinarum lateribus. Horum ſi uterq; ſimul contrahatur, rectam ceruicis extenſionem conficiunt. Si dexter tantùm egerit, dextrorſum ceruix inclinatur. Si uerò ſiniſter tantùm operabitur, ſiniſtrorſum ceruix cõuertetur. 14. tab. O. 13. tab. I.
- *Quintum*, ex poſteriori ſuperioriq; oſsis ilium cauitatis ſede enaſcitur, quæ eregionè ſuperioris ſedis primi ſacri oſsis tranſuerſi proceſſus habetur, deinde etiam ex tota illa oſsis ſacri quoque parte exoritur, & ſurſum ad duodecimam, ultimamque thoracis coſtam protenditur & inſeritur. Cum ambo ſimul agunt, rectam flexionem parant: cum uerò quiſque, per ſe obliquam efficiunt flexionem. 7. tabul. u. 8. tabul. Ξ. 13. tabul. κ. 14. tabul. P.
- *Sextum*, ab infima oſsis ſacri ſede, ad primam uſque thoracis uertebrarum exporrigitur, tranſuerſis omnibus thoracis uertebrarum proceſsibus innixus, quibus ſingulis ex interna ſede tendinem inſtar anſulæ cuiuſdam exporrigit. Horum namque ope, thoracem lumbosque rectà, ac etiam in latera extendi euenit. Nam ſi ambo æquè contrahantur, tota pars, cui inſeruntur, in neutrum latus uergens, extenditur. 13. tab. Γ. 12. tab. N. 14. tab. Q. R. S.
- *Septimum*, ab illa oſsis ſacri ſede principium obtinet, quæ ab ipſius ſpina ad cõnexum eius, cum ilium oſſe pertinet. Hinc ad tranſuerſum quintæ lumborum uertebræ proceſſum ducitur, & illic à tranſuerſis reliquarum uertebrarum proceſsibus initium ducens, ad undecimæ uſq; thoracis uertebræ ſpinam conſcendit, &c. quorum ambobus contractis, tota illa ſpinæ pars, cui committuntur, appoſitiſsimè extenditur. Altero uerò tantùm in ſe collecto, in obliquum hæc dorſi pars contrahitur. 14. tab. T.
- *Octauum*, ab undecima thoracis uertebra, ad primum uſque ipſius protenduntur, totam ſpinarum amplitudinem, quæ ab ipſorum radice, ad apicem uſque conſiſtit, amplexantes. Horum functio potiſsima eſt, ſpinas, quibus inſeruntur, mutuò colligere, eamq; dorſi partem cui adnaſcuntur, cum reliquis muſculis extendere. 14. tab. Y.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0065-8 DFG

**Ff.** *Muſculi* abdominis ſunt octo (utrinq; nimirum quatuor) quorum

- *Quatuor* obliqui, quorum
  - *Duo* à præcordijs, uerſus ilium oſſa tendunt, quorum initia maximo thoracis muſculo elatiori confinia, ſuis ipſorum terminis, ſeu digitis quibuſdam, in coſtas, ſextam, ſeptimam, & octauam inſeruntur: fibris obliquis ad uentris anteriora uergens, toti abdominis regioni ad inguina utrinq; expanditur. 3. tabul. Θ. 4. tabul. o. 9. tabul. P.
  - *Duo* hos ad ſimilitudinem Grecæ literæ χ diuidunt, ab ilijs ad coſtas profecti, qui obliquum fibrarum ſitum primis contrarium poſsident. 4. tabul. Π. 5. tabul. *α*. 11. tabul. a. b.
  - *Horum* munus eſt, quod conuenit retinere.
- *Duo* recti, à pectore uſque ad pubis oſſa, per totius uentris medium exporrecti: ſub obliquorum neruoſis tenuitatibus ſitum, qui à pectoris oſſe paululum ſupra mucronatam cartilaginem oriuntur, ſubſtantia per totam longitudinem carnoſi: rectas fibras ſupernè deorſum ferentes, itidem habentes: quarum munus eſt attrahere. 5. tabul. Δ. 4. tabul. n. 6. tabul. f.
- *Duo* tranſuerſi, in latum procedunt, rectum cum prædictis efficientes angulũ, tum ex tota ſuperiore ilium oſsis parte, tum ex lateralibus uertebrarũ quæ in lumbis ſunt proceſsibus oriuntur, fibriſq; tranſuerſis contexuntur: quarum munus eſt alienum expellere, 6. tab. Δ. 5. tab. γ. 12. tab. p.

## VESALIVS LIB. II. CAP. III.

OCTO *abdominis muſculi, præter communem omnium muſculorum uſum, quo corpori calefaciendo, refrigerandoq; auxiliantur, & propugnacula quædam cenſentur, primario uſu thoracis motibus præſunt. Deinde homini ad durorum excrementorum expulſionem aptiſsimè ſubſeruiunt: quando enim omnes ſimul tenſi laborarunt, ſepto tranſuerſo interim ex ſpiritus retentione depreſſo, ita inteſtina ſimul comprimunt, ut ex anguſto loco in ampliorem (qui inferior eſt) fæces protrudant, expellantq;, & rurſus ad uentriculum ſuperioráue illas differri præcaueant. Cæterùm noſtri ſeculi medicos, qui hos tantùm muſculos recenſere ita uidentur, ac ſi alij in corpore nulli eſſent, omnino dilatare exiſtimandum eſt, qui rectis muſculis cibum in uentrem attrahi, tranſuerſis autem expelli, & obliquis retineri contendunt, præſentibus muſculis attribuentes, quod uerè uentriculi inteſtinorumq; fibris aſcribendum fuerat. Sed hæc abſurdiora ſunt, quàm quæ in medium adduci debeant, quum aliæ fibræ uoluntario motui, aliæ uerò naturali, qui à noſtro non pendet impetu, famulentur.*

**Gg.** *Veſicæ* ceruicem ambit muſculus unus tranſuerſis cõpoſitus fibris: obliquis autem ueſica intertexta eſt præcipuè, ne frequenter ſit excernendum. Porrò huius muſculi triplex eſt uſus,

- *Primò*, ut ueſicam claudat, licet ſine eo claudi poſsit.
- *Secundò*, ut poſt emiſsionem urinæ contractus undequaq; id quod in meatu continetur, propellat.
- *Tertiò*, ut quum urina mordax eſt, ocyus excernatur.

*Vide* N. & in 22. & 23. fig. uentris *g*.

**Hh.** *Muſculi* ani tres, quorum

- *Vnus* ſolutus, ac ſine pari, tranſuerſus, ipſi ſedi circumfuſus, ut rectum inteſtinum ad amuſsim ac fortiter claudat, ne continua intempeſtiuaq; fiat excretio. Hoc enim muſculo relaxato, alui excretio fit, muſculis epigaſtrij ualidè omni ex parte æqualiter prementibus. Alter (ſi muſculus tamen dici queat) etiam in ano habetur. Nam corpus eſt ſuperiori extrinſecus ad ultimam oram tranſuerſè incumbens, ſediſq; extremum gignens: cuius ſubſtantia eſt inter cutem & muſculum, uelut ex utriuſq; miſtura conflata: cuiuſmodi eſt labiorum pars ultima. Huius quoq; uſus idem ferè ac muſculi eſt, præterquàm quòd uiribus actionis ac robore à muſculo relinquitur. E. & in 8. figur. uentris a.
- *Duo* obliqui, non magni, ſed membranoſi, latiq;, utraq; ſedis parte ſuper rotundum muſculum ſiti, ex ligamento, tum quod ex ſacro oſſe, tum quod ex pube utrinq; oritur, producuntur. Quorum uſus eſt, ut cùm in magnis cõtentionibus ſedem euerti cõtigerit, ſurſum ipſam denuò retrahere. Quo fit, ut cùm hi muſculi aut reſoluti, aut alioqui imbecilli fuerint, uix tandem ſedem ipſam ſurſum retrahi cõtingat, quin etiam omnino exporrecta maneat, & manuum ſubſidio ſit opus. B. C. & in 8. fig. uentris *b. c.*

**Ii.** *Muſculi* penis ſunt quatuor, quorũ

- *Duo* carnei, illis prorſus ſimiles, qui à pectoris oſſe ad os υ referens, porriguntur. Ambo enim inuicem proximi ſunt, & internis lateribus mutuò committuntur, rectaq; ſurſum in priora ad urinarij meatus ſub corporibus illis ad ſuperiora reflexum aſcendẽtes. eius meatus lateribus inſeruntur, & inuicem dirempti, corpora penis nonnihil digitorum modo amplexantur. Vide lib. 2. fol. 325. ſignum H. I.
- *Duo* utrinq; ſinguli, ab appẽdice oſsis coxendicis paulò inferius, quàm penis corpora, principiũ ducẽtes, quod carneũ eſt, & gracile, & obliquè ſurſum procedentem efficit muſculum, qui carnoſus ſemper permanẽs ſui lateris corpori non procul ab exortu inſeritur. Vide lib. 2. fol. 325. ſign. K. L.

*Horũ* officiũ eſt

- *Pudendi* meatum ampliare ac diducere, ut ſemen quàm longiſsimè iaculetur.
- *Penis* radicem uoluntario uirorum motu trahere. quo fit, ut erectionem etiam adiuuet.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0066-4

*Kk.* *Muſculi* teſtium

*Virorum.* Singuli utrinque in unoquoq; exiſtunt teſticulo, graciles admodum, ex ea uaſorum ſeminalium & teſtis tunica efformati, quæ à peritonæo principium ducens, uaſa ſimul cum teſte continet. Horum enim beneficio, uiri arbitrario motu teſtes modicè ſurſum alliciunt, ne plus æquo laxati, ac ad interiora pendentes nimio oneri ſeminarijs uaſis ſint, quem uſum in coitu potiſsimè præſtant. Conſtat autem, muſculos hos ex eorum claſſe cenſendos eſſe, qui nullum ſortiuntur muſculum, contrarij motus authorem. Vide lib. 5. in 22. uentris fig. ✠.

*Mulierum.* Singuli utrinque in unoquoq; teſte cernuntur, illis ſpecie ſimilis, quibus uiri teſtes donantur. Et quamuis plerunq; graciles ſint, neq; admodum carnei, craſsitie, ego tamen eos (inquit Veſalius) aliquando in nonnullis mulieribus uteri cornua eſſe arbitratus ſum, Galeni uteri deſcriptionem eleganter deluſus, qui nõ muliebrẽ, ſed uaccinum & caprinum deſcribit uterum, cornua arietum cornibus longè ſimilia obtinentem, ſecus multò quàm muliebris uterus. Porrò his uteri muſculis obſcura uteri ad ſuperiora attractio proficitur, quam mulieres tunc facilè percipiunt, quum ilia trahere colligereq; conantur. Vide lib. 5. in 24. uentris figura. P.

*Ll.* *Muſculi* brachij ſunt 4. obliqui, qui in brachio ſiti Græcorũ literæ χ ſimilitudine mutuò ſe interſecant: quorum

*Duo* in interna regione, ulnã flectentes, quorum

*Maior* ortum habet ab internis partibus loci, qui ad humerum uergit prope axillam, inde per latus ad anteriores brachij partes oſsi radij inſeritur. Vide lib. 2. 6. tab. Θ. 1. & 9. tab. Q. 2. & 3. tabul. Z. 4. tab. t. 5. tab. 3. 7. tab. R. 10. tab. c. 11. tab. g.

*Minor* explantationem habet ab externis brachij partibus prope humerum: intrò autem illic paulatim conuerſus, oſsi ulnæ inſeritur. 8. tabul. Γ. 1. tab. S. S. 2. tab. N. 3. & 13. tab. a. a. 4. tab. x. x. 5. tab. θ. 6. tab. r. r. 7. tabul. P. 9. tab. R. 10. tab. d. 11. tabul. g. 12. tabul. Y.

*Horum* muſculorum maiore ſolo agente manus extrema tangit, internas regiones articuli humeri prope axillam: minore uerò externas. Ambobus aũt ſimul agentibus flexio fit cubiti.

*Duo* in regione interna, ulnã extendentes, quorum

*Vnus* ſupernas explantationes habens, in internis brachij magis ad internas cubiti regiones maxima parte inſeritur. 11. tab. f. 1. 9. & 12. tab. V. 2. tab. P. 10. & 13. tab. b. 4. tab. u. 5. tab. ϰ. 6. tab. s. 7. tab. N. 10. tab. a.

*Alter* in poſterioribus & externis brachij partibus ſupernas explantationes habẽs ad externas cubiti regiones inſeritur. 2. tab. O. 9. tab, S. 10. tab, b. 12. tab. V. 13. tab, c.

*Mm.* *Muſculorum* cubiti, alij

*Interni*: & ſunt ſeptẽ, quorum

*Vnus* minimus, & omnium muſculorũ interni cubiti tenuiſsimus, in ſuperficie ſub cuti apparet, mediam cubiti & radij regionem internam occupãs. Minor quidem alijs, quoniam nullam mouet dearticulationem, nec ullus digitorum motus ei commiſſus eſt. Sed paulò ante carpi articulationem enaſcitur ab eo tendo: dilatari autem incipit ad illam primum, indeq; ſub tota cuti manus ſummæ, internæ & digitorum extenſus, uelut quædam cutis ſecunda, alba & exanguis apparet, hunc uſum præſtans, ut eam internam cutim in corporum contactu minus uerſatilem, depilem, & tota cuti reliqua ſenſibiliorem efficiat ad certam tactilium qualitatum dignotionem. 3. tab. Π.

*Duo*, qui digitos flectunt, quorũ

*Maior* minori ſubiectus, inter cubitum & radium delitẽſcens, ad carpum fertur, ibiq; in quinq; tendones ſcinditur. Quorum quatuor primo & tertio, quatuor digitorũ articulo inſeruntur. Sed primo articulo non ſunt coniuncti, nimirum per ligamentum membranoſum. Quintus uerò per medium uolæ tanquam ex circulo delatus, ſecundo & tertio pollicis articulo inſeritur. Præterea huius muſculi quatuor tendonibus in uola, alij ſinguli ſtricti & longi adhærent, qui ad primi quatuor digitorum articuli flexionem auxiliantur. 5. tab. Θ. n.

*Minor* maiori per medium cubitum inſidet, rectà ad carpum excurrens, ubi in quatuor tendones ſcinditur. tendones angulos æquales efficientes, ſecundo quatuor digitorum articulo, ut ipſum ſolùm moueant, inſeruntur. Qui quidem tendones paulò antea quàm ad ſecundum articulum peruenerint, ibi rurſus ſinguli bifariam ſinduntur, & utraque parte amplificata circa ſubiectos tendones, qui primum & tertium articulum flectunt, inuoluuntur, ipſiſq; inde tranſitum præbent ad tertiam digitorum articulationem. 4. tab. ß. 6. tab. ζ. ζ.

*Duo* à lateribus duorum præcedentium adiacentes, carpum flectunt, quorũ

*Alter* ad pollicem prælongæ cuidam apophyſi cartilaginoſæ, primi in carpo oſſis, tendone bifido implantantur: nec totus huic ſymphyſi ſoli committitur, ſed uſque ad metacarpium adducitur, & ibi applicatur, ad principium oſsium medio digito & indici prælocatorum. 3. tabul. Λ.

*Alter* ad paruum digitum octauo oſsi carpi cartilaginoſo tendone ſimplici inſeritur. 3. tab. m.

*Hi* cartilaginoſis oſsibus carpi tendonibus obliquis inſeruntur, quod etiam cum externis carpum extendentibus, extremam manum cum carpo ad pronum ſupinumq; circumducitur.

*Duo* lati tendonibus carentes ad pronum agunt, quippe fieri non potuit, ut ex locis tam continuis tendones crearentur. Orti enim in cubito ad radium membranoſa quadam parte pertinent. 7. tab. V. X.

*externi*, Vide in ſequentibus ✠.

- *Muſculorum* cubiti externi ſunt 9. quorum
  - *Vnus*, & is quidem maximus, in ſuperficie ſub ipſa cute locatus eſt, mediamq; maximè totius membri regionem externam obtinens. Qui in carpo ſciſſus, quatuor tendones tribus quatuor digitorum articulis diſtribuit, ſolus hos extenſurus. Sed primo & ſecundo articulo per ligamentum membranoſum tantùm coniuncti ſunt. 9. tab. Z.
  - *Duo* exiles, qui ſuperiori adiacent, quorum
    - *Superior* indicē à pollice ſuis tendonibus abducit.
    - *Inferior* paruo & annulari eiuſdem actionis gratia tendones amittit.
    - → *Horum* digitorum tribus articulis, dextris ad dextra, ſiniſtris ad ſiniſtra, extrinſecus hi tendones immittuntur ad latus. 9. tabul. Θ.
  - *Duo* ſuperiori primo incumbentes, pollicis gratia facti ſunt, ut eum rectè ſubuertant: quorum
    - *Vnus* radio ſuperſtratus interiora uerſus tribus pollicis internodijs ad latus inſeritur, ut maximum ab indice abducat. 10. tab. l. m. n.
    - *Alter* priori illi adeò cohæret, ut unum eſſe iudices. Hic enim ad carpum tendens, in duas diuaricatur partes, &
      - *Altera* extremæ pollicis regioni inſeritur, ut illum indici abducat. 10. tab. o.
      - *Altera* carpo inſinuatur, eius extenſionem ad latera promouens. 1. tab. k.
  - *Duo* carpum extendētes, & interna parte flectentes, hiq; utrobiq; ſinguli, quorum
    - *Alter* ad indicem. 11. tab. Λ. 9. tab. Z.
    - *Alter* ad minimum.
    - → *His* enim extendentibus commemoratisq; flectentibus, manus extrema ad pronum ſupinumq; ducitur.
  - *Duo*, qui regione hac, quę oſſa ſecundum longitudinem occupata interiacet, quorum
    - *Alter* internis ſimilis in os radij immittitur.
    - *Alter* à cubiti tuberculo obliquè per exteriora ad caput radij, quod carpū ſpectat, inſeritur.
    - → *Hi* ad ſupinum operantur. 12. tab. Θ, Λ.

- *Nn.* *Muſculi* manus extremę ſunt 13. quorum alij famulantur
  - *Pollici*: & ſūt quinq;, quorum
    - *Duo* flectunt pollicis os primum
      - *Vnus*, ex ſuperiori tranſuerſi brachialis ligamenti ſede carneus enaſcitur, & toti primi pollicis oſsis longitudini interna regione attenſus, perpetuo carneus illi inſeritur. 4. tab. ι. 6. tabul. π. 3. tab. q. 4. tab. ϛ. 8. tab. Y.
      - *Alter*, qui ſupradicto prorſus occulitur, longeq; minor ipſo eſt, ex tranſuerſo quoq; ligamento & oſſe brachialis pollicem fulciente enatus. 6. tab. λ. 7. tab. a.
    - *Tres* ſecundum pollicis os flectentes. 7. tab. & 13. tab. 1. 2. 3. 8. tab. X.
  - *Cæteris* quatuor digitis: & ſunt octo, (8. tab. Δ.) qui rectà ſecundum poſtbrachialis longitudinem digitos adeūt, omni propemodum ex parte carni, ac poſtbrachialis oſsibus connati. inſeruntur autē lateribus interiori in ſede primorum oſsium. Horum
    - *Duo* parui ſeu minimi ſūt digiti, quorum
      - *Vnus* ab exteriori latere ſuperioris partis poſtbrachialis oſsis, quod paruo prælocatur, carnoſo principio oritur. 4. tab. ζ.
      - *Alter* ex interiori poſtbrachialis oſsis latere ad ſuperius iuxta brachiale extremum originē ducit, & inter id os, & ſibi proximum ad digitū tendēs.
      - → *Horū ſi*
        - *Vtriq;* agant, primum digiti os in neutrum latus uergens flectitur.
        - *Alter* agat, nimirum
          - *Exterior*, digitus in exteriorē partem nōnihil inclinās flectitur. 1. tab. q. 3. tab. ϛ. 4. tab. η. ζ. 6. tab. μ.
          - *Interior*, ad interiora conniuēs digitus flexionem experietur.
    - *Duo* indicis: quorum alter inſeritur lateri
      - *Interiori*. 8. tab. Y.
      - *Exteriori*.
    - *Quatuor* cæterūm digitorum, ad ſingulos nimirum primos articulos bini. 10. tab. ϛ.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0068-6
DFG

**O o. *Muſculi* femoris ſunt decem: horum**

- **Quinque extendentes femoríque in motu, qui in latus & in circumactu ſit famulantes: quorum**
  - *Primus*, ſub ſumma cute conſiſtit, alterius lateris natem præcipuè efformans. Exoritur lato & admodum carnoſo principio, ex tota ſpinæ oſsis ilium poſteriori parte, quæ uerſus os ſacrum magis eminet, deinde etiam ſpinę ſuperioris regionis portionem quoq; ſuo exortu apprehendit, &c. Validæ & in neutrã uergentis partem extenſionis author eſt, amplo ipſius principio & lato tendine femur refellens. 9. tab. Π. 2. tab. u. 10. tab. κ.
  - *Secundus*, primo femoris muſculo magna ex parte ſubſtratus, ab anteriori ſuperioriq; oſſis ilium ſpinæ regione, lato quoq; & carneo exortu enaſcitur, totam ferè ilium oſsis ſpinæ ſedem occupans, à qua primus initium non mutuauit. Hic extendit ſimul & ſurſum uerſus exteriora trahendo femur, ipſius caput intrò in coxendicis oſsis acetabulum adigit. 10. tab. Σ. 2. tab. y. 4. tab. μ. 5. tab. s. 9. tab. o. 11. tab. δ.
  - *Tertius*, tanto minor eſt ſecundo, quanto ſecundus primo. Subijcitur autem penitùs ſecũdo muſculo, initium ducens ab externis & demiſsioribus oſsis ilium dorſi ſedibus, ubi id coxendicis oſsis nomen primum obtinet: atq; id initium ſimiliter latum & ſemicirculare eſt, & carneum, craſſumq;. Hic femur quoq; modicè ſurſum trahens, tendit: & femur circumuertit paulo magis in poſteriora tendens, quàm ſurſum trahens. 11. tab. Σ. 6. tab. ν. 12. tab. t.
  - *Quartus*, magna ex parte liuidus, & paulo minus toto teres, non autem dictorum modo amplus exiſtit, neq; cęterorum ritu ab ilium oſſe principium adipiſcitur, at à lateribus trium inferiorum oſsis ſacri uertebrarum, quibus ilium oſſa nõ coarctantur, carneum craſſumq; educit caput, non quidem duntaxat ab illorum oſsium lateribus enatũ, ac nonnihil quoq; ita ex illorum interna ſede, ut utriuſque lateris muſculi ſeſe initijs aliquando in interna ea ſede contingant. Hic femur quoq; modicè ſurſum trahens, tendit, & foras circumagit. 11. tab φ. 12. tab. u.
  - *Quintus*, aut unius, aut duorum, aut trium etiam uice, prout cuiq; uiſum erit, referri poterit. A tota appendicis ſede ad pubis oſsis uſq; regionem, qua inferior oſsium cõmiſſuræ finis habetur, principium ducit, amplus inſigniſq; & carneus. Huius pars poſterior rectis donata fibris, crus firmum ſtabilit, ac terræ affigit, femur extendens. Anterioris uerò partis prior portio introrſum ducit femur, & fibræ huius portionis altiores ita femur ducentes, illud quoque ſurſum refellunt, flexioniſque quodãmodo authores euadunt. 12. 13. tabul Ξ. Σ. Π. 2. tabul. ν. 5. tabul. ω. 6. tabul. s. 7. tabul. ζ. 8. tabul. φ. c. 9. tabul. χ. 10. tabul. ς. 11. tab. λ. μ. ν.
- **Tres femur flectentes, & introrſum uerſus alterum crus admouentes: quorum**
  - *Primus*, qui in numero eſt ſextus, ex undecimæ & duodecimæ thoracis, & primæ, & ſecundæ, & tertię lumborum uertebrarum lateribus carneo enaſcitur principio, quod ſimul atque prodijt, muſculum teretem conſtituit, deorſum obliquè uerſus exteriora deſcendentem. Huius muſculi gratia, ubi pubis oſsi expanditur, uelut ſinus aliquis inſculpitur ligamento ex oſſe nato obductus, ut ſimul tutò nec errabundus hàc ſexti muſculi tendo deſcenderet, nec intenſus laxatúſue oſsis duritie uitiaretur. Hic ſurſum ualidè femur attrahit flectitq; ad interiora id adigens. 8. tab. Θ. 4. tab. c. 5. tab. χ. 6. tab. π. 7. tab. t. 13. tab. β. 14. tab. c. 16. tab. K.
  - *Alter*, qui ſeptimus cenſetur, ex tota interiori oſsis ilium regione tanquam ex ſemicirculo quoq; carnoſam originem accipit, & lato hoc eductus principio, paulatim arctior craſsiorq; redditur, deorſum in priora corporis procedens. Porrò quà hic muſculus ſuper coxendicis oſsis elatiora deorſum tendit, cauitatem quoq; quodammodo & ſinum, ne uagabundus feratur, in oſſe obtinet. Hic femur ſurſum attollendo flectit, & paulò inſignius ſexto uerſus interiora admouet. 8. tab. Λ. 3. & 13. tab. γ. 4. tab. s. 5. tab. φ. 6. tab. o. 7. tab. x. 14. tab. d.
  - *Tertius*, qui in numero eſt octauus, oſcitanter ſecantibus femur mouentium quinti & maximi totius corporis muſculi portio cenſetur, ex pubis oſſe carneo amploq; initio in homine enatus. Hic modicè ſurſum femur contrahit, infirmæq; flexionis author cenſetur, uerùm adhuc magis ſeptimo introrſum uellit. 8. tab. Σ. 1. tab. m. 3. tab. δ. 4. tab. ν. 5. tab Ψ. 13. tab. ξ. 7. tab. α.
- **Duo circumagentes: quorum**
  - *Vnus*, qui ordine nonus eſt, liuidus, & ut cæteri huius articuli, carnoſus, & tranſuerſim in exteriora protenſus, totum pubis oſsis foramen exterius contegit. Deinde per exteriorem ceruicis femoris ſedem productus, ualido ſatis & utcunq; amplo tendine inſertionem molitur, in magni femoris proceſſus ſinum, qui femoris ceruicem & caput oſsis coxendicis acetabulum ſubintrans, edirectò reſpicit. Hic femur in anteriora circumagit, nihilò ſecus, quàm ſi baculum inter duas manus extenſas repoſitum, in priora dictis manibus circumuerteres. 8. tab. Ψ. 13. tab. a. 4. tab. e.
  - *Alter*, qui ordine decimus eſt, internam dicti nuper foraminis ſedẽ occupat, nono longè ualidior. Huius principium exoritur à tota linea, quæ ab interna ilium oſsis ſede, qua primi oſsis ſacri oſsis tranſuerſo proceſſui cõmittitur, per internam coxendicis oſsis & pubis regionem ad pubis uſq; oſsium commiſſuræ elatiorem partem protenditur. Hic femur in poſteriora circumagit: duabus manibus reſpondet, quemadmodum & nonus, baculo autem femur non ineptè aſsimilaueris. 10. tab. 11. tab. δ. 12 tab. α. 13. tab. r. 16. tabul. F. G. H.

Pp. Muſcu-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0069-4 DFG

Pp.
*Muſculi* tibiam mouentes ſunt nouem, quorum

*Primus* acuto exortu principium è neruea ſubſtantia & modica carne commixtum ducit, ab anteriori oſsi ilium ſpinæ ſede, aut ab ilium oſsis appendicis anteriori extremo. Hic muſculus non procul ab origine totus carneus euadit, & modicè dilateſcens, gracilis permanet: eius tamen latitudo ipſius craſsitiē ſpiſſitudinemúe duplo ſuperat, & hanc formam ad tendinis uſque productionem retinet, qui ab ilium oſsis ſpina deorſum obliquè uerſus interiora ſenſim adeò prorepit, ut internum femoris latus tandem iuxta mediam femoris longitudinē exquiſitè occupet: hinc adhuc magis in interiora retrorſum paulatim procedens, è regione interni femoris capitis iuxta genu conſiſtit, ad quod ueluti obliquo ductu reflexus, antrorſum deſcendit, tendinem in anteriorem tibiæ ſedem inſerens. Tibiam ſurſum ad alterius cruris inguina tollit. 3. tab. Σ. 1. tab. o. 2. tab. q. 4. tab. z. 9. tab. α. 16. tab. L.

*Secundus*, amplo & prorſus nerueo principio ex pubis oſſe enaſcitur. Principium hoc non procul ab origine ſtrictius craſsiusque, & carnoſum prorſus efficitur, ut eius latitudini craſsities uix cedat, & muſculus paulo minus toto teres euadat, qui deorſum per femoris interiora deſcendens, ſenſim gracilior tantiſper efficitur, ut iam internum femoris caput non procul à genu articulo contingens, ut exactum teretemq; tendinem finiat eadem ſede, qua primi muſculi tendo tibiæ innatum, ſed tanto interiùs ſeu poſteriùs, quanta primi muſculi tendinis eſt craſsities. Hic tibiam ad internum latus ducit. 1. tab. p. 2. tab. γ. 3. tab. ς. 4. tabul. χ. 5 tab. 6. 9. tab. y. 10. tab. s. 16. tab. Δ.

*Tertius*, cum alijs tribus muſculis ex infima coxendicis oſsis ſede enaſcitur. Ab elatiori & poſteriori eius appendicis ſede nerueum graciléque principium edicitur: quod deorſum deſcendens, aliquantulum ſub origine carneum fit, teretem quodammodo conſtituens muſculum, ſuo principio iam longè craſsiorem. Hic deorſum per femoris poſteriora prorepit, aliquantulum obliquè tantiſper ductus, donec ad poſteriorem ſedem interni femoris capitis propè genu pertingat. Obliqui motus eſt author. 2. tab. ℘. 9. tab. t. 10. tab. Φ. 11. tab. 5. 16. tab. R.

*Quartus*, non æquè latum principium atq; tertius ex coxendicis oſsis appendice ducit. Principium hoc ſub exortu primùm efficitur carneum, exacti muſculi formam multo quàm tertij craſsiorem referens, ac per femoris poſteriora ſenſim deorſum uerſus exteriora deſcendens. Quum uerò femoris mediam longitudinem ſuperauit, tenuior redditur, & externa ſui ſede nerueus admodum apparet. In interna autem ſede alia pars carnoſa hic ex femore pronata ipſi ita adnaſcitur, ac ſi alius hic oriretur muſculus, qui quartum augeret: atq; ſimul ex ambobus unus efformaretur muſculus. Cæterùm ſiue hunc muſculum unius loco, aut duorum enumeres, nihil intereſt. Tibiam extrorſum ſimul cum flexione abducit, & quodammodo inuoluit. 10. tab. Ψ. 11. tab. π. ς. 1. tab. u. 2. tab. α. 6. tab. χ. ψ. 12. tab. μ. ν.

*Quintus*, à coxendicis oſsis appendice ſub tertij & quarti muſculi capitibus, & ante caput quinti femoris mouentis aliud neruoſum principium enaſcitur, quod meritò inter capita ab illo appendice originem ducentia tertium enumerabitur. Hoc ſimiliter neruoſum eſt, & niſi aliquouſq; ſub exortu carneum efficitur, ſenſim craſſeſcens. Quum hic muſculus ad mediam femoris longitudinem deſcendit, exactè carnoſus uiſitur, deorſum per femoris poſteriora delatus, ſecundum poſteriorem interioris femoris capitis ſedem reflectitur, & ſimulatq; elatiſsimam tibiæ partem contigit, in teretem ceſſat tendinem, interiori lateri anterioris tibiæ partis inſertum, in ea nimirum regione, in quam primum, ſecundum & tertium tibiam mouentes muſculos ipſorum tendines porrigere, relatū eſt. Hic tibiæ flexioni nō ſegniter opem fert. 11. tab. Ψ.

*Sextus*, à latere externo primi muſculi ad ilium oſsis ſpinam enaſcitur, intus acutum carneumq; caput obtinens, quod muris lacertæúe modo lateſcens, deorſum ad regionem coxendicis articuli fertur, ubi rurſus caput id ſeu muſculus anguſtior redditur, & priuſquam magnum exterioremq; femoris proceſſum perreptet, non amplius carneus cōſpicitur, adeo ut præſens hic muſculus nihil aliud tandem erit, quàm longiſsima & latiſsima membrana tendinis naturam referens, cui nunc deſcripta & carnei exactiq; muſculi formam repræſentans pars innaſcitur. Tibiam extendit. 3. tab. Σ.

*Septimus*, neruea lataq; & ampla origine ab externo femoris oſsis latere naſcitur, totam radicem magni femoris proceſſus in orbem amplexus. Origo hæc ſtatim ab initio craſſa carnoſaq; efficitur, & ilico à femoris oſſe abſcedens, illi inſternitur muſculo, quem octauum nominabimus. 5. tab Λ. 1. tab. r. 2. tab. t. 4. tab. ω. 6. tab. φ. 9. tab. r. 10. tab. μ. 11. tab. ι. 12. tab. θ.

*Octauus*, totam ferè femoris oſsis amplitudinem ſuccingit: huius principium à femoris oſsis ceruice nerueū exoritur: ſed ſenſim carne adauctum, à femoris quoq; magni proceſſus radice ipſius portio ita enaſcitur, ac ſi eius obliqui ductus gratia, duo principia obtinere non ineptè diceretur: ac unum quidem femoris ceruici, alterum uerò magno illius proceſſui ferendum eſſet acceptum. Muſculus hic obliqua & ampla regione hac enatus, deorſum deſcendit, femoris os adeò ambiens, ut duo ipſius latera in poſteriori femoris regione paulo minus toto ſint cōtigua. 5. & 6. & 7. tab. Π. 1. tab. t. 2. tab. ε. 3. 9. tab. 6. 4. tab. ψ. 8. tab. l. 10. & 11. tab. τ. 13. tab. ×. 13. tab. ∂. ℘. 16. tab. Q.

*Nonus*, ex ilium oſsis tuberculo in anteriori ipſius regione ſuper coxendicis oſsis acetabulum prominente. Ab hoc tuberculo principium nerueum acutumq; aſſumit, quod deorſum rectè in femoris anteriora deſcendens lacertæ muriſúe formam adipiſcitur carnea ſubſtantia auctus, & illi ſinui incumbens, quem ſeptimus muſculus cum octauo efformat. Hic priuſquam medium longitudinis femoris deſcendendo ſuperarit, arctior graciliorq; ſenſim efficitur, ut multo ſupra genu articulum in tendinem finiat utcunque amplum, ſed tenuem: qui rectà patellam accedens, in anteriori ipſius ſede denuò dilatatur, tendinibus ſeptimi & octaui muſculi permixtus. Ex tribus poſtremò enarratis muſculis, (uidelicet ex ſeptimo, octauo & nono) unus tendo conflatur, cui patellæ corpus uniuerſum innaſcitur. 4. tab. φ. 5. tabul. char. 5. 1. tabul. ſ. 3. tabul. α. 9. tabul. γ. 16. tab. P.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0070-5
DFG

29 *Muſculi* pedem mouentes ſunt 9. quorum

*Primus*, à radice interni femoris capitis unico enaſcitur principio, cuius ſuperior pars carnea lataq; eſt, & deorſum protenſa, paulò ſub genu articulo cum reliqua initij parte confunditur, quæ exactè neruea liuidaq; in exortu erat, & deorſum rectà per genu articuli poſteriora deſcendens, ualde carneum craſſumq; efformat muſculum, qui priuſquam ad medium tibiæ longitudinis pertingat, carnoſus eſſe deſinit, & ex ſuæ inferioris partis amplitudine tendinem latum educit, in cuius medium aliquandiu adhuc carnoſa muſculi pars porrigitur. Atque hic muſculus in interno latere poſterioris tibiæ ſedis diuiditur. 12.tab.Φ.1.tab.θ.2.tab.μ.3.tab.ξ.8.tab.p.9.tab.ι. 13.tab.τ.14.tab.n.16.tab.a.

*Secundus*, in externo latere conſiſtit, qui ſimiliter ac primus ab externo femoris capite enatus: deorſum fertur, omni ex parte primo muſculo ſimilis. Cum uerò utriq; hinc deorſum tendunt, non procul ab exortu ſeſe inuicem contingunt fibroſis nexibus hærentes: ut iam tendo, quem ſinguli producunt, unus omnino ſit. qui quidem tendo etſi in caudatis ſimijs aliter eſſe uideatur, quibus in poſteriorem calcis ſedem ualidiſsimè inſeritur: in hominibus uerò non multo ſub carnoſa muſculorum ſede, ſubiecto cuidam muſculo adnaſcitur, quem quartũ inter hos recẽſebimus. atq; hic connexus adeò eſt pertinax, ut nulla ratione tendinem hunc ad calcem uſque à ſubiecto muſculo dirimere queas. 12.tab.Ψ.1.tab.κ.2.tab.μ.4.tab.char.16.6.tab. char.9.9. tab. ζ.13. tab.τ. 14.tab.o.16.tab.b.

*Hi* tendinem unà cum quarto conſtituunt ualidiſsimũ: cuius gratia robuſtiſsimi pedis motus authores ſunt. Nam & facilè ſurſum in poſteriora trahunt, pedemq; terræ firmant, ſeu in poſteriora deorſum reflectunt.

*Tertius*, ab externo femoris capite teres enaſcitur, carneus gracilisque, qui exinde dilateſcens, exacti muſculi uentrem utcunq; craſsiuſculum refert. Verùm mox ſub poplite uenter iſte gracileſcens, ſummè gracilem tenuemque educit tendinem, qui ſenſim obliquè deorſum prorepit, quouſque ad internum duorum primorum muſculorum tendinis latus elabatur. *Hinc enim deorſum* ad internum uſque calcis latus fertur, iuxta poſteriorem calcis *ſedem ipſi implantatus. Huius etenim* munus eſt. 13.tab.Φ.1.tab.ι.2.tabul.ν.3.tabul.τ. 8.tabul.ſ. 9.tab.μ.12. tabul.ω.14. tabul.n.16. tabul.c.

*Duobus* ſuperioribus his in internum latus, obliquo motu ſuppetias ferre.

*Quartus*, horum omnium maximus, poſteriorem tibiæ regionem ſua amplitudine occupat. Enaſcitur enim ex poſteriori ſede coarticulationis fibulæ ad tibiam nerueo & ualido initio, quod deorſum modicè ductum adeò dilateſcit, ut latitudinem tibiæ oſsis & fibulæ uincat. Hinc ex amplo ſenſim arctatur, & paulò ſupra calcis regionem in ualidiſsimum & craſſum degenerat tendinem, non ſolùm ab ipſo formatum, ſed etiam à primi & ſecundi muſculi tendinis concurſu. 13. tab.Ψ.1. tab.κ.2.tab.ξ.3.tab.s.8.tab.t.14 tab.q.

*Quintus*, in poſteriori etiam tibiæ ſede locatus, ſub duobus muſculis digitorum pedis flexui famulantibus, occultatur. Ipſe enim à tibiæ oſſe & fibulæ, qua hæc oſſa inuicem dehiſcere incipiunt, exoritur, carneus latusq; euadens. Ex ſe enim tandem tendinem profert, qui deorſum perreptãs, ſub omnibus muſculis inferiorem pedis ſedem occupantibus, tantiſper prorepit, dum in inferiorem tarſi oſsis ſedem ualidè inſeratur.

*Hi* eundẽ præſtant pedis motui uſum, quem primus & ſecundus præſtare ſuperius diximus. 15. tab.D. E. c.1 tab.μ. 2.tab. ξ.3. tab.φ. 8. tab.χ. 14.tab. κ.16. tabul.f.

*Sextus, in anteriori tibiæ ſede locatus, enaſcitur ab anteriori ſede coarticulationis fibulæ cum tibiæ* oſſe. Priuſquam uerò *medium longitudinis tibiæ ſuperat, ſenſim arctatur, & multò ſupra pe*dem in teretem finit tendinem, qui deorſum per tibiæ oſsis anteriora prorepens, primò in tranſuerſum ligamentum à tibiæ oſſe in fibulam pronatum ſubit, ac deinde tantiſper uehitur, quouſque ad iuternum latus pedij oſsis pertingat, quod pollici præponitur. 3 tab.Ψ.1.tab.Ζ.2.tab.φ. 4.tab.char.4.t.16.tab g.

*Septimus*, à fibula principium ducit, eiusque externo ferè lateri attenditur adeò, ut neque inter tibiæ muſculos anteriores, neque poſteriores recenſeri deberet. Eius etenim principium fibulæ connatum ab ipſa abſcedit, ſibi ſubſtratum obtinens octaui muſculi pedem mouentium caput. Cum igitur à fibula abſcedit, externa ipſius parte liuidos, interna uerò rubicundus uiſitur. Vbi uerò digno natu interuallo medium longitudinis fibulæ ſuperauit, teretem procreat tendinem, qui poſteriorem inferioris fibulæ appendicis ſedem adit, ac inde deorſum in priora uerſus pedis plantam ducitur, adeò ſanè inflexus, ut in radicem pedij oſsis iuſeratur, quod pollici præiacet: quanquam aliquando in radicem pedij oſsis medium digitum ſuffulcientis inſertus tandem uideatur. 6.tab.Φ.1.tab.ζ 2.tab.χ.3.tabul.λ.4.tab.char.17.5.tab.char. 8.8. tabul.*.9.tabul.π. 14.tabul.Ψ.15.tabul.V.

*Octauus*, qui ſub ſeptimo prorſus (ſi tendinis ipſius exteriorem ſedem excipias) reconditur, ex fibula quoque totus prodit. Aliquantulo enim ſub fibulæ ſuperiori appendice ab externo ipſius fibulæ latere uerſus anteriora nonnihil enaſcitur, & ad amuſsim carneus fibulæque ſemper attenſus, ſub ſeptimo deorſum prorepit, quouſque in teretem tendinem euadat, qui in priora deſcendens proceſſui oſsis pedij, bicornis effectus, duplici inſertione implantatur, quod teſſeram referenti oſsi ad nexum paruum pedis digitum ſuſtinet. 2.tab.Ψ.4.tab.char.15.5.tab.char.9. 6.tabul. Ψ.9.tabul.θ.13.tab.ν.14.tab.l.m.15.tab.a.ſub V.

*Nonus*, etſi per ſe muſculus dici queat non ineptè tamen alterius muſculi pars appellari poteſt. A muſculo enim, qui in anteriori tibiæ ſede locatus, quatuor pedis digitos extendit, carnoſa quædam portio iuxta mediam tibiæ longitudinis ab externo ipſius latere enaſcitur. Quæ deorſum ducta in tendinem degenerat, qui tranſuerſum anterioris tibiæ ſedis ligamentum ſubit, & ſuperiori pedis regioni exporrectus, in duas bipartitur portiunculas, quas oſsi pedij paruum digitum ſuffulcienti inſerit. 4.tab.Ω.1.tab.ζ.2.tab.iuxta ω.5.tab.char. & 9.tab.κ.

*Contrarij* motus, cũ ſimul tenduntur, ſunt duces. Pedẽ enim ſurſum ad tibiæ anteriora flectũt, motu ſanè nõ æquè atq; poſteriores digno & ualido. Si uerò alternatim cũ poſteriorẽ tibiæ ſedẽ occupantibus muſculis contrahuntur, in hoc illud ue latus pedẽ agent, atq; qui ita flexionis extẽſionisq; ſunt authores, etiã motus in latera appoſitiſsimè obeũt.

Muſculi pedis digitos mouentes ſunt 22. quorum

*Primus*, ab inferna calcis oſsis ſede, & anteriori illius calcis tuberculi parte, quod terræ innititur, principium ducit. Quum uerò mediam pedis longitudinem ad digitos repens ſuperauit, in quatuor carnoſas diuiditur portiunculas, quæ inuicē diductæ, unicum ſingulæ producunt tendinem ad ſibi præpoſitum digitum excurrentem. Huius beneficio ſecundum quatuor digitorum flectimus articulum, eum quàm poſsimus proximè ad calcem recta linea protrahentes. 14. tab. Θ.

*Secundus*, à poſteriori ſede connexus fibulæ ad tibiam enaſcitur, ſtatim ab ortu carnoſus latuſq́; uerſus tibiæ extremum prorepit, ac inde ad infimam ſedem tibiæ deſcendens, ab interno ipſius latere teretē edit tendinem, qui pedis inferiora obliquè ſubiens, inter illos, qui quatuor digitos pollici adducunt, & eos, qui primum digitorum articulum flectunt, prorepens, ad pollicem contendit. Verùm ad plantæ ferè medium in duas deriuatur partes, quarum

- *Minor*, unà cum aliquot tertij muſculi tendinibus cōmittitur, & cum illis ad tertij indicis, & quaſi ad medij quoq; digiti articuli flexionem auxiliatur.
- *Maior*, quæ ualidiſsima exiſtit, ad pollicē (ut diximus) obliquè perfertur, & in eius ſecundi internodij longitudinem lata inſertione implantatur, & eius internodij flexionis eſt author.

14. tabula Λ. 15. tabula O.

*Tertius*, pari ratione cum ſecundo digitorum muſculo in poſteriori tibiæ ſede exporrigitur, ad internum magis latus, quàm ſecundus, reſpiciens. Quum autem ad calcem ferè deſcendit, ab interno ipſius latere teretem promit tendinem, qui pedis inferiora ſubiens, ſecundi muſculi tendini ad X literæ imaginem ſubijcitur, dilataturq́; deinde, & in quatuor alios digeritur tendines, ſinguli ad unum quatuor digitorū excurrentes, illiſq́; manus tendinibus reſpondentes, qui tertium quatuor digitorum articulum inflectunt. 14. tab. Ξ. 15. tab. P.

*Quartus*, quintus, ſextus, ſeptimus, & cæteri ad decimumtertium uſq; in homine illis ferè reſpondent, qui in extrema manu inter poſtbrachialis oſſa conduntur. Verùm in pede non ita exactè diſtingui queunt. Nam rudis indigeſtaque moles in planta conſpicitur, quæ ad amuſsim carnea eſt, & fibris rectis interſtincta. deinde ſecundum longitudinem ducta in quinq; digitorum radicem implantatur, utrinq; ad primi internodij latus uerſus interiora inſertionem tentans. Hanc ſanè carneam molem in muſculos proprios, quemadmodum in manu, ſubdiuidere nequeo. Verùm utcunq; ſit, nō minus quàm in manu, muſculis imaginem, hîc decem muſculos, quinque digitorum primis articulis inflexione famulantes enumerare cenſuimus, ut bini ad ſingulos digitos referantur, atque hi tribus reliquis flexionis authoribus adſcribantur. 15. tabul. L. c.

*Decimusquartus*, ab oſſe tibiæ, qua fibulæ ſub genu articulo conuertitur, nerueum aſſumit principium, quod illicò ab exortu recto tramite deorſum uerſus pedem deſcendit, tantiſperq́; progreditur dum tranſuerſum ligamentum à tibia in fibulam pronatum contingat. Ibidem enim in tendinem degenerat, qui per id ligamentum ueluti per annulum prorepit, ac prius ligamentum prætergreditur: in quatuor alios ſcinditur tendines, qui per pedis ſuperiora æquales angulos conſtituentes, ad quatuor digitos pertingunt, ac toti illorum longitudini ampliores redditi inſeruntur, & ſimul tres illorum articulos extendunt. 4. tab. Υ. 1. tab. α. 2. tab. ω. 3 tab. ν. 5. tab. Ω.

*Decimusquintus*, ab externo tibię oſsis latere, ubi membraneū ligamentū tota tibię longitudine fibulam tibię oſsi colligās, ab ipſa educitur, exoritur. Hinc deorſum protenſus, anteriorē tibiæ oſsis ſedē adit, ac in tendinē finiens, & per pedis ſuperiora ad pollicem prorepens, toti ipſius longitudini inſeritur. Cuius beneficio pollex ipſe in neutrum latus inſigniter uergens extenditur. 5. tab. Φ. 1. tab. Ψ. 2. tab. Θ. 3. tab. μ. 4. tab. char. 14. 5. tab. char. 7.

*Decimusſextus*, tanquam ampla moles carnea iuxta latus tali, ubi calcis oſsi os teſſerā referens, coarticulatur, à quibuſdā ibi ligamētis enaſcitur, quę antrorſum obliquè uerſus digitos porrecta, in quatuor tantùm carnoſas dirimitur partes, quæ ſingulæ ex ſe teretē efformant tendinem, quorum

- *Primus*, qui initimus eſt, pollicis externo lateri uerſus ſuperiora inſeritur.
- *Secundus*, indicis externo lateri implantatur.
- *Tertius* uerò medij digiti proprius eſt.
- *Quartus*, annularis exiſtit.

Horū beneficio quatuor digiti illis donati in externū latus abducuntur.

*Num* uerò huiuſmodi carneum corpus unus ſit tantùm muſculus uel quatuor, cum quatuor proferat tendines, non uehementer inſtandum arbitror. Verùm ex Galeni ſententia, duo hîc eſſent muſculi, ſi ſimiæ ad hominē recta fieret comparatio. 5. tab. Ψ. 6. tabul. Ω. 2. tab. α. 5. tab. char. 17. 7. tab. δ.

*Decimusſeptimus*, in interno pedis latere reponitur, inſignis utcunque, & ab externo latere calcis oſsis enaſcitur. Priuſquam uerò ad primum parui digiti articulum pertingat, in teretem finit tendinem, externo lateri primi illius oſsis inſertum. 2. tab. Π. 9. tab. λ. 12. tab. s.

*Decimusoctauus*, interno pedis lateri, ſecundum totam ipſius longitudinem protenditur. A ligamentis enim calcem talo connectentibus nerueum aſſumit principium, quo tandem craſsius carnoſiuſq́; effectum, in teretem degenerit tendinem, externo lateri prioris pollicis articuli implantatum. Cuius beneficio pollex ipſe introrſum à cæteris digitis abpucitur. 1. & 3. tab. ξ. 2. tab. τ. 6. tab. χ. 7. tab. ι. 13. tab. ς. 14. tab. t.

*In ſimijs adhuc unus eſt muſculus, à pedij oſſe indici præpoſito in pollicem pronatus, ac illum indici proximè quàm poteſt admouens.*

*Decimusnonus*, uigeſimus, uigeſimus primus & ſecundus, à ligamentis oſſa tarſi poſterioribus pedis oſsibus in planta colligantibus, tanquā in unum corpus enaſcuntur. Quod poſtea in 4. graciles diducitur muſculos, qui interno quoq; lateri quatuor digitorum inſeruntur. 14. tab. λ. μ. 15. tab. N.

S*i carneam hanc molem quatuor muſculorum loco habueris, omnes pedis digitorum muſculi duo erunt & uiginti: ſi uerò unius loco, tantùm erunt decem & nouem.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0072-7

# De Cute, & cuticula.

**XI.** *Cutis* eſt omnium corporis partium tegumentum, Græcis *δέρμα* dicitur. Huius differentiæ ſumuntur à

- *Subſtantia.* Eſt enim cutis ueluti ſanguine præditus neruus, ac inter neruum carnemq́; quiddam planè medium perinde, ac ſi ex mixtis utriſque conſtitueretur. Cæterùm neruus omnis exanguis eſt & frigidus, caro multo ſanguine prædita calidaque. Media inter utrunque eſt cutis, nec planè exanguis ut neruus, nec ſanguine abundans ut caro.
- *Connexus.* Nam uariè ſubiectis partibus adhæret. Secus enim adhæret in
  - *Vola* manus & pedis planta.
  - *Fronte.*
  - *Labris.*
  - *Palpebris.*
  - *Auribus, &c.*
- *Neruorum* copia. Neruorum namque fibræ porriguntur
  - *Plurimæ*: ut cuti manuum.
  - *Pauciſſimæ*: ut uerticis cuti.
- *Mollitie.* Nam
  - *Mollior* eſt faciei.
  - *Durior* pedum eſt.
- *Motu.* Nam cutis alia
  - *Verſatilis*: ut tota corporis cutis.
  - *Immobilis*: ut uolæ & plantæ.
- *Pilis.* Alia namque
  - *Piloſa*: ut uerticis, axillarum, pudendorum, menti in uiris.
  - *Pilis* expers: ut uolæ manus & plantæ pedum, &c.
- *Foraminibus.* Alia namque
  - *Perforata*: ut in palpebris, naſo, auribus, ore, ano, &c.
  - *Contigua*: ut in uola manus.

CVTICVLA *eſt extima ſuperficies ſeu effloreſcentia quædam, Græcis ἐπιδερμὶς, quaſi ſumma cuticula dicitur, quæ ſenſus eſt expers. Hæc ſi aliquando attritu in ſcabie, aut in uulneribus ex unguentorum applicatione, aut ignis admotione, aut feruentis aquæ infuſione, aut ex longo itinere auferatur, & interdum ueſiculæ ac papulæ inſtar à cute abſcedat, promptiſſimè renaſcitur.*

# De Vnguium conſtructione.

**XII.** *Vngues*, ὄνυχες Græcis dicuntur. Horum

- *Generatio.* Excremento tendinum in radices unguium deſinentium generantur, ideò continuè creſcunt, quamuis iam totum corpus augeri deſierit, etiam mortuo homine. Augentur autem tunc, non ut aliæ partes, in longum & latum & profundum: ſed pilorum modo in longum ſolum ſubnaſcentibus alijs ſemper unguibus nouis, & antiquos propellentibus, &c.
- *Subſtantia,* figura & uſus. Sunt autem mediocriter duri, digitorum ſummitatibus æquales, rotundi undique: tales facti ad apprehenſionem & collectionem paruorum & durorum corporum.

# De Pilorum conſtructione.

**XIII.** *Pili* Græcis τρίχες dicuntur, quorum

- *Generatio.* Ex fuliginoſo & craſsiore excremento tertiæ concoctionis generantur.
- *Vſus.* Conferunt ad
  - *Partes* operiendas.
  - *Partes* ornandas.
  - *Craſsiora* excrementa conſumenda.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0073-2

# De Inſtrumentalium capitis partium conſtructione, in genere et ſpecie.

- XIIII. *Partium* ſimilariũ corporis internarum & exteriorum ſtructura hactenus ſub oculis poſita eſt: nunc de organicis ſeu inſtrumẽtalibus agendũ, ſumpto initio à capite, quod ſenſuũ omniũ, mentis atq; rationis capax, motionum omnium principiũ, & cæterarum partium, quæ ſubſunt atq; parent, dux & rector: cuius differentiæ in
  - *Genere*: ſumuntur à
    - *Cauſis*
      - *Internis*: uidelicet
        - *Materia*. Sic caput cerebri domus eſt, undiq; oſſe, carne, neruoq; contextum, cute deſiccata circa os, quam undiq; calor naturalis pupugit & uias aperuit, unde uiſcoſum humorem extrà productum, & in longum paulatim extenſum punctionibus æqualem reddens, in tenuitatem capillamenti explicauit, ac ſub cute reuolutus humor radices egit. His igitur cauſis capilli in cute nati ſunt, qui propter coagulationem à frigido ſtatim factã duriores cute atq; denſiores ſunt. Tegmen uerò ipſum ad cerebri tutelam compoſitum eſt, caluariaq; ipſa cerebrum circumſepſit, &c.
        - *Forma*. Sic capitis forma
          - *Naturalis*, ad oblongæ ſphæræ ſimilitudinem ſtructa eſt, priorẽ poſterioremq; ſui partẽ prominentiorẽ obtinẽs.
          - *Præter* naturam acuminata eſt, &c.
      - *Externis*, ſiue ſcilicet ſeu uſu.
        - *Sic* caput, mediante cerebro ſenſum & motũ in totum corpus fundit, &c.
    - *Accidẽtibus*: uidelicet
      - *Quantitate*. Sic caput
        - *Magnum*, cum ceruice
          - *Valida*, bonum.
          - *Gracili*, non bonum.
        - *Paruum*, quod omni ex parte repudiatur.
        - *Mediocre*, cuius magnitudo collo proportione æquatur.
      - *Loco*. Sic caput ſuperiorem obtinet ſitum: quo mundi uniuerſi habitum referret, ubi mens illa diuina habetur. At reliqua animalia grauiora, caput in terram depreſſum habent, &c.
  - *Specie*, ſunt uel partiũ
    - *Externarum*: ex quarum numero ſunt
      - *Frons*, quæ eſt anterior pars, pilis uacua, ſupercilia excedens.
      - *Sinciput* ſuprà fronte, capillis intectum.
      - *Occiput*, poſteriorem capitis partem occupat, ad tendines uſque.
      - *Vertex*, inter occiput & ſinciput medius eſt.
      - *Tempora*, inter utrumlibet oculum & aures poſita ſunt.
      - *Ceruix*, caput excipit, cuius poſteriores partes tendines appellantur.
      - *Supercilia*, ſunt ubi frons à ſuperioribus deſcendens, definit.
      - *Aures*, ubi tempora ceſſant, emergũt: quarũ partes ſunt
        - *Ala*, quæ eſt pars earum aperta, refracta ab anteriori in poſterius ipſis ſummitatibus inflexis cubiformis, ſub qua ſemicirculus rotundus in mucronem exurgens, Græcè Xyſter appellatur.
        - *Conchula*, cauum eſt ipſius auris.
        - *Meatus* auditorius, foramen eſt in conchulæ medio.
      - *Oculi*, ſupercilijs ſubiacent, quorum partes ſunt
        - *Album*, inter ambos angulos contentum.
        - *Circulus*, iris uocatur, pupillam ambiens.
        - *Pupilla*, circuli medium uiſum miniſtrans.
      - *Palpebræ*, quæ ſuperius inferiusq; oculum contegũt. Harum partes ſunt
        - *Tarſi*, qui palpebrarum ſunt extremitates, à quibus pili oriuntur.
        - *Cilia*, pili dicuntur, à tarſis emergentes.
        - *Anguli* interioris oculi termini dicuntur, ubi palpebræ coaleſcunt, quorum
          - *Alter*, ſcilicet maior, iuxta naſum ſitus eſt.
          - *Alter*, ſcilicet minor, iuxta tempora exiſtit.
      - *Naſus*, oculis interiacet, cuius partes ſunt
        - *Nares*, utrinque ſitæ, quibus animalia reſpirant.
        - *Pinnulæ*, ſiue alæ, exterius apparentes.
        - *Interſeptum*, quod nares diſcriminat.
      - *Concaua*, dicuntur partes inter naſum & malas ſitæ.
      - *Malæ*, quæ priſcis etiam genæ dicuntur, inter naſum & aures eminent.
      - *Mentum*, totum illud eſt, quod labro inferiori ſubiacet.
      - Μύσαξ Græcè, pars illa uocatur, quæ ſuperiori labro ſtatim ſub naſo exiſtit.
      - *Os*, quod intra labra deſcribitur, & ab eis conſtituitur & continetur.
    - *Interiorum*. Vide in ſequentibus ſignum A.

**A. Partium capitis interiorũ differentię ſunt aut**

- *Principiũ*, ut Cerebrũ, quod Græci à ſitu ἐγκέφαλον appellant, animę rationatricis domicilium eſt, neruorũ & ſenſus omnis, motusq; uoluntarij principiũ. Natura huius medulloſa, alba & mollis eſt, in gyros quaſi circũuoluta, tenuium inteſtinorũ inſtar, tum leuitatis gratia, tũ ut facilius moueatur: caluariam totam implet undiq;, ut nulla eius pars ſit uacua. Hocq; diuiditur uel ratione
  - *Totius*: & ſic diuiditur in cerebrũ
    - *Anterius* (lib. 7. 3. fig. A. A. & B. B. atq; hoc uel in partem
      - *Dextram*. Vide lib. 7. 3. fig. A. A. 12. fig. A. A. & 13. fig. A, A.
      - *Siniſtram*. 3. fig. & 12 fig. & 13. fig. B. B.
    - *Poſterius*, Cerebellum, Græcis παρεγκέφαλις appellatur, cerebro à tergo adiacet, aliquatenus eo occultatum, duplici quoq; membrana ueſtitum, dura & molli, ſubſtantia duriore, quàm cerebrum, non ex anfractibus flexuoſis & magnis, tenui membrana inuolutis, ſed multis quidem; iisq; admodum paruis & æqualibus, non tamen ſimili illis modo conſtat. fig. 8. R. R.
  - *Partium* eiuſdẽ: quę uel
    - *Extrinſecæ*: atq; hæ uel
      - *Extra* caluariam. Περικρανία, membrana eſt caluariam contegens.
      - *Intra* caluariam, nempe membrana
        - *Craſſa*, uulgò dura mater appellatur, quæ contra caluariæ excurſus propugnaculum cerebri magis, quàm uelamen exiſtit. fig. 1. A. A. B. B. 3. fig. P. P.
        - *Tenuis*, quæ pia dicitur mater, & introrſus uerſus cerebrum ſpectat. hęc magis quã exterior ſentit. 2. fig. E. E. 3. fi. O. O.
    - *Intrinſecæ*: ſunt
      - *Corpus* calloſum in medio cerebri uiſitur, ſi cerebri dextrũ ſiniſtrumq; & baſis cerebri medium in humiliori ipſius ſede, & elatiſsimam cerebri in uertice regionẽ ſpęctes. In conſpectũ autem ueniet ſecantibus, leuiter dextra cerebri parte à ſiniſtra manibus dirempta. Huius interuentu dextra cerebri pars ſiniſtræ cõtinuatur, deinde dextri & ſiniſtri cerebri uentriculorũ ſeptum producit, atq; id etiã ſubleuat, ac demum eius ſepti interuentu attollit fulcitq; teſtudinis inſtar effigiatum corpus, &c. 3. fig. L. L.
      - *Ventriculi*. 4. quorũ
        - *Tres* habentur in cerebro: nẽpe
          - *Dexter* (4. 5 fig. L. L. 6. fig. D. D.) & Siniſter (4. & 5 fig. M. M. & 6. fig. E. E.) inter quos ſeptũ quoddam exiſtit, dextrum uentriculũ à ſiniſtro diſterminans. Inſpirationem & expirationem, efflationemq; ex cerebro efficiunt, ac ſpiritum animalem conficiunt, præparantq; cerebro. Infernis ſuis partibus duos canales ad nares mittunt, inſpirationis, olfactus, & ſuperfluorum cerebri purgandorũ gratia. Suntq; hi imaginationi dicati.
          - *Medius* ſiue communis, ſiue tertius, qui nihil aliud eſt quàm dextri & ſiniſtri uentriculorũ deſcenſus concurſusq;. Hic ſpiritum ex anterioribus uentriculis excipiens, cerebello tranſmittit, & cogitationi dicatus. 6. fig. ſub H. I. 7. & 8. fig. H.
        - *Vnus* in cerebello habetur, ex dorſalis medullę & cerebelli finib. cõponitur, ſpiritum animalẽ antè in uentriculis anteriorib. elaboratum tranſumens. Is autẽ uentriculus omnium minim⁹ eſt, & memoriæ dicatus. 9. fig. L. 10. fig. L. M. N. O. 11. fig. E.
      - *Fornix*, Græcis καμάριον καὶ ψαλλοειδές, particula eſt in fornicis modum conflata, incumbens uentriculo, 4. fig. L. M. 5. fig. S. T. V. 6. fig. B. C.
      - *Conarium*, particula eſt glanduloſa, pini nucem refert, fornici iuxta ortũ incumbit: firmamentum uaſorum exhibet. 7. fig. L. 8. fig. M. 10. fig. D.
      - *Nates* & teſtes, Græcis γλουτία, ſunt corpora rotunda, in utraq; parte illius medij uentriculi, teſticulorum figurã referentes. 7. fig. M. N. 8. fig. N. O. P. Q. 10. fig. E. G. & F. H.
      - *Vermiformis*, cerebri meatui ſuperiacet, circumſcriptionẽ obtinet figurà uermi in lignis naſcenti ſimilem, totum meatum contegit. Craſſa eſt & implicata, uermis modo, cum meatum ut ſpiritus ingrediatur, ad cerebellũ aperit: gracilis & explicata cũ ſpiritu intromiſſo eundem claudit. 11. fig. C. D. & c. d. ac deinde ex H. I. & 8. fig. R. L. & 9. fig. C. E.
      - *Meatus* cerebrum expurgantes. 7. & 8. fig. I. & 8. fig. K.
      - *Infundibulum*, labrum ſiue peluis, Græcis χοάνη, quod ſuprà amplum, infrà in anguſtum deſinit. 15. fig E. F. 16. fig. B.
      - *Glandula*, locatur ſub dura cerebri membrana, in proprio ipſi in oſſe cuneũ imitante exculpto ſinu. Excrementa tranſcolat, & ne ſtatim ex choana excidant, per palati foramina, inhibet 16. fig. A.
      - *Plexus*, quos Græci χοροειδεῖς uocant, in anterioribus cerebri uentriculis apparent, ſecundarum modo efformati, 4. & 5. fig. ad O. O. 6 fig. ad M. N.
- *Minus* principiũ: ex quorũ numero ſunt
  - *Oculi*, qui conſtant
    - *Neruis*, de quibus ſuprà in tab. neruorum cerebri.
    - *Tunicis*, de his ſuprà in tab. mem. capitis.
    - *Humoribus*, qui ſunt
      - *Vitreus*, qui inter retinam tunicam & humorem cryſtallinum reſidet, Græcis ὑαλοειδής. fig. oculi. 1. C. 4. 5 6. fig.
      - *Cryſtallinus*, inter uitreum & araneam tunicam locum habet, à quo uidendi facultas eſt. κρυσταλλοειδής. 1. fig. A. 2. & 3. fig.
      - *Albugineus*, inter ſecundinæ & retinæ partem in totũ ſpacium, quod araneã ab uuea diſſecat, diffunditur, ὑδατοειδής Græcis dicitur, 1. fig. O. O. 7. fig.
  - *Os*, cuius partes ſunt
    - *Lingua*, locutionis inſtrumentum eſt.
    - *Palatum*, totius oris tectum, Græcis οὐρανὸς dicitur.
    - *Gingiuæ*, quæ dentibus baſim conficiunt, ſuperius, inferiusq; in ore habentur.

# De Inſtrumentalium thoracis partium conſtructione, in genere et ſpecie.

**XV.** *Thorax* totũ id dicitur, quod à coſtis utrinq; circũſcribitur, cuiusdifferentiæ in

- *Genere*: ſumuntur à
  - *Cauſis*
    - *Internis*: uidelicet
      - *Materia*. Sic thorax corpus eſt compoſitum ex dextris ſiniſtrisq; coſtis: in priora autem duobus ex oſsibus conſtans, quorum unum στῆθος, alterum στέρνον Græci uocant. à tergo duodecim ſpinæ uertebris, quæ unà cum pectore deſinunt: inter ſeſe autem uertebræ utrinq; coſtarum compagibus. Sternon quidem, os ſupra mammas uocant: quod infra eſt, ſtethos. Superius quidem iugulis & collo terminatur, ab inferioribus tranſuerſo ſepto.
      - *Forma*. Sic thorax cauitatem habet intus, ac quidem in parte
        - *Superiori*, anguſtiorem ac uelut in acutum deſinentem.
        - *Inferiori*, latiorem, &c.
    - *Externis*: uidelicet fine, ſeu uſu. Sic Thorax
      - *Vitales* partes in ſe continet.
      - *Spiritus* eſt inſtrumentum.
      - *Cordis* calorem refrigerat.
      - *Aeream* ſubſtantiam, quæ continuò diffluit, reſtituit.
      - *Calorem* innatum recreat.
      - *Fuliginoſa* excrementa propellit. &c.
  - *Accidentibus*: uidelicet
    - *Quantitate*. Sic thorax
      - *Latus*.
      - *Anguſtus*, &c.
    - *Loco*. Sic thorax inter caput & uentrem poſitus eſt.
- *Specie*: ſunt uel partiũ
  - *Exteriorum*: ex quorũ numero ſunt
    - *Humeri*, ſub ceruice utrinq; prominent, quorum uerticem ἀκρώμιον Græci nominant, quaſi ſummum humerum.
    - *Clauiculæ*, quæ à ſummis humeris uergunt.
    - *Iuguli*, inter clauiculas habentur.
    - *Mammæ*, ſitæ ſunt in media thoracis regione, ſubſtantia glanduloſæ, uenis & arterijs intertextæ: alimentum fœtui ſubminiſtrant. Vide in 20. fig. uentris. C. D. D.
    - *Coſtæ*, ſub clauiculis & brachijs utrinq; ſunt, de quibus ſuprà in partib. ſimilaribus egimus.
    - *Latus*, utraque coſtarum regio dicitur.
    - *Pectus*, in medio coſtarum locum habet.
    - Στέρνον Græcis dicitur dimidij oſsis pectoris pars, uſque ad cartilaginem, ſub qua uentriculi os delitèſcit.
  - *Interiorum*
    - *Principum*: ut Cor. Hoc in pectore medio ſedem ſibi aſciſcit, in quo uitalis facultas continetur, Græcis καρδία (lib. 6. 3. fig. C. D. E. F. G.) Cor pyramidalis figuræ uiſitur, & nuci pineæ non admodũ eſt abſimile: ex baſi (4. fig. C. D. 6. fig. A. B.) nimirum latiori (in 4. fig. E. 6. fig. C.) mucronem paulo quàm nucis pineæ acutiorem ſenſim deſinens: eſtque multo longius quàm craſsius. Tota exterior ſuperficies à baſi ad mucronis uſque extremum impensè leuis cernitur, nulli prorſus parti connata. Baſis propter uaſorum egreſſus inæqualis utcunque uiſitur. dextræ enim ipſius ſedi (4. fig. I. 5 fig. B.) dextra auricula ſimul cum (4. fig. F. 5. fig. C.) uena caua, & (4. fig. G. 6. fig. I.) arteriali uena committitur, in ſiniſtra autẽ ſede (6. fig. E.) læuam habet auriculam, & præter (6. fig. G.) arteriam uenalem (6. fig. O.) magnæ quoque arteriæ initium. Cæterùm cordis caro dura eſt, & ægrè patibilis (7. fig. O. O.) ex triplici fibrarum (7. fig. N. N.) genere. In corde duo habentur uentriculi, quorum
      - *Dexter* (7. & 8. fig. & G. G. in 11. fig.) qui ſanguineus appellatur, in quẽ uena caua (5. fig. C. D. E.) ingreditur, & uena arterioſa (7. fig. I.) egreditur, quæ in pulmonẽ diſpergitur, ſanguinem elaboratum conferens.
      - *Siniſter* (9. & 10. fig. & H. H. in 11. figur.) qui caloris natiui fons eſt, & ſpirituoſus appellatur, arteria uenoſa (6. fig. G.) quæ ex pulmone aerem cordi defert, fuliginoſaq; ipſius recrementa educit, inſeritur. Inde prodit magna arteria (6. fig. O. 10. fig. A.) omniũ aliarũ origo.

      CAETERV`M *iam dictis quatuor cordis orificijs undecim membranulæ adnaſcuntur, tres in orificio uenæ cauæ (7. fig. K. L. M.) foris intro pertinentes, craſsitie, robore ac magnitudine inſignes: tres in orificio uenæ arterioſæ (fig. 8. E. F. G.) intus foras ſpectantes, tres in orificio magnæ arteriæ (fig. 10. B. C. D.) intus foras etiam ſpectantes: duæ in orificio arteriæ uenoſæ (9. fig. E. F.) foris intro pertinentes.*

      PORRO` *cor utraq; ad baſim ipſius parte auriculas habet ſingulas, ad auriũ propriè dictarum ſimilitudinem. Circa dextram (4. fig. I. 5. fig. B.) auriculam uenæ cauæ ramus inſignis, in dextrum cordis ſinum inſinuatur, inde in pulmonem diſpergitur, ſanguinem elaboratum conferens. Circa ſiniſtram (6. fig. F. 4. fig. K. 9. fig. I. 10. fig. L.) auriculam, arteria uenoſa ex pulmone aerem cordi defert.*
    - *Minus* principum. Vide in ſequentibus ſignum A.

A. Par-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0076-0
DFG

**A. *Partes* thoracis interiores minus principes, ſunt**

- *Capſula* cordis, ſeu inuolucrum cordis, Græcè Περικάρδιον (3. fig. B, C, D, E, F, G, e. 4. fig. A, B, B.) ex baſi ipſius cordis amplum ualdè exoriens, pòſt autem paulatim coarctans ſeſe, modo quo cor ipſum in quandam coni acutiem deſinit, oſsi pectoris adnexum. Diſtat ab ipſo corde undiq; plurimùm, tantum intus inter ſeipſum & cor ſpacij circumſcribens, quantum cordi dilatato ſuſcipiendo ſatis erat. Cum autem contacturum eſſet oſſa thoracis, quæ dura ſunt, & pulmonem, uiſcus omnium molliſsimum, ut poſitionem inter illa duo contraria, ita corporis etiam ſubſtantiã inter duo extrema mediam adeptum eſt: tanto enim oſſe eſt mollius, quanto pulmone durius. In hoc pericardio humor ſeroſus colligitur, aliquando tam multus, ut cordis palpitationem excitet.
- *Pulmo*, Græcis Πνεύμων dicitur, uocis & reſpirationis inſtrumentũ, inter fauces & cor medius quaſi ſpiritus promptuarium ſtatuitur, fibris quatuor (13. fig. B, C, D, E.) uel quibuſdam quinq; cordi circumdatus eſt, tribus in dextra ipſius parte, duabus in ſiniſtra: quarum formam clarius deprehendes, ſi ſpecillum illis inſeras, ac per aſperam arteriam inflaueris. Caro ipſius lenis, rara, carnoſa, & ueluti ex ſpuma quadam ſanguinea cõcreta, aeria, ſpirituq; plena, quæ ut cor ipſi alimentum ſubtile, leue, uaporoſum purumq; præparet: ita aerem extrinſecus aſſumptum cordi immutat, alteratq;, uaſis compluribus retis modo intertexta: uena arterioſa ex dextro cordis ſinu, arteria uenoſa ex ſiniſtro, aſpera ex pharynge. quæ primùm omnia ſimili modo in duos diuaricantur ramos: quorum hic dextram pulmonis, ille ſiniſtram perreptat. Deinde uterq; rurſus bifariam ſcinditur, partim in ſuperiorem, partim in inferiorem regionẽ. Poſtremò multiplices in quatuor fibras mittit propagines. Cæterùm pulmo aerem attrahit dum à thorace dilatatur. Quum ſubmittitur, aeris ſuperfluum & recrementa cordis propellit. Porrò fibras omnes ambit extrinſecus mẽbrana quædam tenuis. Vide lib. 6. 1. fig. R, S, T, V. 2. fig. N, O, P, Q. 3. fig. L, M, N, O. 4. fig. M, N, O, P. 5. fig. i, k, l, m. 12. fig. E, F, G, H. 13. fig. B, C, D, E.
- *Aſpera* arteria, uas eſt inane ac uacuum ſanguine, quando ſecundum naturam ſe habet animal, cartilaginoſum, rotundum, uocis ac reſpirationis eſt particula. Vide fig. Aſperæ arteriæ.
- *Oeſophagus*, ſub aſpera arteria deorſum recta per ſpinam defertur, rotundus, duabus tunicis conſtans, communis uia; quæ ab ore fert ad uentriculum, 12. fig. A, A. Vide in 14. & 15. Ventris A, B, C.

# De Inſtrumentalium uentris partium conſtructione in genere, & ſpecie.

**XVI. *Venter* nutritionis inſtrumẽta in ſe cõtinet: cuius differentiæ in**

- *Genere*: ſumuntur à
  - *Cauſis*
    - *Internis*. Sic uenter naturales partes in ſe continet. Eſt à diaphragmate uſq; ad os pubis.
    - *Externis*: ui delicet fine ſeu uſu. Sic uenter
      - *Naturæ* officina eſt.
      - *Cibi* & potus / *Generationis* — *Eſt* inſtrumentum.
      - *Reliquis* corporis partibus ancillatur.
      - *Reliqua* omnia animalis membra nutrit, &c.
  - *Accidentibus*, nempe
    - *Quantitate*. Sic uenter à diaphragmate uſque ad os pubis deſinit.
    - *Loco*. Sic uenter in ima corporis parte locatus eſt, &c.
- *Specie*: ſunt uel partiũ
  - *Externarũ*: atque uel
    - *Supra* umbilicum: ut
      - *Hypochondria*, ſeu Præcordia, ſunt partes laterales utrinq; nothis coſtis ſubiectæ, hepati & lieni ſuperiacentes. Sunt autem duo, dextrum & ſiniſtrum.
      - *Epigaſtrion* (Latinis Abdomen, Arabibus Mirach dicitur) id eſt locus ſupra uentrem; quaſi uenter ſuperficialis, medium ſpacium inter hypochondria.
    - *Sub* umbilico: ut
      - *Ilia*, ſunt partes laterales & inanes inter extremam thoracis coſtam & os ilium.
      - *Sumen* & imus uenter, medium inter ilia ad pubem ſpacium, Græcis uocatur ἦτρον & ὑπογάστριον.
      - *Pubes* & pecten, Græcis ἐφήβαιον, quod & aqualiculus, Græcis ἐπίσειον dicitur, finis uentris eſt.
      - *Inguina*, Græcis βουβῶνες dicuntur, ſunt pubis ima latera.
      - *Pudẽda*
        - *Virilia*
          - *Coles*, penis, ſeu mẽtula, ſeu uirga, ex oſsib. pubis enaſcitur: cuius partes
            - *Glans*, quæ eius eſt ſummitas, foramen habens ad excretionẽ. 20. fig. χ. & 23. φ. Vide in tab. de muſculis penis D.
            - *Præputium*, cutis eſt, quæ glandem contegit.
            - *Sutura*, inferior pars in longum protenſa.
            - *Taurus*, ea pars eſt, quæ ad ſedem producitur.
          - *Teſtes*, membro genitali ſubiacent.
          - *Scrotum*, ſinus eſt, qui teſtes cõtinet, quod ὄσχεον Græcis dicitur.
          - *Anulus*, ſiue fibula, quo fæces eijcimus.
        - *Muliebria*
          - *Sinus*, ea pudẽdi pars eſt, quę pilis decoratur, Gręc. κτεὶς. 25. fig. ω.
          - *Alæ*, quæ ſinum ambiunt.
          - *Colliculus*, Græcis νυμφή, caruncula eſt inter alas, ad fixuram exorta. Hanc Aegyptij in uirginibus excidebant.
  - *Internarum*. Vide in ſequentibus ſignum A.

**A. *Partium* internarum uentris differentiæ ſunt uel**

- *Principium*, nempe Iecur, quod Græcis ἧπαρ dicitur, facultatis concupiſcibilis, omniumq́; uenarum principium, & primæ ſanguificationis officina, quibuſdam fibris tanquam digitis uentriculum ad unguem complectitur. Maxima huius portio in omnium animantium genere dextram ſedem occupat: quanquam & ſiniſtram, ſed non æquè in omnibus. In cunctis tamen reptibilibus, & quibus id maximum eſt, magnam ſiniſtræ partem comprehendit. In hominibus perquàm magnum eſt: maius timidis & guloſis. Subſtantia ſanguini euaporato incraſſatoque ſimile eſt. Cæterùm gibbum eſt & læue. quà gibbum, ſeptum tranſuerſum attingit: cauum uerò & inæquale, quà uentriculo inſidet. Tunicam habet tenuiſsimam à peritonæo, in quam neruus minimus à ſexta cerebri coniugatione inſeritur. Ex huius ſubſtantia duæ magnæ oriuntur uenæ, è quibus in omnes per totum corpus uenas ſanguis diſpenſatur: altera in caua parte eſt, altera in gibba, &c. Vide lib. 5, 2. fig. H. H, 6. fig. D. D, 12. fig. K. N. N. I. 18, fig. A. A. B. B. 20, fig. B. B. E. 22. fig. *b*. *b*. 25. fig. L.
- *Minus principium*: ut
  - *Peritonæum.*, *Omentum.*, *Meſenterium* — De quibus ſuprà inter partes ſimilares in tab. de membranis.
  - *Inteſtina* ſub uentriculo reſidēt, quorū alia
    - *Tenuia* (10. fig. E. E. E) & ſunt tria, quorum
      - *Primum* uentriculo coniunctum, Græcis ἔκφυσις dicitur, & duodenum à 12. digitorum longitudine. 7. fig. ab I. ad *K*. 12. fig. S.
      - *Secundum* ieiunnm, quod ſemper ſit inane. 7. fig. L.
      - *Tertium*, tenue, Græcis Ileon. 8. fig. M.
    - *Craſſa*: & ſunt tria, quorum
      - *Vnum* cæcum, quod eſt uelut uenter quidam craſſus, excrementis recipiendis idoneus, in dextris ilibus locum habet. 8. fig. O. & 10. fig. F.
      - *Alterum* colum, alijs carnoſius, à dextra ilium regione ad ſiniſtram ſuper uentriculi fundum fertur. 8. fig. N. P. Q. R. S. T. 6. & 8. fig. V. V. X. X. & 10. fig. G. G. G. & 24. fig. *K*.
      - *Tertium*, quod ordine ſextum eſt, ſpinæ è directo incumbens, ſpacioſum, excrementi receptaculum ad ſedem uſque porrectum eſt. 6. & 8. fig. Y. & 14. fig. H. & 15. fig. *m*.
  - *Ventriculus* cibi receptaculum eſt: maxima eius portio dextram animalis partē occupat: rotundus, oblongus: ſuprà ſtomacho (14. & 15. figur. G. G.) committitur. Fundo (14. & 15. fig. H. H) amplior quàm oſtij regio eſt. In poſteriore parte ad ſpinam cauus. Duabus tunicis conſtat: interna membranoſior, externa carnoſior. Interna fibras rectas quàmplurimas habet, obliquas uerò paucas, quibus cibum attrahit & retinet. Externa fibras tranſuerſas habet, quibus tanquā manibus propellit. Venas è meſareo paucas habet ad inferiora uentriculi, pauciores ad eius orificium. Arterias item exiles habet magnæ illius per ſpinam reptantis ſoboles, uitalis roboris gratia. Neruorū par à ſexta coniugatione, 2. fig. P. P. 6. fig. F. F. 12. fig. P. Q. 14. fig. L. L. 15. fig. M. N.
  - *Fel*, *ſeu folliculus fellis*, *ſeu ueſica fellis*, quam κύστιν χολήδοχον uocant, ſacculus eſt, concauo hepatis annexus. hæc prælongo collo bilem ſolam ex (13. fig. *a*.) iecore attrahit recipitque, altero meatu emittit in (13. fig. c.) ecphiſim inteſtinorum. Vnicam habet tunicam propriam, tribus uillorum generibus textam, rectis trahentibus, obliquis retinentibus, tranſuerſis expellentibus. habet & arteriam & neruum, paruum utrumq́; ac uix conſpicuum: uenam uerò perſpicuam. 13. fig. V. X. X.
  - *Lien* Græcis Σπλὴν dicitur, in ſiniſtra animantis parte conſiſtit, concauo ipſius in dextram conuerſo ad iecur & uentriculnm inferius. Magnitudo & color non eſt idem in omnibus, rarū & laxum eſt ſpongiæ modo, ut facilius limoſos ac craſſos ac melancholicos humores ex iecore tum alliciat, tum ſuſcipiat. læuius eſt quàm iecur, non tamen rubicundius, quia atro ſed ſubtili ſanguine nutritur. Sima pars arteriarum multarū & magnarum tum uenarum implantationes continet. Tunica, quæ ipſum ambit, à peritonæo ducta eſt, neruum à ſexta coniugatione recipit exilem. 19. fig. A. B. B. C. C. D. E. F. & 20. figur. O. O.
  - *Renes*, Græcis νεφροὶ dicuntur, ſiti ſunt prope cauam uenam, paululum ſub iecinore. Dexter in omnibus animantibus eminet elatior, nonnunquam iecoris fibram attingens. Siniſter prope dextrū, aut etiam ſublimior inuenitur. Carne conſtant denſa, ſolidaq́;, facultatibus prædita, quibus aquoſam humiditatem primùm ad ſe alliciant, deinde alienum à familiari ſeparent: poſtea per ureterem id ad ueſicam expellant. Sinus in utroq́; exiſtit, corpore quodam membraneo circumdatus, quo urina diſtillat in alterum ſinum minorem, quem excipit meatus oblongus, οὐρητὴρ dictus. Hi meatus, per quos renes in ueſicam urinam expellunt, ab urina οὐρητῆρες (20. fig. c. d. & 22. & 23. fig. q. q) dicuntur, ex renibus ſinguli, albicantes ualidi, ſubſtantia ueſicæ, in quam utrinq́; obliquè inſeruntur, 21. fig. α. β. γ. δ. ε. ζ. η. θ. κ. & 20. fig. T. V. 22. fig. *o*. *p*. 23. fig. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.
  - *Veſica*, Græcis κύστις, urinæ receptaculum, duabus tunicis conſtat, quarum exterior à peritonæo oritur, interna plus quàm duplo craſsior, cui omnis fibrarum ſpecies ineſt, quarum uarietas efficit, & maximè obliquarum, ne continua intempeſtiuaúe excretio fiat. Collum ueſicæ in fœminis latum & exiguum eſt, in maſcuils magnum. Cæterùm anguſtus ueſicæ meatus ineſt. Cæterùm ambit muſculus tranſuerſis compoſitus fibris. Habet hæc uaſa ſex ad collum infixa, utrinque uidelicet tria, neruum, uenam, & arteriam. 2. fig. N. 3. fig. N. & 6. fig. g. 10. fig. l. 20. fig. *p*. & 22. fig. *r*. & 23. fig. *r*. 24. fig. T. & 25. fig. *ς*.
  - *Organa* generationi ſubſeruientia. Vide in ſequentibus ſignum B.

B. *Organa*

B. Organa generationi ſubſeruiētia, uel

- Maſculorū: ſunt
  - *Spermatica* ſeu ſeminalia uaſa, ſemen præparantia: nimirum
    - *Venæ* duæ, per ilia deorſum in teſtes ſanguinē deferentes, quarum
      - *Dextra*, ab ipſius cauæ medio originem accipit. 20. fig. *f.* & 22. fig. *t. u. γ. δ.* & 23. fig. *t. N. O.*
      - *Siniſtra*, ex ea, quæ ad renes fertur, procedit. 20. fig. *e.* & 22. & 23. fig. *χ.*
    - *Arteriæ* duæ, à magna arteria, quæ ſpinæ incumbit, ortæ, quarum
      - *Dextra* 20. fig. *h.* & 22. fig. *a.*
      - *Siniſtra* 20. fig. *i.* & 22. fig. *a.*
    - *Hæ* uenæ atq; arteriæ ad utrumq; teſticulū non recto itinere, ſed multifariam prius inuolutæ, capreoli modò procedunt.
  - *Epididymis*, eſt ſuperior pars ſeu caput teſticuli, inter uas ſpermaticum & teſticulum, non ſitu modò, ſed etiam totius ſubſtantiæ genere media. Huic epididymi arteria & uena anfractuoſis circumuolutionibus adhæreſcunt, ac exiguam quandam ex ſe propaginem ei tranſmittunt, prius quàm teſticulum ingrediantur, in quem complures fiſtulæ ex illa ſeroſi humoris plenæ pertinent. 22. & 23. fig. *n.* & 23. fig. *E.*
  - *Teſticuli* ex ilium regionibus, ſingulis utrobiq; muſculis dependent, molli carne præditi in maſculis, rotūdi, oblongi, cauernoſiq;. Trahunt teſticuli ſeroſum humorem, quem uaſorum anfractus ipſis præparant, deinde paulo pòſt ſuperfluum ſeminarijs meatibus reponunt. hi inter coeundum cum ſpiritu uitali illud excernunt, qui ex arterijs cum ſeminali humiditate euacuatur. Vtrumq; teſtem operiunt duæ membranæ (de quibus ſuprà in tabulis de membranis.) 22. fig. *ζ* & 23. fig. *A. B.*
  - *Varicoſum* paraſtes, eſt meatus ſpermaticus longiſſimus, utrinq; unus, qui ex epididymide genituram tranſumens, ad pudendi originem affert, unde uulgò etiam uaſa deferentia ſiue eiaculatoria appellantur. 20. figur. *q q.* & 22. fig. *η, ι, κ,* & *ι.* & 23. fig. *E. F. G. H. I.*
  - *Glanduloſus* proſtrates, utraq; parte colli ueſicæ eſt locatus, in quibus humor quidam ſpermati ſimilis, qui in coitu repentè, ac ſimul unà cum ſemine elabitur. Vtilitates eius ſunt, tum quòd ad uenerem excitet, tum quòd in coitu delectet, deniq; quòd craſſus is ac uiſcoſus meatum urinarium humectet & inungat aduerſus urinæ roſionē, & ne exſiccatus conſideat, prohibeatq; quo minus per ſe lotium ac ſemen facile ferantur. 22. fig. *ξ.*
  - *Pudendum*, quod ex oſſibus pubis atq; ſupernis eorum partibus prodit, ligamentis & tendinibus affirmatū, cuius partes
    - *Canalis* qui & urinæ & ſemini communis eſt, ſecundum longitudinem per medium exporrectus, cui neruus incumbit concauus, qui ſpiritu repletus tenditur, inde penis erigitur. 23. fig. *φ.*
    - *Muſculi* duo, qui ex utraq; parte adhæreſcunt, ut meatus ſeu canalis, ceu à manibus quibuſdam tractus, in utramq; partem dilatetur, ita ut rigidum & inflexibile totum maneat pudendum. 22. & 23. fig *ς. τ.*
    - *Venæ* & arteriæ duplices, quæ in penem ex uaſis per crura diſtributis deſcendunt alimenti præſtandi gratia. 22. fig. *υ.*
    - *Glans*, *Præputium*, *Sutura.* — De quibus ſuprà.
- *Fœminarum*: ſunt
  - *Spermatica* ſeu ſeminalia uaſa, quæ eadem ſunt ac uirorum: uerùm obliquè per ilia ad teſtes iuxta latera magis feruntur, membranis pinguioribus inuoluta. Sunt autem
    - *Venæ* duæ, à caua uena procedentes, ſingulæ utrinq;
      - *Dextra* 25. fig. *d. d. o.*
      - *Siniſtra* 25. figur. *e.* & 26. fig. *G. I.*
    - *Arteriæ* duæ, à magna arteria utrinq; ſingulæ procedunt
      - *Dextra* 25. fig *g.*
      - *Siniſtra* 25. fig. *h.*
  - *Vaſa à teſtibus ſemen deducentia, quæ à teſtibus in matricem inſeruntur, per quæ ſemen mulieris in coitu in uuluæ apices ingreditur. Hæc uaſa in fœminis anguſta ſunt, breuia ac minus dura, ſed quæ recipiendo ſemini ac deducendo ſufficiant.* 25. fig. *u.* & 26. fig. *K.*
  - *Teſticuli*, qui in utraq; fundi parte ex lateribus ſiti ſunt, ſimilem maſculis circumuolutionem recipientes, magnitudine multò minores. Sunt lati & glanduloſi, minus molles, ac ſubſtantia humidiores, quàm maſculorū. Vtrinq; membrana peculiaris & tenuis. 24. fig. *N. O.* 25. fig *r.* & 26. fig. *F.*
  - *Matrix* lat. uulua, ſeu uterus, Græcis *μήτρα* & *ὑστέρα* appellatur, ſcroto uirili reſpondet, ſi ipſa euertatur, & extrà promineat. Sita eſt inter ueſicam & rectum inteſtinum, cui quidē ferè toti incumbit: ueſicam autem iuxta umbilicum, ubi fundus ipſius eſt, magna ex parte ſuperat: iuxta pudendum ueſica uteri corpus ceruice ſua excedit. Figura ueſicæ propemodum. Non eſt æqualis in omnibus. multo enim minor in ea, quæ nunquam peperit: maior autem fœcundæ ac iam grauidæ. Rurſus minor ea, quæ uenerem non experta eſt, quam eius quæ coiuit. Porrò ijs qui augentur adhuc, ueſicæ ampliores uulua apparēt: in adultis, uterus ueſica maior eſt. Longitudo in perfectis à fundo incipiens, uſq; ad extremum pudendi finem, undecim digitorū eſt, ut plurimum: latitudo ad utraq; ilia apicibus ac faſtigijs ipſius porrigitur. 24. fig. *L.* 26. & 27. fig *A. A B. B.* Cæterùm huius partes ſunt
    - *Os* matricis, per quod menſes euacuantur, genituram autē uiri ad ſe recipit, fœtumq; in lucem educit. Hoc in coitu aperitur tenditurq; adeò, ut penè per amplū allatū iter facilè ad interna uuluæ ſpacia prouocet. ubi cōceperit mulier, conniuet adeò, ut ne minimū quidem aut ab internis foras relaxet, aut à foris intrò accipiat. In partu uerò plurimū diſtenditur, interim obſtetricis auxilio, quæ manu oleo relaxante peruncta, id leuiter permulceat, & hac uia totus fœtus editur. 25. fig. *l.* 26. fig. *D.* & 27. fig. G.
    - *Collum* ſeu ceruix, muſculoſa eſt, ex dura conſtans carne, & cartilaginoſa, ut dum ſemen introijcitur, tenſum ſimul, & dilatatū dirigatur & amplificetur, quantum opus erit, & hoc concepto, in ſe concidat. Cæterùm uteri ceruix ad muliebrē ſinum deſinit, quē pudendum uocamus. Longitudo huius in mulieribus ætate perfectis ſex ferè digitorum mēſura producitur: quod tamen in partu & coitu breuius efficitur, ceruice nimirum extrorſum uergente. 25. fig. *χ.* 26. fig. *B. B.* & 27. fig. *K. K.*
    - *Cornua* ſeu proceſſus mamillares, qui paulò inferius utrinq; apparēt, ad ilia inclinantes, paraſtatis uaricoſis reſpondentes, paulatim ſtrictiores interuentu uaſis ſeminarij teſticulis connectuntur: per quę uulua ex teſtibus ſemen attrahit, ut inferiùs per ceruicē. Hinc etiā per inſomnia citra congreſſum uiri, ſemen in uterum mulieres excernunt, quod inibi cōtabeſcēs, morbos parit maximos. 25. fig. *i. k.*
    - *Tunica*
      - *Interior*, dura, craſſa, neruoſa, omnibus fibris intertexta. 27. fig. *E. E.*
      - *Exterior*. 27. fig. *H. H.*
      - *A peritonæo* pronata, 27. fig. *I. I.*
  - *Pudendum*, in quod deſinit collū matricis, quod eſt uelut cutacea quædā huius colli epiphyſis, maſculorū præputio reſpondens, quæ, ut & præputiū ornamēti gratia extitit, tum ne matrices refrigerentur, operimentū eſt oppoſitū. 25. fig. *ε.*
  - *Membranæ* fœtum inuoluentes, de quibus uide ſuprà in tab. de membranis.

# De Conſtructione artuum, in genere & ſpecie.

XVII. *Artus*, aut

- **Comprehendi & faciẽdi: ſunt manus: quarũ differentiæ in**
  - *Genere*: ſumuntur à
    - *Cauſis*
      - *Internis* uidelicet
        - *Materia*. Sic manus conſtat ex humero, cubito & ſummis manibus.
        - *Forma*. Sic manus multifida eſt. Nã in multas ſciſſa partes, multò maiores moles facilè complectitur, & minutiſsima corpuſcula diligenter aſſequitur.
      - *Externis*: fine uidelicet ſeu uſu. Sic homo per manus
        - *Hoſtibus* opponitur.
        - *Texit*
          - *Veſtem*.
          - *Domum*.
          - *Nauem*, &c.
        - *Leges* ſcribit.
        - *Libros* componit.
        - *Feras* animantes perdomat, &c.
    - *Accidentibus*: nempe
      - *Quantitate*. Sic manus homo duas obtinet.
      - *Loco*. Sunt ſuperiora extrema inſtrumenta.
  - *Specie*, ſunt partiũ earundẽ: ut
    - *Brachium*, Græcis βραχίων dicitur, quod ab humero ad cubitum permeat, qua manus flectitur.
    - *Cubitus* ſeu ulna, Græcis πῆχυς, totum membrum quod eſt inter articulationem carpi & cubiti, mediũ, quo homines metiuntur.
    - *Extrema* manus, Græcis ἀκρόχειρον, quod à carpi articulo indiſcretũ eſt. Cuius rurſus partes ſunt
      - *Brachiale*, Græcis καρπὸς, eſt ubi cubitus definit, & cum ſumma manu coarctatur.
      - *Poſtbrachiale*, Græcis μετακάρπιον, pars eſt inter carpum & digitos media.
      - *Nodi*, Græci κονδύλους appellant, à quibus digiti omnes, Græcis δάκτυλοι nominati, oriuntur: quorum
        - *Pollex* quem Hippocrates μέγαν nominat, maximus eſt.
        - *Index*, λιχανὸς, poſt pollicem ſequitur.
        - *Medius*, μέσος, poſt indicem prominet.
        - *Annularis* ſeu medicinalis, παράμεσος poſt medium uenit.
        - *Minimus*, μικρὸς, qui & auricularis nominatur, omnium poſtremus exiſtit.
      - *Vola*, Græcis θέναρ, pars eſt interior, iuxta pollicem.
      - ὑποθέναρ, uolæ oppoſita pars eſt, Latino caret.
      - *Pecten*, interior pars eſt, unde digiti prodeunt.
      - *Palma*, concauum manus dicitur.
- **Ambulandi, ſtandi: ſunt pedes: quorũ differẽtiæ in**
  - *Genere*: ſumuntur à
    - *Cauſis*
      - *Internis*, nempe
        - *Materia*. Sic pedes conſtant ex femore, tibia, & ſummis pedibus.
        - *Forma*. Sic pedes oblõgi, lati, molles, multifidi, ad omnia loca difficilia permeanda idonei. A terra ſubcaui, ſuperius conuexi, &c.
      - *Externis*: uidelicet uſu.
        - *Sic* pedes ſunt inſtrumenta
          - *Ambulandi*.
          - *Standi*.
          - *Sedendi*.
          - *Recta* figura incedendi, columnarum inſtar.
        - *Sic* pedibus grauis uniuerſi corporis moles innititur firmius, & huc atq; illuc circumfertur.
    - *Accidentibus*, uidelicet
      - *Quantitate*. Sic homo duobus conſtat pedibus.
      - *Loco*. Sic pedes ima & extrema ſunt corporis inſtrumenta.
  - *Specie*, ſunt
    - *Femur*, Græcis μηρὸς, & crus nonnunquam dicitur, à coxis ſtatim incipit.
    - *Tibia*, Græcis κνήμη. Celſo crus tota pars illa eſt, inter talum genuq; poſita: cuius pars
      - *Anterior* Crea dicitur.
      - *Poſterior* Sura appellatur.
    - *Coxæ*, utraq; ſacri oſsis parte exiſtunt.
    - *Iſchios*, coxarum compago dicitur.
    - Σφαιρώματα, uocantur oſsium coxarum conuexitates.
    - *Nates*, in coxis ſunt, carnoſæ, ut magna, quæ ſubſunt oſſa, contegat.
    - *Genua* exiſtunt, ubi femora committuntur cruribus.
    - *Poplites* genibus opponuntur.
    - *Talus* poſtrema tibiæ pars eſt.
    - *Pes*, Græcis πούς, ſub ipſo talo exiſtit: cuius partes ſunt
      - *Calx*, quæ poſterior pars eſt.
      - Ταρσός, raſceta Arabicè, prima pars eſt pedis, à talo uſq; ad digitos.
      - Πεδίον, id eſt planta & pecten, interior pedis pars dicitur, quaſi planities.
      - *Concauum*, illud eſt, quod ſub planitie ſtatim in medio imi pedis habetur.
      - *Digiti*, à planta ſeu pectine oriuntur, numero manus digitorum pares, ſed uno ordine omnes conſtituti. Pollex enim alijs non opponitur, ut in manu, ne uitiaretur pedis firmitas. Pes enim humanus & ſtabilitatis & apprehenſionis gratia factus eſt. Quòd ſi paruus, rotundus, & durus, ac leuis omnino fuiſſet, ut equinus, uitiata ſic etiã omnino fuiſſet apprehenſio. Talem igitur natura creauit, longum, latum, mollem, multifidum, interna parte cauum, externa gibboſum, ut utramq; commoditatem & ſtabilitatis & apprehenſionis eligeret, nocumentum autem uitaret.

# De Adminiſtratione corporis huma-ni, in genere.

- *Adminiſtratio* (in qua cõſideratur modus ſecãdi & præparandi) tũ in
  - *Genere.* Huius differẽtiæ ſumũtur à
    - *Cauſis*
      - *Intrinſecis*, uidelicet materia ſubiecta. Corpus itaq; publicæ ſectioni adhiberi conuenit, in ſuo ſexu quàm temperatiſsimum, & ætatis mediæ, ut ad hoc tanquam ad Policleti ſtatuam alia corpora poſsint conferri. In priuatis autem ſectionibus, quæ crebrius accidunt, utile erit quoduis aggredi corpus, ut cuiuſmodi id quoq; ſit expendatur, corporumq; differentiæ, ueræq; multorũ morborum naturæ aſſequantur. Cæterùm melius eſt in publicis ſectionibus plura cadauera eſſe in promptu, ne eorundem organorum partiumúe ſeries interturbetur.
      - *Extrinſecis*: uidelicet inſtrumentis. Horum autẽ alia ſunt apta ad
        - *Incidendum*: & uel
          - *Ferrea*: ut
            - *Nouacula*. F.
            - *Cultri*
              - *Parui*. G.
              - *Vulgares*. H. I.
            - *Forficula*. P.
            - *Serra*. O.
          - *Lignea*: ut buxei cultri. *K.*
        - *Perforandum*: uidelicet
          - *Hamuli*. L.
          - *Styli* M.
          - *Sipho*. M. *Subula*. T.
        - *Colligandum*
          - *Acus*. M. N.
          - *Filum*
            - *Canabinum*. N. N.
            - *Aeneum*. S.
        - *Inflandum*: ſcilicet canulæ. *R.*
        - *Impellendum*: uidelicet malleus. *Q.*
    - *Accidentibus*, uidelicet
      - *Loco*. Sic
        - *Theatrum* ſit excipiendis ſpectatoribus aptum & conueniens.
        - *Menſa*, cui cadauer imponitur, ſit accommoda, &c.
      - *Tempore*. Sic tempus
        - *Aptum*, Hybernum eſt.
        - *Ineptum*, eſt Aeſtiuum.

*HVC pertinet figura anatomicorum inſtrumentorum ex Veſalio lib. 2. fol. 235. primæ editionis.*

  - *Specie.* Atq; ſic adminiſtratio, ſeu præparatio erit aut
    - *Oſsium.* Hæc ueniunt partim
      - *Mundanda & concoquenda.*
        - *Alicunde* itaq; nactus cadauer, qualecunq; id ſit, uas unum carnibus, uiſceribus & cuti reponendis, & ſanguini admittendo, ad manum eſſe curabis, unà cum magno grandique lebete, cuiuſmodi illi ſunt quibus lixiuium mulieres igni adhibent. Is nanq; coquendis oſsibus eſt aptiſsimus. Huic igitur oſſa inijcientur. Præterea & ampla papyrus in aſſere diſtendetur, ut huic aſſeri cartilagines non elixandæ applicari, ſeriatimq; imponi poſſint. Mox acutiori cultro orbiculatim per frontem & tempora & occipitium ſectionem tentabis ad caluariam uſq; penetrantem. Ad huius deinceps ſectionis orbiculum, ſerra caluariam diuides, parum ſolicitus, etiam ſi cerebrum uities, aut paulo humilius elatius'ue caluariam diuidas. Diſſecta igitur caluaria cerebrum ſolis manibus ex ipſa euulſum, uaſi inijciendum eſt, ac caluariæ pars à reliquo capite adempta, cacabo indetur, liberata tamen prius ab illa uerticis cute. Iam utranq; aurem proximè à temporum oſſe abſectam ſeorſum in aſſerem, cui cartilagines adhibentur collocato, unà cum palpebris & naſi extremo, quod cartilaginibus conſtat, quæ uiciniſsimè ab illis quibus committuntur oſsibus ſimul cum cute ſunt reſecandæ. Deinceps maxillam inferiorem à ſuis cũ capitis oſsibus connexu liberabis, ac cartilagines, quas priuatim in ipſius cum capite articulis habere diximus, cultellulo à ligamentis articulum continentibus diſſecabis, eas chartæ illi cui promptè hærebunt, ſeriatim applicans. Quando inferiorem maxillam adimis, & eam obiter cute & lingua (relictis ſi uoles muſculorum applantationibus) liberas, ac tandem in cacubum reijcis, cauendum eſt, ne os, υ referens, aut laryngem corrumpas, ſed integram laryngem cum eo oſſe, & lingua & ſtomachi aſperæq; arteriæ portione ſimul è faucibus auferas, ac aſſeri illi non aliter emundatam cum auribus imponas. Iam à pectoris oſsis mucrone ad pubem uſq; ſectionem molieris, ad omentum uſque penetrantem. Cui deinceps aliam ſectionem, quæ tranſuerſim à dextro ilio, ad ſiniſtrum pertingat, adiunges, & abſq; delectu omnia quæ peritonæo continentur, laniorũ more euellens, ea uaſi inijciens. Abdominis cutem unà cum muſculis obiter ab oſsibus diſſecabis, & ſanguinem ſpongijs excipiens, eum in uas exprimes, modò à iugulo ad pectoris oſsis uſq; mucronem, adeò profundam duces ſectionem, ut illa ad pectoris uſq; os penetrãte ſimul cum cute muſculos thoraci inſtructos à coſtarũ oſsibus earundẽq; cartilaginibus adimere poſsis, & ſimul claueculæ nudæ, carnibusq; liberæ appareant.
        - *Reliqua* uide in ſequenti folio ad ſignum ❧
      - *Coniungenda.* Vide in ſequentibus ſignum A.
    - *Aliarum* corporis partium. Vide in ſequentibus ſignum B.

Quippe

Quippe hæ acutiori cultello à pectoris oſſe ueniunt liberandæ, & cartilagines his articulis propriæ ( quemadmodũ inferioris maxillæ cartilagines aggreſſus es ) accuratè ſunt adimendæ, & dein chartæ ſeriatim adhibendę. Pectoris os unà cum coſtarũ cartilaginibus ſtudioſè à coſtarum oſsibus liberabitur, ſectionibus acutiori & nõ admodum craſſo cultro per cartilagines inibi ductis, ubi coſtarũ oſſa in has degenerãt. Atq; id promptè obitur, ſi modò memoria non exciderit, primæ coſtæ cartilaginẽ à pectoris oſsis medio magis in latus quàm ſecundæ coſtæ cartilaginẽ ferri. Neq; tantùm cartilagines pectoris oſsi coarctatæ à coſtis ſunt diruendæ, uerumetiã omnes ſpuriarũ cartilagines, quæ intercoſtalium muſculorũ interuentu ſuperioribus cartilaginibus hærebunt. Diſiunctis hunc in modũ cartilaginibus pectoris os à iugulo attolles, & id uenis & arterijs à iugulo ad illud porrectis & membranis quoq; liberabis, quæ thoracis amplitudinẽ interſepiũt. Poſtremò cartilagines à ſepto tranſuerſo reſecabis, & ipſas ſimul cũ pectoris oſſe nõ aliter mundatas, in chartam repones, dein ſcapulas unà cũ clauiculis à thorace diſſecaturus. Iam lõga ſectione in altera manu à ſummo humero per brachium & cubitũ ad pollicem uſq; ducta ſcapulam, humerũ, cubitum, & extremã manum cute & carnibus enudabis, non admodum anxius etiamſi aliqua tendinũ carniſq; portio oſsibus adhuc appenſa relinquatur. Adeò ut etiam ſuffecerit, relicta ſummę manus cute, illã aliquot ſectionibus hic atq; illic ſcindere, quo poſtea leuiori negocio manus elixetur. Modò clauicula à ſummo humero ſecabitur, mente adhibita, num præter ſcapulæ proceſſum, quem ſummũ humerum appellamus, & clauiculã inibi aliud tertiũ os occurrat. Hoc ubi præſtiteris, ac peculiarẽ eius articuli cartilaginẽ chartæ adhibueris, clauiculã in cacabum conijcies, ſcapulamq; ab humero, & deinde humerum à cubiti oſsibus ſeparabis: & cubitum cum extrema manu connexũ ſeruans, ſimul omnia in cacabum quoq; locabis. Priuſquam tamen ſcapula cacabo indetur, opportunè feceris ſi cartilaginem ſcapulæ ſinum, quo humeri caput excipitur, aliquando augentem à ſcapula diremeris, chartæq; cum cæteris cartilaginibus applicueris. Atq; id ſimiliter in alterius lateris manu eſt præſtandũ, ac ilicò ad thoracem denuò accedendum, ex quo primum pulmones cum corde & ſepto tranſuerſo execabis: & priuſquã cor in uas conijcias, cordis baſim per tranſuerſum à reliquo cordis corpore diuides: & deinde baſim rurſus à uaſis, quæ ab ipſa prodeunt, ſic auferes, ut ita uenæ arterialis & magnæ arteriæ orificia illæſa habeas, ac poſtmodum ( ſi uiſum fuerit ) in cartilaginum numero illa ſeruaturus chartæ applices. Vbi igitur reliqua quæ in thorace inueniuntur, in uas reieceris, cadauer in pronum uertens & utrunq; licebit, ceruicem reliquumq; dorſum, unà cum tota thoracis amplitudine carnibus emundabis, ſtudioſè cauens, ne coſtam aliquã ( utpote *fragilem* ) rumpas: aut nimium uicinè carnem diſſecãs proceſſum aliquem uities. Atq; id adhuc magis cauendũ eſt, quum iam ſingulas coſtas ſeorſum à uertebris thoracis liberaturus es. Etenim reſupinato cadauere, cultello acutiore coſtæ capitulũ à uertebræ corporis ſinu uenit ſeparandum, & deinde ligamentis ſenſim diuiſis à tranſuerſis quoq; uertebrarum proceſsibus coſtæ ſunt adimendæ, obiterq; emundatæ in cacabum mittendæ. Crura ad eum modũ, quo manus aggreſſus es, attrectabis, femur uniuerſum carnibus emundãs, mox & tibiam, & pedem uniuerſum. Quum tamen genu nudas, ex tendinibus anteriorem genu ſedem occupantibus, patellam execabis, & in cacabum non ſecus ac femur conijcies, illico, atq; id à coxendicis oſſe tibiaq; liberaueris, & cartilagines reſecueris, quę tibiæ oſsis ſinus femoris capita excipientes augent, quippe & illos non inopportunè chartæ agglutinabis, ac deinceps tibiæ os unà cum fibula & pede, cacabo indes. Id ubi in utroq; crure præſtitum erit, & oſſa ſacri oſsis lateribus coarctata aliquantulum repurgata fuerint, cartilagine ligamenta uertebrarum corpora intercedentia adamuſsim ueniunt execanda, & chartæ ſeriatim accõmodanda. Ligamentis igitur, quę uertebrarum corporibus in ſuperficie obducuntur, acutiori cultro ademptis, inter oſsis ſacri ſummum & cartilagineum ligamentum, os ſacrum & infimam lumborum uertebram interueniens, ſectionem tentabis, quæ ligamentum id, ſeu cartilaginem ut Galeno uiſum fuit, ab oſſe ſacro diuidat. Rurſus inter infimæ lumborum uertebræ corpus, & alatiorem dictæ nuper cartilaginis regionem, eandem duces ſectionẽ, hacq; ratione integram auferes cartilaginem, quam ubi chartæ impoſueris, ſequentes tantiſper excindes, dum ad ſecundã uſq; ceruicis uertebram, deuentum erit. Quum itaq; uiginti tres cartilagines ligamentáue cartilaginea ad hunc modum chartæ applicueris, dorſum in tres quatuor' ue partes cautè & leniter diſiungendũ uenit, ne impetu id tentans, caſu aliquem uertebræ proceſſum confringas. Quare etiam cauendum eſt, ne primam uertebram à capite negligentius liberare ſtudeas. Licebit enim cum capite ceruicis uertebras cacabo imponere, ut & thoracis uertebras cum lumborum uertebris, modò illas à ſacro oſſe prius diſiunxeris. Os ſacrum aũt, unà cum oſsibus ipſi cõmiſsis (quæ ilium coxẽdicis & pubis oſſa conſtituunt) nihil prohibet cacabo indere, quum ſcilicet ilium oſſa adhuc cruda à ſacro difficulter & arduè ſeparẽtur, & pubis oſsium cartilago etiam tunc uitietur: quam aliàs integram aſſeruabis, ſi pubis oſſa non dirempta cacabo inieceris. Oſsibus ad hunc modum cacabo immiſsis, aqua is uniuerſus implebitur, ut oſsibus altè in aquam ſubſidentibus, nulla oſsis pars emineat. Hoc enim imprimis toto coctionis tempore obſeruandum eſt, ne os aliquod aqua non tegatur, multoq; magis, ne id ex cacabo prominens fumum excipiat, cuius etiam occaſione grandem cacabum eſſe conuenit. Vniuerſæ coctioni nullum peculiare adhibetur artificiũ, ſed ut in ceteris elixationibus, ſpuma ſedulo auferẽda eſt, quo ius clarius reddas, ipſaq; oſſa minus ſordida extrahas. Pari etiã ratione pinguedo omnis (quæ plurima ſupernatare ſolet) eſt haurienda, ac in uas aliquod uel uulgi nomine reponenda, quod illi in obliterandis cicatricibus & neruis tendinibuſq; pducendis multum tribuit. Coctioni nullum tempus præfinitur, quum id ex ætatum ratione plurimum uariet. Duabus enim aut tribus horis plus quàm ſatis ſit, puerulorum oſſa coquuntur præcipuè, quum in illis ſtudendum ſit, ne inter mundandum oſſa appendices decidant: quarum coalitus in prouectioris ætatis hominibus uix unquam quantumuis coxeris diſſoluitur. Is itaq; coctionis ſcopus eſt, ut oſſa cultrorum beneficio uti inter edendum ſit, aptè mundari queant. ut autem id facias opportunius, pedetentim nonnulla oſſa inter elixandum forpice eximes, eaq; ſolus purgabis: niſi fortaſſe ſtudioſus adſit ſodalis, qui unà manus operi adhibeat Summopere enim cauendũ eſt, ne imperitior aliquis oſsium ſupercilia, proceſſus, capita & ſinus radendo uitiet, aut alicunde cartilaginem læuem, & cruſtæ modo oſsibus obductã imprudens auferat. hæc nanq; quum carnem, ligamenta, tendines & membranas oſſa ambientes adimis, præcipuè ſeruanda uenit. Neq; uerò officium id hac duntaxat ratione inepto alicui, & Anatomes parum ſtudioſo minus committi uelim, uerũ ut, quum unumquodq; os priuatim purgat, ſinus ipſius & capita, & potiſsimum ligamentorum naturam, & tendinum inſertionem, muſculorumq; exortum accuratè contempleris. Non enim facilè dixerim, quantũ cognitionis partium eo opere tibi paraturus ſis. Quando igitur hunc in modum ſeriatim oſſa ex bulliente iure extrahis, ac mundata terræ, aut ſportulæ alicui imponis, non admodum anxiè expendito, quod' nam os prius tibi occurrat. Summam tamẽ manum cum cubiti oſsibus extrahens ſedulo obſeruabis, ne uiolentius brachiale à cubiti oſsibus ſeiungas, ſed cultro articuli ligamenta ſenſim diuidens brachiale à cubiti oſsibus accuratè liberes. Idem facito in poſtbrachialis oſsiũ à brachiali ſeparatione. Id enim caueri uelim, ne brachialis oſſa inuicem dirimas, unde etiã ilico atq; id integrũ à cubito & pollicis primo oſſe, & poſtbrachiali diſiunxeris, obiter duntaxat tendines ligamentaq; ipſi obnata diuelles, id ſtudẽs ne oſſa in interna externaq; ipſorũ ſuperficie penitus ligamentis emundentur, ut ligamentorũ beneficio brachialis oſſa inuicẽ hæreant. Brachiali enim ita igni adhibito ligamenta ſenſim reſiccata ipſius oſſa firmiter continent, leuioriq; negocio in oſsium connexu brachiale, cubiti & poſtbrachialis oſsibus cõmittitur: niſi fortè in iungendis oſsibus peritior, brachialis oſſa mutuo dirimere ac ligamentis emundare, poſtmodumq; æneis filis inuicem cõmittere audeas, aut etiã diſiuncta aſſeruare uelis. Mox ubi brachiale in eum modum igni appoſueris, chartam aſſumes, cui poſtbrachialis & digitorũ oſſa nõ prætermiſsis ſeſaminis oſsibus exactè emundata imponas: quò minus hæc illi chartæ inuoluta, neq; alterius manus oſsibus confuſa, in cõmittendis oſsibus negocium augeant. Conduxerit igitur manuum pedumq; oſſa ſeparatim in quatuor chartas recludere.

☞ *Reliqua* ad mundandorũ & concoquendorum oſsium præparationẽ pertinentia.

*Reliqua* uide in ſequentibus ſigno **

Priuſquam

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0082-2
DFG

Priuſquam tamen huius illiúſue manus aut pedis oſſa chartæ implicas, antea ſemper indagandum eſt, num aliquod os non mundatum ſuperſit, ne quum putamina & ius obijciendum curas, unà aliquot oſſa oſcitanter ſimul auferenda porrigas, & ſi fortè unguem aſſeruare uiſum ſit, illum dum pedis manuumq; digitorum oſſa expurgas, auelles. Non minus enim humanos ungues, quàm auium & quadrupedum ungues à pedibus calenti aquæ impoſitis elixatione recedere conſpicimus. Porrò quum ulnam & radium emundas, cartilago non negligetur, quæ à radio profecta, magna ex parte ulnam à brachiali dirimit. Hæc namq; ab ulna liberabitur, ut radio adhuc connata in oſſium connexu rurſus ulnam & brachiale intercedat. Quinetiam quando caput purgas, accuratiſsimè caueto ne membranam, quæ auditus organi foramen ſuccingit euellens, oſsicula illa negligenter eximas, quæ eius organi cõſtructionem ſubintrant, quippe iſta ſtylo quopiam in foramen miſſo ſunt ſtudioſè euellenda, & pariter excutienda. Hæc oſsicula ad reliquam oſsium colligationem aliquò recondes, & uertebras omnium poſtremo è iure eximes, quemadmodum & ſacrum os: niſi fortè poſt aliquam elixationem, coccyx os à ſacro liberare lubeat, quòd ſcilicet huius oſsicula ob cartilaginea ligamenta quæ ipſa connectunt, ſi diutius coquantur, ab inuicem ſeiungi ſoleant. Si tamen coccygis oſsis præſcindendi gratia os ſacrum exemeris, id denuò cacabo eſt immittendum, coccyxq; os priuatim in chartam reponendum, aut in ſportulam conijciendum, in quam minuta locabis oſsicula: cuiuſmodi dentes ſunt, ſi fortè ipſorum aliquis exciderit, aut aliqua oſsis portio oſcitanter effracta fuerit. Verùm ut pubis oſsium cartilaginem ſerues, priuſquam ilium oſſa à ſacro liberas, pubis oſſa anteriori posteriorìq; ſede leuiter ſunt emundanda, ac dein inuicem ſolis manibus ſeiungenda, ut ipſa intercedens cartilago ab altero oſſe abſcedat, uniq; duntaxat commiſſa maneat, leui negotio poſtmodum in oſsium connexu cum altero pubis oſſe iungenda. Oſſa hac ratione purgata denuò numerabis non quidem manuum & pedum oſſa, quæ iam ſeorſum chartis prius inuoluiſti, uerùm recenſebis caluariæ partem, quã ſerra à reliquo capite ademiſti: in qua conſiderabis, num portiunculæ temporum oſsium, quæ inſtar ſquamæ uerticis oſsibus applicantur, atq; ſerra à cætera temporum portione auferri ſolent, ex elixatione deciderint, ne fortè illas cum oſsium ſpolijs aut iure reijcienda cures. Solent enim facilè à uerticis oſsibus decidere, ſi caſu ſerræ ſectio multum ſupra aurem ducta fuerit. Deinde num dens aliquis ex ſuperiori inferiori'ue maxilla exciderit perpendes, & uiginti quatuor uertebras totidemq; coſtas enumerabis, duas claiculas, duas ſcapulas, duos humeros, duas ulnas, & radios duos, os ſacrum, à quo iam antea coccyx os ademptum eſt: duo grãdia, oſſa ſacri oſsis lateribus nexa, femora duo, tibiæ oſſa duo, & fibulas duas, item patellas ſimiliter duas. Atq; ubi omnia enumeraueris, magnopere conduxerit, oſſa denuò mundæ & bullienti aquæ indere, ãc mox exempta ſeorſum aſpero rudíque linteo abſtergere, & ſi quæ ligamentorum, aut membranarum, aut muſculorum inſertionis exortuſúe ſint reliquiæ, eas defricare abſtergereq; conuenit, ſtudio interim adhibito ne lubrica, & cruſtæ modo oſsibus adhibita cartilago ſimul auferatur. Interea uerò dum hæc in orbem igni appoſita leuiter deſiccantur, aurium cartilagines cute detegentur, chartæ cum reliquis cartilaginibus applicandæ. Idem quoq; in palpebrarum & narium cartilaginibus moliendum eſt, ac deinceps acutis cultellis os u referens, à muſculis ipſi commiſsis, quàm licebit exactiſsimè crudum emundabis. Purgato illo oſſe, laryngis cartilagines ſimiliter crudas accuratè carnibus membraniſq; liberabis, ſimul cum una atq; altera aſperæ arteriæ trunci cartilagine, C imagini comparatæ. Iam pectoris os, ipſiq; connexas cartilagines ſedulo emundabis, quod eo minus promptè perfeceris, quo id pluribus obducitur membranis pingueq; eſt, & interim coquendum neutiquam uenit, uixq; calente aqua aſpergendũ. Quum uerò cartilagines carne ſpolias, cauendum eſt ne membranam cartilaginibus proximè obductam, illiq; correſpondentem auferas, quæ quod os ambit, περιόστεον Græcis uocatur. Quippe hac membrana à cartilaginibus diſcerpta, illæ infirmius pectoris oſsi committuntur, & contractæ, breues intortæq; euadunt. Et quo minus cartilagines hæ contrahantur, pectoris os ad ignem non eſt exiccandum, ſed alicubi tantiſper, dum oſſa nectere propoſueris, in loco non nimis humido reponendum, ne rurſus cartilagines plus æquo flacceſcant, ac poſtea deformem thoracis oſſium fabricam conſtituant. Quandoquidem nihil prorſus eſt, quod æquè elegantem ſceleti ſtruem uitiat, atq; pectoris os cum cartilaginibus, ſi modò illæ negligentius obſeruentur, & non iam compactis oſsibus potius, quàm antea exiccari permittantur. Reliquas autem cartilagines chartæ adhibitas, licebit igni nonnihil admouere, at ita ne nimium conuellantur: quum ſatius ſit, & has quoq; poſt compactionem ſiccari.

** *Reliqua* ad mundandorũ & concoquendorum oſsium præparationem pertinentia.

*Quod ad coctorum oſsium connexum erectionemq; attinet, ea mox poſt emundationem (ne nimium indureſcant) cõmittenda ſunt. Nam ſtatim à coctione oſſa ſolis ſubulis quibus ſuppinguntur calcei citra* negotium perforantur, æneiſq; *filis mutuo alligantur:* quod quiſq; prout manum nactus eſt induſtriam, ſuo marte perficiet. Ac primum quidem aliquot paratis ſubulis, æneo filo partim craſsiore, partim tenuiore, filum igni indetur, quò poſtmodũ magis ſequax, & quantumuis uariè intortum minus rumpatur. His addẽtur duæ tenaculæ, ſeu forcipes: unus quidem quo filum intorquebitur, alter autem quo intortum iam abſecabitur. Auſpicaberis autem oſsium colligationem à pedibus, ac primum calci talum iunges, & deinde cubiforme os calci, & cymbam referẽs talo, & tria interiora tarſi oſſa cymbam referenti, deinde his committes pedij oſſa, hiſq; ſeriatim digitorum oſſa cum oſsiculis ſeſamo comparatis: quę eo cautius & tenuiori ſubula perforabis, quo duriora ſolidioraq; ſunt, & ex ſubulę impetu promptius diuiſa diſsiliunt. Vbi utrunq; pedem iunxeris, tibiæ oſsis tuber, quod ſinus femoris capita excipientis dirimit, cultro aliquo oblongo, ſed arcto perforandum eſt, quòd excipiendo duriori baculo ſufficiat, qui femori etiam intruſus claui ritu ita tibiam femori committat, uti aſſeres abſq; glutine necti cernimus. Eſt enim in femoris inferiori ſede aliud foramen moliendum, illi è directo conſiſtens: quod in tibia fieri uolebam, ut idem baculus & femori & tibiæ indatur, huiuſq; ope articulus genu inflexus maneat. Præter hunc baculum tamen, femur tibiæ oſsi utrinque craſsiori filo committendum eſt, non prętermiſsis cartilaginibus tibiæ oſsis ſinus augentibus, quę quum hæc oſſa iungentur, ſimul cum illis conſtricta, in articulo genu ſeruabuntur. Mox fibula tibiæ oſsi ſuprà infraq; alligabitur, & patella ſimul femori ac tibiæ firmabitur. Hoc ubi in utroq; crure præſtitum erit, ſacri oſsis lateribus ilium oſſa craſsiori filo ſunt nectenda, ac deinde pubis oſſa interueniẽte etiam illorum cartilagine iungenda. Iam ad manum erit orbicularis aſſer, in quem oſſa erigentur. conuenit autem huius aſſeris orbem tantum eſſe, ut pedes illi eo ſitu, quo oſſa erigenda ducis, aptè firmari queant. Huius aſſeris medio foramen in hoc paratur, ut quum oſſa in erectã arcam recondes, inferior arcæ fundus axem habeat: quæ foramini illi indita, orbem conuolui ſinat. Præter hoc foramen, aliud iuxta orbis circumferentiam aptabitur, in quo lignum firmari queat, quod inſtar teli, aut haſtæ, aut falcis (utcunque uiſum erit) paratum ſceleti manus ſuffulciat. Extructo in hunc modum orbi pedes imponis, & aſtantis alicuius ope ſuper pedes reliqua crurum oſſa inniti curabis, ac deinde femorum capita in coxendicum oſſium acetabulis indes, ut rectè filo aut uirgula interuallum metiaris, quod ab orbe, ad humiliorem ſedem foraminis pertinet, in ſacro oſſe dorſalis medullæ gratia inciſi. Hoc etenim interuallum edocebit qua menſura ferrum fabricandum ſit, quod orbi affixum, & oſsis ſacri reliquarumq; uertebrarum foramini dorſalem medullam tranſmittenti inditum, uniuerſa oſſa pulchrè ſuſtinebit. Ferrum namq; ita aptandum eſt, ut ualidè orbis medio clauis affigatur, & ab orbe ad infimam uſq; nuper dicti foraminis ſedem, teres aut quadratum ſit: ab illa autem ſede ſurſum latius quàm craſsius eſſe conuenit, ut poſtmodum ad dorſi inflexum obliquari queat: uertebræq; ipſi ita adaptentur, ut immotæ ad id neutiquam circunuertantur. Atque ideo ferrum inibi primum tenuius fiet, ubi ſacrum os ne deorſum ſubſideat, ſuffalciendum uenit. Niſi enim hoc os firmetur, ſuſtineaturque, unà cum ipſo reliquæ uertebræ ſenſim deſcendent, temporiſq; ſucceſſu ſceleti crura turpiter obliquabuntur. Accuratè igitur ab orbe ad ſacri oſsis foraminis infimam ſedem longitudo metienda uenit.

A. *Adminiſtratio* oſsium circa connexum & erectionem.

*Reliqua* uide in ſequentibus ſigno. ☞

Deſe.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0083-8 DFG

*Reliqua* ad oſsiū connexum & erectionem pertinentia.

*De* reliqua autem ferri longitudine non adeò curandum eſt, quum hæc ſi fortè longior ſit, poſt oſsium compactionem facilè præſcindatur. Et etiam ſi oſſa arcæ imponenda duxeris, magnopere iuuerit ferrum plus minus duabus palmis longius quàm uniuerſum ſit ſceleton fieri, ut ipſius portio extra uerticem eminens ſuperioris arcæ fundi foramini poſsit indi, in ipſoq; conuolui. Ferro itaq; orbi perpendiculariter affixo, acutiori cultello oſsis ſacri foramen dorſalis medullę nomine inciſum, ſenſim ita exculpes, ut ferrum ipſi commodè intrudi poſsit. Nam quum hoc foramen natura arctius ſit, & inſigniter obliquum, nequaquam ferrum admittit, niſi quemadmodum iam diximus ſic augeatur, ut à ferri mucrone os ſacrum ad eam uſq; ferri ſedem protrudere ualeas, quàm non amplius teretem, quadratámue faciendam innuimus, & ſi caſu hæc ſedes os ſacrum minus aptè ſuffulcitura uidebitur operæ precium erit eam ferri ſedem lima exaſperare, ac dein nodum illi ex æneo filo obuoluere qui os ſacrum commodè ſuſtineat. Oſſe ſacro in hunc modum ſuffulto, craſsiori filo femoris capita coxendicum acetabulis innectes, diligenter perpendens quantum hæc aut extrorſum aut introrſum intorqueas, ne fortè crura turpiter intorta committas, aut patellæ interiora potius crurum, quàm anteriora reſpiciant, quod ſanè futurum eſt, niſi ad amuſsim capita ſuis ſinibus iunxeris. Vtcunq; tamen feceris in hoc connexu filum prorſus intorquendum non eſt, priuſquā pedes orbi & tibijs eo ſitu commiſeris, qui tibi apparebit elegantior. Hunc à baculi, quo manus ſtabilientur forma potiſsimum petes: alium quippe ſitum meſſoria falx, alium telum, & alium rurſus haſta, aut Neptuni tridens, aut aliud quoduis inſtrumentum expetit. Modò uertebræ omnes ſeriatim accommodandæ ſunt quo cuiuſq; ſitum ordinemq́; inuentu non arduum obſerues. hunc namq; uertebrarum forma & articulationis ratio promptè oſtendunt. Quum primum itaq; ordinatim omnes in menſam repoſueris, quinq; lumborum uertebras inuicem duobus nexibus committes, qui in corporū lateribus facti unà cartilagineum ligamentum contineant, quod uertebrarum corpora interuenire dictum eſt, atq; huiuſmodi ligamenta ſeriatim à charta cui illa applicaſti ſunt aſſumenda, eo ſemper relicto quod eas intercedit uertebras, quas inuicem non alligas, quemadmodū in præſentia eſt ligamentum ſeu cartilago, ſacrum os & infimam lumborum intercedens uertebram, idq́; quod ſupremam lumborum & infimam thoracis uertebras interuenit. Iunctis enim lumborum uertebris ſex inferiores thoracis inuicem, & poſtmodum ſex ſuperiores unà cum ceruicis humiliori connectentur. *Reliquæ enim ceruicis mutuo non ſunt colligandæ, ſed eas interueniens* cartilago corpori inferioris uertebræ duntaxat eſt glutinanda. quandoquidem ceruicis uertebræ etiam non nexæ, ſed ferro tantùm inditæ ſuam ſeruant ſedem: neq; thoracis uertebrarum modò immotæ poſtmodum coſtas ſuſtinere debent. Ilico igitur atq; uertebras ad eam quam præcepi rationem priuſquam ferrum illis traijciatur commiſeris, lumborum uertebras ita connexas ferro impones, idq́; ſedulo ad eorū ſitum inflexúmue obliquabis, ac infimam uertebram unà cum ſacro oſſe ita committes, ut iam prius lumborum uertebræ mutuo iunxiſti. Mox his inferiores thoracis adiunges, perpetuò quàm licebit accuratiſsimè ferrum uti neceſſum erit, complicans, & infimam thoracis uertebram ſupremæ lumborum adnectens. His pari modo ſuperiores thoracis uertebræ addentur, & harum infimæ ſupremæ earum quæ iam ferro appoſitæ fuerant alligata, latiuſculum & longum nigroq́; colore intinctum adaptabis baculū, qui poſteriori ferri parti appoſitas quàm licebit demiſſe *inter ferrum & uertebras intrudetur, ut huius baculi beneficio uertebræ ad ferrum firmius contineantur, neq; ulla ratione uerſatiles ſint, ne poſtmodum uniuerſus thorax in hoc illud'ue latus turpiter conuolui queat.* Vt autem caluaria ferro applicetur neceſſum eſt uerticem foramine quodam perforari, ad amuſsim ferri amplitudini & craſſiciei correſpondente, ne quādo ipſi ferrum traieceris, caluaria quauis occaſione quoquo uerſum circumuertatur. Prout enim faciem anteriora exactè aut latera ſpectare uolueris, foramen id aut tranſuerſim, aut obliquè inſculpere cultro quopiam oportet, quemadmodum & illic ubi caluaria denuò perforanda eſt, ut ligulis ea ſectio quam ſerra in caluaria molitus es, committatur, & quum uiſum fuerit, caluaria à ferro adempta, rurſus diſſolui queat. Summopere namq; conducit, internam caluariæ amplitudinem qua cerebrum continetur intueri: quod ut fiat, utraq; caluariæ pars, tribus foraminibus ſibi mutuò correſpondentibus candenti *ferro, aut cultri mucrone eſt perforanda. ac unum quidem foramen opportunè in occipitio perficitur, & utrinq; in temporibus unum. At inferiorem maxillam æneo filo cum ſuperiori committes, nexu ſuis capitibus in ſinus ſuperioris maxillæ facto.* Verùm quum hic connexus non adeò firmus ſit, ut accuratè dentes mutuo applicet, ſed inferior maxilla dependeat, elegansq́; ſit, hanc ſuperiori modò iungi, modò diſiungi præter dictum nexum, maxillæ inferioris acuti proceſſus etiam perforandi ſunt, & funiculus ipſis illigandus, qui ſubiugalibus traiectus oſsibus & uertici incumbens, nunc uerſus frontem, nunc uerſus occipitium tendi poſsit, dentesq́; ita collidi queant. Vtcunq; uerò ſit, potiſsima ferri cura eſſe debet, ne illud ineptè nunc in poſteriora, nunc in priora obliquatum corpus indecorè erigat: quo minus autem id fiat, magnopere conduxerit dorſi ductum cognouiſſe. Porrò nunc tempeſtiuum erit coſtas uertebris & ſuis cartilaginibus alligare, quod ſanè ut ad amuſsim & ſedulò facias, primum omnes dextras coſtas à ſiniſtris diſcernes, cōiectura uel à ſinu ſumpta, quo uena, neruus & arteria coſtis exporrigitur. *Dein* à ſuperiori coſtarū ſede, quæ latior ſpiſsiorq́; inferiori occurrit. Deinceps in hunc ferè modum ((( ))) coſtas menſæ ſeriatim impones, ut dextrę ſiniſtris reſpondeant curans. Promptum enim erit ſingulas ſuis ſedibus ponere, ſi ea modò memoriæ non exciderint, quæ ad internoſcendas coſtas ſuprà commemorauimus. Ex hac coſtarum ſerie primam utriuſq; lateris coſtam ſuæ cartilagini ad pectoris os adnectes, & deinde ſodali pectoris os cum ſuis cartilaginibus in ſua ſede tenendum porriges, ac deinceps primas coſtas primæ thoracis uertebræ tranſuerſis proceſsibus alligabis. Inſuper ſecundas coſtas ſuæ committes uertebræ & poſtmodum ipſarum cartilaginibus, atq; ita ſeriatim omnes: obſeruans interim ut illas coſtas toto interuallo prorſus dehiſcere ſinas, quæ ante ſectionem cartilaginibus inuicē diremptæ fuerant. Nunc humeros ſpiſsiori filo ſcapulæ nectes, & deinde tenuiori filo clauiculas ſummis humeris, mox ſcapulas coſtis & clauiculas pectoris oſſi. Quum tamen humeros ſcapulis aduincies, expendendum eſt, quónam ſitu manus collocandas duxeris. Hinc enim multum refert, quomodo ſcapulæ ſinui caput humeri committatur. in quo etiam connexu cartilago neutiquam prætereunda eſt, cuius auxilio ſcapulæ ſinus interdum adaugetur, atq; ita etiam cartilagines maxillarum & clauicularum articulis peculiares non neglectæ ſuis articulis nectentur. Cæterùm cubiti oſſa humero uincienda non ſunt, priuſquam extrema manus tota fuerit nexa. radius itaq; ſuprà infraq; ulnæ eſt colligandus. deinde ſi brachialis oſſa diſiuncta, ſuisq́; ligamentis libera ſunt, ea inuicem ſunt committēda, aliàs autem ſuorum ligamentorum interuentu abundè continentur. Inferiori ipſorum ſedi primum pollicis os & quatuor poſtbrachialis oſſa ac deinde his digitorum oſſa, unà cum ſeſaminis oſsiculis adnectes Poſtremò autem brachiale radio iunges, & deinde ulnam humero. Atq; ubi id in utraque manu præſtitum erit, ſummas manus baculo illi alligabis, quem ualidè orbi infixum inſtar falcis, aut aliter extruendum dixi. Erectis nunc oſsibus & ex oſſe, υ referenti, & auditus organi oſsiculis, ac aſperæ arteriæ auriumque & palpebrarum cartilaginibus, & ungue cordisque cartilaginibus, monile licebit confingere, his omnibus catenulæ, aut exiccato cruris aut manus neruo adnexis.

B. *Alia-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0084-4

- **B.** *Aliarum* corporis partiũ administratio ſeu ſectio: & uel
  - *Trunci:* aut
    - *Ventris:* atque uel partium
      - *Externarum:* nempe
        - *Cutis*, cuticulæ, adipis & carnoſæ membranæ. Itaq; conſectionẽ aggreſſurus, reſupinato cadauere, ac pilis omnib. mundato, circa umbilicum orbiculatim lineam ſcalpello duces: deinde lineam à mucronata cartilagine per medium umbilicum adusq; pubis oſſa in cute duces, adhibita diligentia, ne quippiam ex ijs, quæ ſubſunt, uulneres, mox tranſuerſam lineam per eundem umbilicũ ad ſpurias usq; coſtas facies. Factis hunc in modum ſectionibus, cutis angulum, qui ex quatuor rectis angulis umbilicum ſpectantibus ſuperior dexterq; eſt, hamulo, aut ſummis ſiniſtræ manus unguibus attollito, acutiſsimaq; nouacula cutem ab adipe ſecernere ſtudeto. Vbi cutis portiunculam liberaueris, hac ſiniſtra manu eleuata, reiectoq; hamulo, paulatim cutem ad mamillas uſque uerſus dorſum tranſuerſis ſectionibus proximè ad cutem factis, ab adipe diuides. Hac abdominis thoracisq; parte ſic cute nudata, reliquæ tres pari modo ſunt detegendæ, ac cutis & cuticulæ natura uenit indaganda, quæ in cute quidem abſq; alio negotio ſeſe offert: cuticulæ uerò non niſi illam ardentis cãdelæ, quam cuti adhibeas ui, ueſiculæ modo à cute abſcedere cogas. Cum cute deinceps & uenis ſub ipſa ſecundum abdominis regionem, & ab imo ſurſum & à pectore deorſum excurrentibus adipe quoq; examinata, ſi hac homo abundet, illam quemadmodum iam cutem ab adipe liberaſti, à carnoſa membrana ſeiunges. quod ſanè niſi acutiſsima nouacula nunquam aptè confeceris. Si uerò macilentius obtigerit corpus, adipem carnoſæ membranæ adhærere ſines. Vtcunq; feceris, ſiue adipem abraſeris, ſiue adnatam membranæ reliqueris, ijſdem per membranam ductis ſectionibus, quas à pectore ad pubis os, & ab umbilico ad ilia in cute faciendas retuli, harum quoq; ſectionum anguli hamulo ſunt ſeriatim eleuandi, & ipſa membrana retuſiori, ſi lubeat, nouacula, aut digitorum beneficio à ſubditis corporibus ſeparanda, ut iam ſimul cum magna thoracis parte uniuerſum abdomen cute, adipe & carnoſiori membrana detectum occurrat.
        - *Muſculorum abdominis*, & uel
          - *Obliquorum.* Linea recta candida, ubi cutẽ ademeris, à mucronata cartilagine per medium umbilicum adusq; pubem apparet, qua recti muſculi diſtinguuntur. Iuxta huius lineæ candorem membranoſi obliquorum muſculorum tendines coeunt, qui rectos tegunt muſculos. quare lineam hanc primum leuiter ſecabis, ut nihil eorum, quæ ſubſunt, cõuulneres: ſed tendines obliquorum rectis inſidentes, & ſuper ipſos coeuntes, à mutuo contextu ſecernas. Vbi iam ſuperficiarium obliqui deſcendentis muſculi tendinem, deinde ſecundum ſub ipſo, qui à ſecundo muſculo utrinq; naſcitur, à rectis muſculis & tranſuerſis ſeparaueris, ac ubi utrumq; utriq; connexum oſtenderis, rectorũ conſectionem aggredere.
          - *Rectorum.* Rectum muſculum hamulo eleuabis, uel ſiniſtra manu ad latus modicè actum, digitis uidelicet quatuor ad eius longitudinẽ iniectis, diſſecabis, paulatim à ſubiectis corporibus ſeparans: inde initia ipſorum iuxta cartilaginẽ mucronatam liberato. eoq; ſic facto, uenas ac arterias ab interna ipſorum parte inſpicito, quæ ex uaſis ad crura tendentibus in muſculos indidem ſuos propagatæ, ſurſum feruntur: deinde cum extremis uenarum & arteriarum, quæ per thoracem à glandio ad præcordia deferuntur, in idem coeunt: per quas potiſsimum mamillis cum utero eſt communio.
          - *Tranſuerſorum.* Hi membranoſis tenuibusq; tendinibus adeò peritonæo obhæreſcunt, ut pars eius eſſe uideantur nonnullis. ſed fibræ ipſos intercurrentes apparent, quòd in peritonæo non eſt. Diligenter itaque rem adminiſtrato, ne dum muſculi tendinem à peritonæo liberas, hoc conuulneres.
        - *Peritonæi*, quod per rectam lineam ſecũdum.
        - *Omenti*, cuius origo ad ſpinam eſt, ubi uena magna, arteriaq; exporrigitur: ex uena autem porta, multas propagines capillorum modo tenues recipit: uti uidebis, ſi id ad pubem unguibus laceres, & ſuperiorem ipſius tunicam thoraci expandas, inferiorem inteſtinis porrectam relinquens, ut ſpacium uideas membranis intercedens ad præcordia. Præter uenas, arteria quadam & neruo, & ſexto cerebri pari ſenſus gratia intertexum eſt. Hoc liberandum eſt ab inteſtinis, quibus raris & tenuibus ligamentis cohæret, & à reliquis uiſceribus.
      - *Internarum* uidelicet
        - *Inteſtinorum.* Diſſecto itaq; peritonæo & omento ſuper pectus reuoluto, inteſtina à recta incipiens ad uentriculum uſque ſolis manibus oſtendes: primũm rectum, deinde colum, poſtea cæcum, mox ileon, poſtremò ieiunum. Hæc autem ut melius inſpiciantur, ex toto corpore eximenda ſunt. Quod ut commodè præſtes, funiculo rectum inteſtinum excipies: aut ſi unà uentriculum uelis auferre, eius ſuperioris orificium, deinde uaſa, quæ in iecoris cauo ſunt, & arterias, quæ ante renes in ea diffunduntur: & illam, quæ ſub renum regione in meſenterium pertinet. Poteris abraſis à meſenterio inteſtinis, & per miniſtrum cum uentriculo ablatis, iubere ea inflari, & illorum longitudinem quoquomodo tunicasque ſcalpello acutiori inueſtigare, deinde meſenterij duas tunicas & intermedia glanduloſa corpora, & uaſa diſſecare, & adipem uentriculo inhærentem intueri, ſi ipſum inuertas.
        - *Ventriculi.* Vide in ſequentibus ſignum ❧
    - *Thoracis.* Vide in ſequentibus ſignum A.
    - *Capitis.* Vide in ſequentibus ſignum B.
  - *Artuum.* Vide in ſequentibus ſignum C.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0085-0

Partiũ uẽtris internarũ ſectio, ut

*Ventriculi*, iecoris, uenæ cauæ, & lienis. Perpenſo inteſtinorum ſitu, ac ijs utcunq; in ſuum locum repoſitis, omentum rurſus inteſtinis eſt obuoluendum, uentriculiq; iecoris & lienis ſitus uenit inueſtigandus. Primùm itaq; inter ſeptum tranſuerſum & iecoris gibbum, manum inſeres, ut illius gibbum ligamentaq; in conſpectũ ueniant, ac quo nam pacto ex præcipuo iecoris ligamento tenue ipſius inuolucrum naſcatur, intuearis, manum tranſuerſim hinc inde ducens. Deinceps inter iecoris cauum & dextrum uentriculi latus ſiniſtram manum, dextram uerò inter ſeptum & latus uentriculi ſiniſtrum impones, paulatimq; inuicem adductis manibus, ad uentriculi ſuperius orificium accedes, quod in conſpectum ueniet, ſi modò iecur ſiniſtra ſurſum nonnihil protruſeris, & dextra uentriculi corpus deorſum compreſſeris, atq; una eademq; opera iecoris cauum ac uniuerſum ipſius ſitum obiter examinaueris. Præter hæc, ea quoq; operatio uentriculi ſedẽ etiã accuratè commonſtrabit, dummodo hinc inde, nunc iecur ſurſum trudens, nunc uentriculum deprimens manus ducere non detrectes. Lienis porrò ſedem adinuenies, ſi inter ſiniſtrum uentriculi latus, & ſeptum tranſuerſum, ſiniſtrã manũ immiſeris, uentriculumq; cum colo inteſtino hac excurrente, in dextrum latus attraxeris: ſiquidẽ tunc lienis ſuperius & dimidium ipſius caui latus ſeſe uiſui offerunt, & ſi dextram manum inter lienẽ & ſeptum tranſuerſum mediam immiſeris, lienemque modicè eleuatum uerſus uentriculum protruſeris, ipſius quoq; gibbum apparebit. Cæterùm iam omenti membranæ inuicem ſunt dirimendæ, quod fiet, ſi dextram omento ſubieceris, hacq; inferiorem membranam, ſiniſtra uerò manu ſuperiorẽ apprehendere, trahereq; ſtudueris. hæc enim ocyus inuicem dirimuntur, marſupij, ſeu ſacculi ſpeciẽ commonſtrantes: qua uiſa, inuicem membranas adeò diuelles, ut alibi lacerentur, commodeq; manum in illarum amplitudinem inſeras, & utrinq; in lateribus, & humiliori omenti fine ſuperiorem membranam ab inferiori diſcerpas. Iam inferiorem membranam inteſtinis exporrectam ſinere conuenit, & ſuperiorem adeò pectoris ſupertendere, ut elatius uẽtriculum è ſua ſede eleuet. quod ſi non ſucceſſerit, ſodalis manu id facias oportet, ut commodè inferioris omenti membranæ exortus, quæq; per ipſam feruntur organa in conſpectum ueniant: ac diſcas pariter, quo nam pacto hæc in hominibus colo inteſtino meſenterij uice ſit, tota ea ſede qua colum uentriculi fundo attenditur. In hac enim mẽbrana ubi uentriculo ſubſternitur, minor portæ uenæ truncus ferri, ſuosq; in quos digeritur ramos educere apparebit. Deinde præter truncum conſpicietur arteria, quæ lieni, uentriculo, iecori, bilis ueſiculæ, & ipſi demum omento ſurculos deriuat. ſic quoque & arteriæ radix, quæ ſuperiori ſede meſenterij diſſeminatur: deinceps & nerui duo, quorũ dexter iecori bilis folliculo, & dextri fundi uentriculi ſedi, & hac quoq; parte omento ſpargitur, ſiniſter uerò lieni, & ſiniſtri fundi uentriculi ſedi, ipſiq; dextræ omenti parti diſtribuitur, & ante hæc omnia in humiliori omenti membrana, qua uentriculo ſubiacet, corpus glandoſum, uaſorum & neruorum ſeriem muniens cernitur. Cæterùm uentriculo in ſuum locum repoſito, illum in ſiniſtrum latus cum inteſtinis trahi curabis: iecur uerò, ut ipſius cauum adamuſſim uideas, in dextrum & uelut ſurſum protrudes. deinde poſtquam obiter bilis ueſiculam contemplatus fueris, ſectionem omnium totius corporis moleſtiſſimam maximeq; operoſam aggredieris. Bilis namq; meatus, & neruorum & arteriarum, uenarumq; rami (qui omnes ſimul inferiori membrana omenti ad cauum iecoris colligũtur) nunc ueniunt retuſiori cultello examinandi. Offertur itaque neruulus primum ab humiliori uentriculi orificio iecoris cauo inſertus, qui à ſexti neruorum cerebri paris propaginibus ſuperius uentriculi orificium adeuntibus pendet. Vbi hunc neruulum à uicinis organis diremeris, à membranarum connexu diuidendus eſt alter neruus, qui uno ramo iecoris cauum, altero autem bilis ueſiculã accedit. Huic neruo arteria attenditur, parem cum illo efficiens diſtributionem, ac mox poſt neruum liberanda. Huius uerò, ut & nerui initium, paulo pòſt inuenies. nunc enim ſat eſt, hæc inuicem iuxta iecoris cauum ſeparare, hicq; eorum ſeriem diſcere. Sub arteria bilis ueſiculæ meatus conſiſtunt, à portæ uena iam liberandi: primùm duo illi, qui ex iecoris cauo ex multis ſurculis colliguntur, & illico in unum coeunt meatum, qui una parte in bilis fertur ueſiculam, altera in duodenum inteſtinũ. Vbi hos à portæ uena ad inteſtinum uſq; & bilis ueſiculã ſecreueris, illam pollice adeò comprimes, ut meatus bile turgentes commodius appareant, & num quis meatus ab hac ueſicula in uentriculum pertingat, animaduertas: quem ſi nõ inueneris, acu meatũ in inteſtina properantem leuiter pertundes, ut profluens bilis argumento ſit, nullum proceſſum ab illo meatu tibi incuria præſectum. Poſtremò uena portæ eſt examinanda, ac illico atq; ipſius circumſcriptionem, qua ex iecore prodit animaduerteris, propagines illius obtuſiori cultello ſunt inquirendæ, ſemper arteriæ & nerui, uenæ per uniuerſum ipſius ſeriem attenſorum, diligenti habita ratione. Primùm itaq; ſurculos portæ aggredieris, qui bilis ueſiculę exporriguntur: deinde eum, qui ferè citra arteriæ conſortium in dextram uentriculi ſedem, iuxta ipſius inferioris orificij poſteriorem regionem modica ramorum ſerie digeritur. Hunc ſequitur, qui dextram fundi uentriculi partem & mediũ ſuperioris omenti membranæ perreptat. Poſt hunc, qui duodeno nobis uocato inteſtino deriuatur, quem ſecundum inteſtini longitudinem in corpus quoddam glandoſum carneumq; deſcendere obſeruabis, ſi modò retuſiori cultello uenam, illiq; accumbentem neruum arteriamq; nudare ſtudueris. Modò magnam portæ diſtributionem deteges, truncũ, qui meſenterium adit, obiter tantùm expendens. Atq; hoc in præſentia relicto, ad truncum, qui lieni potiſsimum exporrigitur, te conferes. Atq; ut hunc commodè uideas, uentriculus & inteſtina tibi ueniunt ad eum modum aptanda, quo ſituabantur dum inferiorem omenti membranã intuebaris, ac uentriculum ſodalis manu ſurſum attolli, & inteſtina deorſum premi curares. Patente itaq; nunc tibi ſuperiori ſede humilioris omenti membranæ, accurata cura ramos omnes minoris portæ trunci examinabis, quos omnes aut uentriculo, aut lieni, aut ipſi omento, coloq; inteſtino in homine exporrigi adinuenies. Interea uerò, quum ramos hos inquires, ipſosq; à glandoſo corpore illos ſuffulciente liberabis, omnibus ferè arteriam, multis autem neruum attendi obſeruabis. Arteriarum radix ſeſe offeret, in elatiſsima inferiori omenti mẽbranæ ſede, ubi etiã occurret magnæ arteriæ in meſenterium deducendæ origo: deinde utrinq; unus ſeſe offeret neruus, ad magnæ hac deſcendentis arteriæ latera exiliens, ſexti neruorum cerebri paris propaginum, quæ coſtarum radicibus exporriguntur, ſoboles. cuius ramuli unà cum arterijs dum uenã nudas, in conſpectũ ſemper ueniunt. Iam & grandioris portæ trunci, & paulo antè dictæ arteriæ & nerui per meſenteriũ ſeriẽ, & quæ inibi diuiſionibus præſunt glandulas inueſtigare tempeſtiuum eſt. Primùm itaq; ſolis manibus inteſtina hinc inde inuicem diduces, & nunc in dextrum, nunc in ſiniſtrum latus reuolues, ut citra ſectionem meſenterij naturam perfunctoriè contempleris. Deinde obtuſiori cultello maiorem uenæ portæ truncum, & dictam nuper arteriam & neruum inuicem liberabis, & deinde ut uniuerſum ipſorum ductum, & glandulas diuaricationibus interiectas intuearis, unguibus unam meſenterij membranã ab alia diuelles. Ac hoc per uniuerſum meſenterium haud uenit tentandum: ſuffecerit enim in præſenti à centro ipſius aliquot uaſorum ſurculos ad tenuia uſq; inteſtina deduxiſſe, ac mox alteram meſenterij arteriam aggredi, à magna arteria ipſi poſt ſeminalium arteriarũ ortum depromptam. Atq; hanc promptè inuenies, ſi cum inteſtinis meſenterium in dextrum latus reuolueris, unguibusq; aut obtuſiori cultello meſenterij membranas, qua colo ſub ſiniſtri renis ſede adnaſcitur, inuicem dirimere conaberis. Hic enim illico eius arteriæ rami uenis cõmiſſi ſeſe offerent, rurſus arteriæ radicem commonſtrantes. Quam ubi inueneris, ipſius diuaricationẽ proſequere, ut diſcas, qui hæc cum uena meſenterio ſuffulta recto inteſtino ramos exporrigat. Parum modò ſolicitus, etiamſi uenæ huius extrema in rectum inteſtinum inſeri non intuearis. Cæterùm inteſtinis à uentre, ad eum, quem paulo antè dixi modum, liberatis, uentriculus quoq; unà cũ liene eximendus eſt, neruis ipſius orificio inſertis diligenter prius examinatis. Vnguibus itaq; quantum fieri licet in homine, peritonæum à ſepto tranſuerſo ad uentriculi uſq; ſuperius orificium auellere conaberis, ut tertiæ uentriculi tunicę uideas principium. Quod ubi paululum à uentriculi orificio liberaueris, ſtudebis utcunque etiam diuulſam ad uentriculi fundum deducere, ut ex tertia uentriculi tunica ſuperiorem omenti membranam conſtitui oririq; diſcas.

Reliqua uide in ſequentibus ſignum ⁂

*Renum.*
*Vaſorum.* } Vide in ſequentibus ſignum ❁
*Teſticulorum.*

Deindè

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0086-5

** *Reliqua* ad partiũ uentris internarũ ſectionẽ pertinẽtia.

*Deinde* acu ſub ſuperiori orificio uentriculi traiecto, uinculum ſedulò nexum ipſi inijcies, paulo ſuprà uinculũ ſtomachũ à uentriculo tranſuerſim liberans. Nunc uentriculo miniſtri manu è uentre eleuato, non tamen penitùs (ne uenas rumpas) exempto, inferioris omenti membranæ & meſenterij ex peritonæo originem diſces, ſolis unguibus hanc à dorſo ſenſim diſtrahendo utens, uinculis uerò pleraq; intercipiens. Primùm ſimul omnia, quæ in cauo iecoris occurrunt, portæ ſcilicet uenam, arteriam, & bilis meatum, aut ſi lubet ſingulis ſeorſim funiculos accommodabis, poſt hæc arteriarum radicibus, quæ meſenterio & inferiori omenti membranæ primum digeruntur, illa ſanè arteria non omiſſa, quæ ſub ſeminalibus arterijs orta in meſenterium fertur. Atq; his omnibus unum duntaxat uinculum addi ſat eſt, quanquam duo inijcere nihil prohibeat: imò, idq; præcipuè ad ſuperius uentriculi orificium, plurimũ conduxerit. Inductis in hunc modum uinculis, porta, & reliqua quæ interſepta ſunt, ita ut uinculum in corpore maneat diuidentur, & ocyus ſolarũ manuũ opificio uentriculus cũ liene ex uentre exempta menſæ imponentur. Porrò ut lienis ſubſtantiam obſerues, aliquot ſectiones ipſi induces, & illo inter duos aſſeres compreſſo, ipſius ſubſtantia ab illi inſertis uaſis aliquot locis ſeparabis, hacq; ratione uaſa aliquot ſola & lienis carne enudata ſpectabis. Ventriculum uerò lauandum, deinde ueſicæ inſtar inflandum dabis, ut ipſius maximam capacitatẽ intuearis, & tunicas ipſius examines, poſtmodumq; inuertas, ut ſuprà etiam dictum. Porrò ubi hæc omnia exemeris, ſi quis ſanguis alibi effluxerit, & quæ in uentre adhuc reliqua ſunt oblitterauerit, ſpongia aqua copioſiori, non autem aceto imbuta, ſemel atque iterum eluendus eſt. Eluto itaq; ſanguine, ac obiter ijs, quæ adhuc in uentre reliqua ſunt, abſq; ſectione inſpectis, & iecore nulla ex parte uulnerato, ſed uenæ cauæ gratia in corpore aſſeruato, donec thoracis partes adminiſtraueris. De hoc igitur plura in thoracis adminiſtratione.

Θ. *Adminiſtratio reliquarũ partiũ uẽtris:* ſcilicet

*Renum.* Hi prope cauam uenam ſiti ſunt, ſubſtantia denſa & ſolida. In utroq; ſinus exiſtit, corpore quodã membraneo circundatus: quem ut uideas, alterum è duobus renibus (dextrum autem potius, ſiniſtri uaſis ſeminarij gratia) adipe membranoſa ipſi obhæreſcente denudato: ac ubi uenam ac arteriam, quæ ſanguinem deferunt, funiculo interceperis, per gibbam eius partem in longum diuidito, uſq; dum ſcalpro ad ſitum eius perueneris, in quo uaſa plures in ramos diffundi cernes, ac membranam, qua urina diſtillat in alium ſinum minorem, quem excipit meatus oblongus, quem οὐρητῆρα nominamus. Feruntur hi meatus urinarij ex renibus ſinguli, albicantes, ualidi, ſubſtantiæ ueſicæ ſimiles, anfractuoſi circa ueſicæ, cui inſeruntur, initium. *His peculiaris tunica adeſt, ſimiliter omnibus, quæcunq; peritonæo ſuſpenſa ſunt, obducta, hanc unguibus, aut hamulo uſque ad extremum excoriabis, ratione in hoc opere habita, ſi fœminam diſſeces, uaſis ſeminarij, quod meatui illi incumbit, teſticuli, & ipſius uteri: ſi maſculum diuidis, ſolius uaſis ſeminarij.*

*Vaſorum* ſeminalium in

*Viris.* Primùm à pubis oſſe inter inguina ſectio ad podicem uſq; ducenda eſt: deinde dextræ ſeminali uenæ, quà ex caua oritur: deinde & arteriæ ortui, quæ inferiorem meſenterij ſedem adit. Inter hæc duo organa partim aſcendens, partim deſcendens, niteris obtuſo cultello cauam uenam ex ſiniſtro ipſius latere ab arteria magna dirimere, membranoſis fibris, quorum interuentu hæc uaſa committuntur, diſſectis. In hoc opere duarum ſeminalium arteriarum radices in conſpectum uenient, eæq; quò illæ porrigantur, commonſtrabunt, ſi modò ab exortu eas arterias ex membranulis, quibus inuoluuntur ad ſeminales uenas uſq;, quibus tandẽ committuntur ſedulò, nullaq; in trahendo ui facta liberaueris. Hæc ubi intuitus fueris, animum ſiniſtræ ſeminali uenæ adhibeas, quam ex medio uenæ ductu enaſci citra ſectionem utcumque conſpicies. Vt uerò ritè intuearis, num à renis ſiniſtri quoq; arteria, ſeminale uas originem ducat, obtuſo admodum cultello, membranulas à renis uena detrahes, & accuratè aliquouſque uenæ ſeminalis principium quoque à membranulis liberabis: deinde uenam renis ab arteria nonnihil deorſum reflectes, numq; ex ipſius ductu ramus, qui ſiniſtræ ſeminali uenæ exporrigitur, principium obtineat, inquires. Vbi uerò hunc non inueneris, ſiniſtro rene pari ratione atque dextro aggreſſo, ſeminalium uaſorum conſtructionem examinato.

*Mulieribus.* Pubis oſsium cartilaginem, ut in uiris, diuides, ac illis inuicem quàm poteris maximè ui diremptis, mox cultello uenam ac arteriam ſeminales dextri lateris ad teſtem uſque ex pingui cui obducuntur membrana nudabis, obſeruans ne ramos ab illis priuſquam anfractus ſuos conſtituant, in elatiorem fundi uteri ſedem exporrectos uulneres. Poſtquam uerò anfractus ad teſtem deduxeris, perinde ac in uiris ipſorum inſertionem, *& deferentis uaſis proceſſum, ipſiusq; in uterum inſertionem, & teſtis ſubſtantiam formamque examinato, uas illud ex pingui, cui inhæret membrana liberans, quæ ueſpertilionum alis imagini multum accedit. Hæc poſtea in altero latere obſeruanda ueniunt.*

*Teſticulorum.* Vbi ſeminalium uaſorum ortum didiceris, & uenas ad arterias uſq; ſenſim ex membranis ipſas liberans, deduxeris, ſi maſculi obtigerit corpus, penis cutem & ſcrotũ à teſtib. adimes. Primùm itaq; à pubis oſſe recta ſectione p penẽ in cute duces, & deinde eius ſectionis labris hamulo aut unguib. eleuatis, cutẽ cum carnoſa membrana à pene a . . . eres, adamuſsim cõſiderans in cutis extremo ipſius cũ carnoſa membrana coalitũ, & carnoſæ membranæ ſub glande à penis corporib. abſceſſum. adhæc perpendes ipſius ad glandis radicem ligamentum, deinde & uenas cutẽ eã adeuntes. poſtremò nullã pinguedinẽ adipem ue inter cutẽ & carnoſam membranam, ut neq; in palpebris hic reperiri, ac proinde leui occaſione, ut illas hyatide aut inflatione penis cutẽ infeſtari. Pene detecto, & deductis crurib. à pubis oſſe inter inguina & ſiniſtrum teſtẽ ſectio ad podicẽ uſq; ducenda eſt, & deinde cum penis cute ſcrotũ à teſtibus & interfœminio liberandum, ſectionibus ſemper uerſus dextrũ latus deductis. Quum uerò teſtes cute carnoſaq; membrana nudas, ne teſtes ſuo loco moueas inuertas ue, accuratè obſeruandũ eſt. Quum primũ enim cute nudati ſunt, ipſorũ ſitũ, & cui'nã potiſsimùm parti uaſa ſeminalia illis implãtentur, indagare oportet, ut naturæ diſcas prouidentiã, quæ teſtes ita collocauit, ut ipſius uaſa ſint tutiſsima, illiſq; ipſi teſtes uelut propugnacula præponantur. Iam dextrum teſtẽ cum ipſius uaſis & tunicis à ſiniſtro digitis aut cultello dirimes, & iunctis cadaueris cruribus dextrum teſtem femori impones, ac mox cultello uenam & arteriam ſeminales dextri lateris, uicinis mẽbranulis ad peritonæum uſq;, quã illæ procidunt, deteges, hic primũ in interiori ſede peritonæi, poſtmodũ in exteriori qualiter tranſeant, ſolis manib. conſiderans. Deinde ſtylum foramini, qua egrediuntur ui ad teſtis uſq; infimam ſedem protrudes, & peritonæum uſq; ad foramen qua uaſa tranſmittit diuides. Inſuper ſecundum ſtyli longitudinem cultello foramini quoq; indito, ad humilimam uſque teſtis ſedem primam ipſius peculiarem tunicam ſecabis, & repoſito cultello, diſtentaque tunica huius à peritonæo ortum, & ualidum ad humilimam teſtis partem adnexum, præterea & teſtis muſculum examinabis. huius namque natura, ductas & forma in conſpectum ueniunt unà cum gracilibus ramulis, à uena & arteria in hanc tunicam numeroſa ſerie excurrentibus. Hac tunica relicta, teſtem & uaſa nunc rurſus hinc inde diligentius ſubleuans, reuoluenſque uenam arteriamque ab ipſis contermino ſemen deferente uaſe ad teſtis uſque elatiora diſcernes. Vt uerò uenæ arteriæque inſertionem adamuſsim diſcas, uas ſemen deferens à proxima teſtis corpori tunica eſt liberandum, non quidem uniuerſum, ſed ad eam uſque partem, quæ uenæ arteriæq; finibus eſt proxima. Liberabitur uerò uas ipſum facilè, ſi tranſuerſas ſectiones inter teſtem & uas illud ad ſuum uſque principium acutiori nouacula duxeris. Hac ſiquidem adminiſtratione uaſis illius anfractus, & ad teſtis connexum, ortumq; manifeſtè animaduertes. Verùm nulla ipſius cauitas, neq; quo pacto illud à teſte ſemen aſſumat, in conſpicuo erit. Hoc enim nihil, niſi poroſum quid qua teſti adnaſcitur referet, nullo meatu manifeſto ex teſte in ipſum pertinente. Semen deferenti uaſe ab intimo teſtis inuolucro ad eum modum liberato, uenæ ac arteriæ anfractuum ramuli proximæ teſtis corpori tunicæ oblati melius conſpiciuntur. Vt uerò prorſus in conſpectum ueniant, ſanguinem ex anfractibus ad teſtem comprimes, & deinde anfractibus uinculo ne ſanguis refluat interceptis, teſtem ſecundum ipſius longitudinem diuidere conuenit: deinde qui ex tunicã teſti proxima, & ex anfractuum fine rami ad teſtis ſubſtantiam excurrant, qualiterq; teſti ea tunica committatur, quæq; teſtis ſit ſubſtantia, obſeruare. Atq; hæc primum in uno quidem teſte, deinde in altero ſunt examinanda.

*Penis*, & reliquarum partium uentris. Vide in ſequentibus ſign. **



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0087-1 DFG

*Penis*, ueſicæ & urinariorum meatuum, & reliqui ſemen deferentiũ uaſorum ductus, inſertionisq́; cum adenoſo aſiſtate, & omniũ uenis, arterijs & neruis. Diductis itaq; cadaueris cruribus, & cute, ut antea docuimus, ab interfœmineo adepta, primum duos muſculos ab orbiculari muſculo recti inteſtini in penis radicem, & potiſsimùm in meatum urinæ ſeminiq́; cõmunem pertinentes aggredieris, deinde alios duos, qui ab humiliori pubis oſsium ſede originem ducentes penis corporib. inſeruntur, adimes, ac illico penis corporum originẽ examinabis, acuto cultello dextrũ corp' ab oſſe unde pronaſcitur, quàm poteris proximè diuidens. Deinceps uerò in penẽ excurrentib. uenis, arterijs & neruis perfunctoriè hic perpenſis, oſſa pubis inuicẽ ſunt ſeiungenda: quod fiet ocyus, ſi ueſicæ corpus à peritonæi parte pubis os ſuccingente, cultello diremeris, & deinde cultro quàm minimè craſſo pubis oſsiũ cartilaginẽ recta ſectione penitus diuiſeris. Mox uno cadaueris crure in menſa relicto, & alio ab illa propendente, ita cadauer in menſa reclinabis, ut ipſius os ſacrum menſæ lateri incumbat, & ui diductis cruribus, ad trium quatuorúe digitorum latitudinem pubis oſſa inuicem ſeiungas. Quapropter pubis oſsium cartilagine diſſecta, & dein ipſis oſsib. ui direptis, primum à renib. urinarij meatus à ſuis membranis quib. obuoluuntur, ſunt liberandi, atq; ad ueſicæ uſq; corpus perducendi: deinde uaſa ſemẽ deferentia, quà ad pubis oſſa deorſum in peritonæi amplitudinẽ reflectuntur, pari modo ad glandoſum aſiſtentem uſq; ex pinguioribus, quib. integuntur mẽbranis denudandi, atq; in eo opere ſodalis manu ueſicã modò in dextrum modò in ſiniſtrum cõprimere eſt neceſſum, idq́; maximè cum uenæ cauæ, & magnæ arteriæ ſeriem hac in ſede inquiris. Quibus diligenter uiſis & examinatis, ſiniſtri penis corpus à pubis oſſe etiam dirimito, & quàm poteris cõmodiſsimè ueſicam, ipſiusq́; ceruicem à recti inteſtini termino, cui fortium fibrarum interuentu hæret, diuidito, abſectis interim uenis & arterijs in ueſicã penemq́; excurrentibus: quas ſi prius uinculis fortè interciperes, parum profectò ſectioni obeſſes. Veſicã modò ſimul cum pene exemptã, alteri cruri aut aſſerculo impones, & denuò ſeminalis uenæ ac arteriæ ductum uerſus teſtem, & à teſte deinde ſemen deferentis uaſis ad glanduloſum aſiſtentẽ progreſſum obſeruabis, quo denuò exactius ſeminalium uaſorum harmoniam expendas. Poſt hæc muſculum ueſicæ meatui præfectum examinabis, & oblongiori ſtylo penis glandi ad ueſicæ uſq; fundum impoſito, ueſicæ meatum à glande ad ipſius uſq; fundum cultello ſecundum ſtylum porrecto diuides, ut ſimul ueſicæ cauitatẽ, & ipſius tunicam, & urinam deferentium meatuum inſertionẽ, & ſemini urinæq́; cõmunẽ meatum peni exporrectum intuearis. Alicubi igitur urinarium meatum ex renibus in ueſicã pertinentẽ forato, ſtylumq́; ad ueſicæ fundum uſq; indito, ut membranulas meatus illius ori in ueſicæ fundo connatas ſpectes. quanquam etiam integrum ſit, ex ueſicæ fundo ſtylum ipſius meatibus indere. Corpus uerò glandoſum ſemen deferentium uaſorum ſuſcipiens implantationem, ut lubet poteris diſcindere, & quonam pacto ea ueſicæ meatui immittantur perquirere. Poſtremò ueſicæ ceruicem à duob. penis corporib. ad glandem uſq; cultello ſecernes, ac deinde duo corpora quoad poteris inuicẽ dirimes, quamq́; habeant formam, quaq́; natura ad glandẽ ſint prædita conſpicies. Vt uerò ad amuſsim ipſorum diſcas ſubſtantiam, peni nunc tranſuerſas, nunc longas, rectasúe ſectiones induces.

** *Adminiſtratio reliquarũ partiũ uẽtris: nempe*

*Muſculorum* inteſtini recti. Reiecta cum ſuis appendicibus ueſica, tres recti inteſtini muſculos, & uenas examinabis, quæ à portæ uena huc deducuntur, & quæ cauæ hac in parte ſunt ſoboles. Vbi id quoq; præſtiteris, recti inteſtini finem ex corpore exſectum abijcies. Deinde cauam uenam, qua primum ſub iecore cõſpicitur, & magnam arteriam, quà ſeptum tranſit, deinde ipſarum præcipuos ramos crus adeuntes uinculo duplici intercipies, ut ſimul cum renibus, ſi adhuc eos in corpore reliqueris, uenas omnes arteriasq́; ex uentre auferre liceat, &c.

*Vteri, ueſicæ, urinariorũ meatuũ &c. & uel in muliere*

*Non grauida*. Cùm igitur mulieris ſeminalium uaſorum originem didiceris, ſolis manib. adinueniendus eſt uterus & ueſica, inſuper teſtes & muſculi, & uenæ quoq; cum arterijs uteri fundo, & ceruici exporrectæ, priuſquam ſcilicet aliquid diuidas. Deinde diductis cruribus à pubis oſſe utrinq; ſecundum pudendi colliculos ſectio in cute ad podicem uſq; ducenda eſt, ut deinceps inguina aliquouſq; opportunè cute denudentur, & ea quæ in medio ſectionib. intercipitur, uerſus pudendum quoq; à pubis oſsibus ſeparetur, uuluęq; ad huc appenſa maneat. Pubis uerò oſsium cartilaginem diuides, ac illis inuicẽ ui diremptis, mox cultello uenam ac arteriã ſeminales dextri ac ſiniſtri lateris ad teſtes uſq; ex pingui membrana denudabis. Poſtquam uerò ad teſtes anfractus deduxeris, ipſorum inſertionem & deferentis uaſis proceſſum, ipſiusq́; in uterũ inſertionem, & teſtis ſubſtantiam formamq́; examinato, ex pingui membrana liberans. Poſtquã hæc examinaueris, animum adhibebis uenis ac arterijs inferiorem uteri fundi ſedem, & ceruicem, ueſicamq́; adeuntibus, quæ in grauidis animalibus accuratiſsimè, ut & illi, qui à ſeminarijs uaſis in uterum porriguntur, utq; etiam omnia uteri reliqua in conſpectum ueniunt, quandoquidem in illis ſupra modum uenæ ac arteriæ turgent. Vrinarij meatus à renibus in ueſicam pertinentes, ſimiliter ac in uiris ad ueſicam uſq; à ſuis mẽbranulis ſunt emundandi, & deinceps uterus cum ueſica ex corpore eximendus, diſſectis in ipſum & ueſicã procedentib. uenarum, arteriarum & neruorum ramis, & membranulis uterum uaſaq́; illa continentibus, & fibris quoq;, quorum interuentu uteri collum inteſtino recto ualidè continuatur unà amputatis. Exempti iam uteri formam contemplaturus, ipſius ceruicẽ inuolues, quo unà ueſicæ ceruicis in illum pertinentis foramen, & uteri fundi orificium citra aliam ſectionẽ uideas, & modò opportunè ueſicam & ipſius ceruicem muſculumq́; urinæ meatui præfectum longa ſectione diuidas, ueſicæ amplitudinẽ, & urinariorum meatuũ inſertionem, ipſiusq́; ceruicis cum uteri ceruice coalitũ inſpecturus. Inſuper uteri quoq; ceruici eodem modo ad illius uſq; os longã ſectionem inferes, ac acutiori nouacula uniuerſum uterum ſecundum latera ab ipſius orificio ad cornua uſq; diuides. ita enim illius ſinũ, ſubſtantiam formãq́; exactiſsimè contẽplaberis.

*Grauida*. Illicò à mucronata pectoris oſsis cartilagine, ad pubis uſq; os acutiori nouacula ſectionem molieris, quæ peritonæũ quoq; penetret: deinde aliam utrinq; ab umbilico ad ilia molieris. Hac namq; ratione ilicò ſe uterus ſpectãdum offeret: & ſi in alterum latus illum detruſeris, uenæ & arteriæ ipſi inſertæ ſupra modũ apparebunt turgidæ, adeò ut ipſarum neq; ſeries neq; ortus citra aliam adminiſtrationẽ latẽre poſsint. His itaq; uenis & arterijs, unà cum uena & arteria ſub recto muſculo conſcendentibus, diligenter obſeruatis, leuem ſectionẽ nouacula ſecundũ uteri longitudinẽ tentabis, cauens ne altius, quàm uteri eſt craſsities, penetres. poſt hanc alias duas utrinq; nimirum unã duces, cum illa rectos angulos facturas. Sectionũ labra unguibus apprehenſa inuicẽ modicè dirimes, & uteri tunicã ſolis manibus à ſecundina ſenſim diuelles, uenarum arteriarumq́; ora ex utero in ſecundinam pertinẽtia rumpens, quod in partui proximis feceris facilius. Exemptum ab utero unà cũ ſuis inuolucris fœtum in peluim aqua plenã repones, atrum & uiridẽ quodãmodo liquorẽ abluens, qui ex effractis uaſorum oris promanat, ſecundinæq́; obducitur. Modò aũt diligẽter ſecundinæ ſubſtantiã, & quæcunq; in illa ſpectanda ſunt, unguib. aut cultello examinabis, id imprimis animaduertens, num ipſa membrana quæpiã ſit uniuerſo fœtui obducta, an tantũ inſtar latioris cinguli ſit, lienis ſubſtantia efformati. Atq; hic etiam ſedulò expendes, qualiter ſecundinę ſubſtantia externæ ſuperficiei eius inuolucri pertinaciter obnaſcatur, quod farciminis imagini cõparamus, ſecundumq́; ſeu medium inuolucrum nuncupamus. Vbi itaq; ſecundinæ naturã adamuſsim examinaueris, fœtum hunc inde attolles, ſecundi illius inuolucri naturam cõſideraturus, quã ſimulatq; exterius inſpexeris, atq; qui totũ fœtũ ambiat didiceris, cultello id alicubi pertundes, & fœtus urinam profluere ſines, ipſumq́; inuolucrum à fœtu inuertes, atq; ab umbilici uaſis dependere tantiſper ſines, donec intimi quoq; fœtus inuolucri ſudorem cõtinentis harmoniã didiceris. Hoc itaq; pertuſum & ſudore euacuatum à fœtu amouebis, & ab umbilico ẽt propẽdere ſines, uaſa umbilici inuicem diſiungens, meatum illum præcipuè reperturus, cuius beneficio fœtus urina in ſecundũ ipſius inuolucrum perfertur. Inuenies autẽ hunc promptè ſi cultello uenas & arterias, quæ umbilico proximæ ſunt, diuiſeris, ac meatum in ipſorũ medio repoſitũ indagaueris. Abſciſsis his umbilici uaſis unà cũ fœtus inuolucris, & fœtu in menſam extẽſo, à clauiculis per coſtarũ cartilagines ad pubis uſque os ſectionẽ in ſiniſtro magis latere cultro aut nouacula molieris, quæ in thorace & peritonæi uſq; cauitatẽ ptingit: deinde ab umbilico uenã in iecur & arterias, ad ſuos, quib. inſeruntur ramos, & meatũ urinam deducentẽ ad ueſicæ fundũ, paruo admodũ negocio deduces, omnemq́; fœtus adminiſtrationem abſolues.

Admini-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0088-7
DFG

**A. Adminiſtratio ſeu ſectio thoracis partium, & uel**

**Exteriorum**

*Suſtentaculum* ceruici ſubijcio, cuius ope ea exporrigatur, caputq; in poſteriora reclinatũ pendeat, in quem uſum quadrangularibus illis fictilibusq; lapidibus uti conſueui, eos ſecundum longitudinem tenuioribus ſuis lateribus menſæ innitentes ceruici ſupponens, ac caput deprimens. Deinde faciem & uniuerſam colli anteriore ſedem cute nudo, ac primũ faciei muſculos qui frontis cutẽ & palpebras, deinde qui genas, labra & narium alas mouent aggredior, non præteriens in altero latere uenarum, arteriarum & neruorum ramos. Quum itaq; ad eum quem præcipimus modum faciei muſculos demonſtraueris, eos qui oſsi, υ imaginem referenti proprij ſunt, ac qui à pectoris oſſe in primam laringis cartilaginem ſcuti aſsimulatam feruntur aggredieris. Deinde à pectoris oſſe & clauiculis muſculum liberabis brachium pectori adducentem, inſuper illum qui à clauicula primæ coſtæ inſeritur. Ad hos muſculum quoq; ſcapulam pectori adducentem à coſtis ſeparabis, uenis uti iam diximus cum arterijs neruisque obſeruatis aut muſculis in uno latere duntaxat, in altero uerò uenas, arterias & neruos expendes. Poſt hos à pectoris oſſe & clauiculis reſecabunt, qui hinc ad mamillares capitis proceſſus aſcendunt, hac in omnibus obſeruata ratione ut ſinguli ſuis quibus inſeruntur oſsibus integri adhuc appenſi ſeruentur, poſtmodumq; in oſtendendo reliquorum ſui artuali muſculorum numero accommodari poſsint. Quo'nam autem artificio ſinguli ſint ſcindendi, quidq; in cuiuſq; ſectione priuatim ueniat obſeruandum, in ſecundo libro ſuis locis abundè ſum perſecutus. In præſentia à pectoris oſſe clauiculas acutiori cultello liberare contendes, robuſta quibus illæ pectoris oſsi colligantur ligamenta diuidens, ac interim accuratiſsimè cauens, ne cultello altius iniecto, quæ huic articulo ſubſunt uaſa uulneres. Atque hic cartilaginem examinabis, quæ clauiculam pectorisq; oſsis ſinum, præter alias articulorum cartilagines intercedit, & aliquò reponenda eſt, ut illa poſtmodum in ſceleti connexũ (ſi uiſum fuerit) uti queas. Liberatas autem clauiculas niteris ui à pectoris oſſe attollere, ac ab illo primaq; coſta, in exteriora reflectere. ita enim primæ thoracis coſtæ cartilago, qua coſtæ oſsi continuatur, in conſpectum ueniet: quæ cultro non admodum craſſo ab oſſe eſt liberanda: hic quoq; mente adhibita, ne culter profundius mergens, quicquam in iugulo uitiet. *Vbi primæ coſtæ diſſecueris cartilaginem, deinceps ordine reliquas omnes à coſtis cultro, aut ſi uoles nouacula dirimet*, continuaq; linea intercoſtales muſculos ad thoracis uſq; capacitatem diuides. *Liberatum nunc cũ cartilaginibus à coſtarum oſsibus pectoris os, nonnihil eleuatum modò in dextrum modò in ſiniſtrum latus* reflectendum eſt, & thoracem interſepientes membranæ quà pectoris oſsi proximæ ſunt, ueniunt unà cum cordis ſitu inſpiciendæ. Deinceps tranſuerſa ſectione ſeptum tranſuerſum à pectoris oſſe ipſiq; adhuc commiſsis cartilaginibus adimi debet, & pectoris os ſua mucronata cartilagine ſurſum attolli, ſenſimq; ab illo thoracem interſepientes membranæ diuelli. quod quum feceris uerſus cadaueris caput pectoris os reflectes, moxq; iuxta glandium, uenam & arteriam utrinque ſub ipſo prorepentes retuſiori cutello inter membranulas inquires, quas quum ſinguias uinculis interceperis, os pectoris cum ipſius ſimul uaſis à thorace auferes tunicæ coſtas ſuccingentis ſpeciem & intercoſtalium muſculorum, qui inter cartilagines habentur naturam perpendes. Aut muſculis illis non aliter examinatis, os pectoris aliquantiſper repones, dum thoracem mouentes muſculos ſimul omnes poſt cordis adminiſtrationem oſtendere uiſum erit. Quo autem ea quæ in thorace aggredienda ſuperſunt commodius commonſtrarentur, conſueui primum hamulo hinc inde coſtas ſuccingentem membranam auellere, & manibus ſi alicubi pulmo illi fibris cohæret, ab ipſa dirimere. Inſuper pertuſo coſtarum quopiam interuallo cui pulmo adnexus eſt demonſtrare ſoleo, quo'nam pacto hominis thorax ſubinde pertundatur, non abolita interim reſpiratione, neq; pulmonis motu quieſcente. Mox diuiſis intercoſtalibus muſculis, coſtas ad mediam ferè ipſarum longitudinem frangere ſolitus ſum: quod paruo fit negotio ſi ſingulæ ſeorſum manu fortiter apprehenſæ ui euertantur, inflectantur'ue. Verùm poſteaquam facilem illum parandi ſceleti rationem adinueni, *ut oſſa cadaueris illi compingendo ſubſeruiant*, coſtas integras reſeruari malim, & *manibus ſimul omnes coſtas quantum licet extrorſum retorquere*, & dein aliquouſq; diuiſis intercoſtalibus muſculis inuicem coſtas ſenſim dirimere: *ita enim ſatis patens thoracis* amplitudo efficitur potiſsimum, *ſi ſecundum dorſi longitudinem* ac ad thoracis ferè medium, lapidem aut globum aliquem ſubieceris, cuius ui dorſi gibbus extra thoracis amplitudinem prominens, intrò in thoracis amplitudinem ducatur, grandiusq; inter dextri ſiniſtriq; lateris coſtas fiat interſtitiũ.

**Interiorũ, uel**

*Neruorum* ſepti tranſuerſi. Coſtis itaque diductis aut diſruptis, pari ſemper ratione thoracis organa ſunt aggredienda, ac primum à glandio ad ſepti tranſuerſi nerueam ſedem dextrum ipſius neruum à dextra thoracem interſepiente membrana cutello liberabis: deinde ſi uoles ſiniſtrum quoque: quem ubi ſimul cum uena à iugulo pronata exporrigi uideris, illum iuxta ſeptum rumpas, uerſus ceruicem, ut poſtea ipſius uideas originem, illum reijciens.

*Membranarum* interſepientium. Mox membranas interſepientes cutello ſecundum thoracis longitudinem inuicem ſeiunges, atq; à cordis inuolucro liberatas, ipſarumq; ad ſeptum tranſuerſum connexu & uenarum arteriarumq; in ipſis ſerie perpenſis, illas è thorace auferes. Id duntaxat præcauens ne uas aliquod inſignius lædatur.

*Pericardij.* Iam tempeſtiuũ eſt ſolis manib. cor cũ ſuo inuolucro hinc inde mouere, quisq; ipſius ſitus formaq; inuolucri ſint examinare: quanquam & ad id ſummopere conducit inſpectio, quam modicè eleuato pectoris oſſe cordeq; adhuc immoto membranarum interſepientium cauſa fieri uolui. Pulmonis quoq; lobi manibus iam ſunt contrectandi, ut & ipſarum numerus, ſitus formaque indagentur, ac tandem cognoſcas nullam pulmonis partem uenæ cauæ quà inter ſeptum tranſuerſum, & cor conſiſtit, in hominibus ſubſterni: imò uenam ſimul citraq; interuallum & ſeptum & cordis inuolucrum penetrare, & qua uena hæc ducitur, inuolucrum magna amplitudine hominum ſepto priuatim connaſci. Cæterùm dum pulmonem obiter contemplatus fueris, inuolucrum cordis longa ſectione diuidetur, & liquor ipſi innatans ſpongia extergebitur, ac demum à cordis uaſis inuolucrum reſecabitur, adhibito ſtudio ne ſiniſtri recurrentis nerui principium uitietur.

*Cauæ uenæ.*
*Arteriæ magnæ.*
*Cordis.*
} Vide in ſequentibus ſignum Δ.

A.
*Partium* interiorum thoracis adminiſtratio, ſectio, examen: & uel

*Caua uenæ.* Vt uerò cauæ uenæ per ſeptum tranſitum tranſitum, ac ipſius per thoracem ductum examines, ſectionem ſepto ad uenæ uſque caudicem induces, præcauens ne duarum cauæ uenę propaginum in illud excurrentiũ radices ſimul uulneres: dein ſurſum paulatim conſcendens, qui cauæ dextræ cordis auriculæ committatur, citra ullam ſectionem obſeruabis. Sic quoque ſupra cordis baſim à cauæ dextro latere uenam ſine coniuge enaſci inuenies: cuius ramos ductumque melius diſces, ſi primùm dextram pulmonis partem uerſus ſiniſtrum latus eleuaueris, & poſtmodum ſiniſtrum in dextrum latus reuolueris, hæc nanque citra ſectionem fiunt obuia: quanquam exempto corde & pulmonibus illa adhuc licebit exactius intueri. Neque ſanè hæc obiter ſunt ſpectanda, at grauiter naturæ artificium in uenæ coniuge carentis ductu, principioque indagandum eſt, diligenterq; obſeruandum, num ut in agnis & porcis aliquando occurrit, uena quæpiam in ſiniſtrum latus porrigatur, iuxta cauæ ad cor connexum pronata. Porrò cauæ in iugulo diſtributio retuſiori cultello quo incumbens illi gladium adimetur, inquirenda eſt: neque ſanè alio tibi utendum eſt artificio, quàm ut noſtras ad manum habeas uenarum delineationes, mentemque ſumma cura accommodes, ne uenam aliquam pertundas. Vbi uerò cauæ ſeriem adinueneris, utraque iugularis & humeraria, prius tamen quantum poteris ſanguinis in illis compreſſo, & deinde caua uena, ubi ſine pari promit uenã, uinculis intercipientur, ac quicquid uenarum inter uincula conſiſtet, è corpore adimetur, & deinceps abluto ſanguine illicò ad arteriæ magnæ propagines neruosque recurrentes adinueniendos ſectio conuertetur.

*Arteriæ* magnæ. Corde itaque in manu aſſumpto uenæ arterialis & arteriæ uenalis ipſiusq; magnæ arteriæ radices, qua cordis baſi proximæ ſunt intueris: quod factu eſt facillimum, ſi cùm ipſarum coloribus tum ſitui mentem adhibueris. dextræque enim auriculæ uicina eſt arterialis uena, & albicans, ac quodammodo in ſiniſtra proficiſcens uiſitur, ac inter cordis uaſa elatior eſt. Arteria autem uenalis uenæ modo nigricat, & cæteris uaſis demiſsior, prope ſiniſtram auriculam latitat, neque adeò longè ipſius progreſſus ſe offert. Magna autem arteria in cordis baſis medio ſub arteriali uena quodammodo occulata conſpicitur. Hanc ubi primum intuitus fueris, noſtra neruorum recurrentium cum arterijs effigie ſectioni adhibita, omnes magnæ arteriæ ramos inquirito, quorum ſuperiores ac iugulo proximi citra aliud opus iam erunt conſpicui, niſi fortaſsis glandij aliquot reliquiæ adhuc ſuperſint. Truncus autem qui ad dorſum retorquetur, nõn niſi ſiniſtra pulmonis parte in dextrum latus eleuata intuebitur. Cæterùm ut recurrentes uideas neruos poſtquam communes laryngis muſculos, qui à pectoris oſsis elatiori ſede procedentes infimæ ſcutum imitantis cartilaginis ſedi implantantur, adminiſtraueris (ſi modò illos priuſquam pectoris os adimeres, cum oſsis, • referentis muſculis, non reſecueris) ſexti paris neruum in latere, primum dextro, ſecandum ſoporariæ arteriæ longitudinem ab illa cultello ſenſim liberabis, ipſius ramulum qui coſtarum radicibus exporrigitur, quum iuxta thoracem acceſſeris, & quos hic muſculis ex pectoris oſsis ſummo enatis ſurculos deriuabat, perpendens. Simulatque uerò neruum ad arteriam dextræ axillæ porrigendam deduxeris, tres quos ad illam reflectit ſurculos (niſi duo aut unus tantum ſit) quàm poteris ſtudioſè uicinis membranulis, acutiori cultello liberabis: ne fortè retuſiori membranulas inter ſcindendum trahens ſurculos uioles, quanquam denuò acutus fortaſsis ſurculos ſimul cum membranis incautè reſecabit. Inuentis ſurculorum principijs neruum aſperæ arteriæ lateri exporrectum à ſua cui nectitur membrana, ipſaque aſpera arteria liberabis, longa ſectione inter neruum & aſperam arteriam acuto quoq; cultello facta. Liberatum hoc pacto neruum ſummis ſiniſtræ manus digitis apprehenſum modicè ab aſpera arteria attolles: ſexti uerò paris truncum qua ſoporariæ arteriæ exporrigitur, dextra manu eleuabis, ac deinde mutuo nunc ſurſum nunc deorſum ductis manibus nerui recurrentis reflexum naturamq; perquires. Ad eundem ſanè modum ſiniſtrum ſexti paris truncum à ſoporaria ſiniſtri lateris dirimere conuenit, & ipſius ſurculos quos muſculis à pectoris oſsis elatiori ſede enatis, & coſtarum radicibus exporrigit indagare, & poſtmodum obſeruatis quas pulmonis tunicæ deriuat propaginibus, & eo ſurculo, quem ſecundum uenæ arterialis trunci ſiniſtrum latus, cordis baſi offert etiam accuratè perquiſito ad magnæ uſque arteriæ truncum, qui ad dorſum reflectitur, ſexti paris huius lateris neruus eſt deducendus, & acuto ſimiliter cultello ſoboles recurrentẽ neruum hic efformantes ſunt adinueniendæ. Hos ubi uideris, obtuſiorem ſtylum ſub eo arteriæ trunco uerſus ſiniſtrum aſperæ arteriæ latus protrudes, & leuato nonnihil ſtylo truncum arteriæ à dorſo cui firmiſsimè committitur, modicè dirimes. Deinde ab aſpera arteria neruum ad arteriæ magnæ uſque truncum liberabis, & utraque manu ipſius reflexum, ut in dextro latere oſtendes, Reliqua uerò ſexti paris neruorum ad ſtomachum ſeries, non niſi exempto pulmone conſpicietur.

*Cordis.* Demiſſo dein pulmone, cordi à dextræ auriculæ radice ad ipſius uſque mucronem nouacula ſectionem induces, in dextrum ipſius uentriculum uſque penetrantem. Mox uentriculo digitis diſtento ſpongia ſanguinem ſemel atque iterum elues. Vena enim caua & arterialis uena & ſanguis in uentriculum fluat, isque poſtmodum ſpongia exugatur, comprimendæ ſunt. Exterſo ſanguine dextri uentriculi amplitudo eſt indaganda: deinde ſtylo tres membranæ ori uenæ cauæ præfectæ obiter ueniũt ſpectandæ. Vt uerò prorſus in conſpectum ueniant cultello dextro ſinu in cauam uenam intruſo ſectionem à uentriculo per auris corpus in uenam uſque duces: qua diſtenta membranæ omnino uidebuntur, & auris cauitas naturaque ſi ipſam inuerteris, facilè hac adminiſtratione cognoſcentur. Deinde quum uenæ cauæ intueris orificium, coronalis uenæ origo etiam apparebit: cui ſi ſtylum ex molli plumbo indideris, quónam pacto cordis baſim cingat, ramosque in ipſius corporis ſuperficiem deriuet, obſeruabis.

*Pulmonis.*
*Iecoris.* } Vide in ſequentibus ſignum ※
*Faucium.*

Partium

Partium interiorũ thoracis adminiſtratio: & uel

*Pulmonis.* Nunc autem ſi uiſum fuerit, foramine inter aſperæ arteriæ cartilagines facto, illiq; fiſtula quapiam indita & aſpera arteria ſuper foramen compreſſa pulmonem inflari curabis: inflatus ſiquidem ſuam formam manifeſtius commonſtrat, corq; ex toto amplexatur. Corde in hunc modum abiecto aſperam arteriam (ſeruata interim larynge) examinabis, primùm quidem ipſius cartilagines & membranas, quibus illæ inuicem colligantur: & dein ipſius primam in pulmones ſeriem. qua inuenta aliquam pulmonum fibram integrè à reliquis pulmonibus abſcabis, ac in uenæ arterialis ramum, & arteriæ uenalis & aſperæ ramos ſtylum intrudes, & diuulſa pulmonis membrana horum ramorum propagines, diſtributionisq; naturam inueſtigabis. ad quod mirificè conduxerit undecunque rupta lobi illius membrana ipſum inter duos aſſeres adeò comprimere, ut pulmonum ſubſtantia à ſuis quibus obnaſcitur uaſis abſcedat. Licebit modò aſpera arteria ab ipſius capite diuiſa, eaq; deorſum à ſtomacho tracta pulmones omnino è thorace auferre, & ſtomachi progreſſum adinuenire, qui citra aliam ſectionem pulmone reiecto unà cum neruis ſexti paris illum amplexantibus, conſpectui ſeſe offeret. Tamen ut neruorum in uentriculi orificium ſeriem intuearis, ſeptum tranſuerſum à ſtomacho liberandum eſt, ipſaq; inſertio ſi uentriculus adhuc in corpore aſſeruatus ſit, indaganda. Inſuper foramine alicubi in ſtomacho qua collum perreptat facto, fiſtulaq; illi indita uentriculum quàm poterit maximè inflari curabis, & deinde ſtomacho iuxta laryngis radicem diuiſo, illum cum uentriculo, aut ſolum, ſi prius uentriculum ademeris, è corpore trahes, glandulis illis qui in medio ipſius ferè ductu plurimùm conſiſtunt, ſimiliter examinatis.

*Iecoris.* Iam quoque tempeſtiuum eſſet (niſi id prius præſtitiſſes) iecur à ſepto tranſuerſo ſecernere, ac tandē ex corpore auferre. quod ubi feceris, ipſiusq; formam diligenter contemplatus fueris, cultello uenæ cauæ iam flaccidæ indito, hanc longa ſectione aperies, ut exactè pateat ipſius per iecoris ſubſtantiam tranſitus, deinde ramorum à caua in iecur ingreſſus. Vbi itaq; duo præcipua illorum uideris orificia, alteri ſtylum quàm poteris penitiſsimè indes, & ablato uenæ portæ quo iam antea eam intercepiſti uinculo, illius quoq; ramo ſecundum uenæ cauæ ſtyli ductum in iecur præcedenti alterum ſtylum immittes, & poſtmodum obtuſo cultro iecoris ſubſtantiam ab *illis ramis qui ſtylos* continent, niteris abradere, ut uenarum per iecoris corpus ſeriem ipſiusque ſubſtantiam diſcas. ac demum inter duos qui ſtylis diſtenduntur ramos bilis ueſiculæ meatulos obſerues, & bilis ueſiculam à iecoris corpore eraſam inuertas, ſolamq; ſedulò contempleris. Poſtremò uenæ ab umbilico in iecur deductæ ingreſſum, inſertionemque expendes, mente thoracis uertebrarum corporibus adhibita, ut cultello grandem arteriam ſecundum longitudinem aperias, ramorum quos utrinq; in coſtas ſpargit uiſurus orificia. Deinde ramis illis diſſectis arteriam ex corpore adimito, & uenæ coniuge carentis propagines expendito, ut & hanc quoque à uertebrarum corporibus liberes. Modò tibi in propatulo eſt ſexti paris neruorum cerebri ramus, quo radicibus coſtarum exporrectus ſub tunica coſtas ſuccingente ad organa à peritonæo circumplexa contendit. Vt uerò neruulos cernas quibus ramus ille adaugetur, à thoracis uertebris tunicam coſtas ſuccingentem detrahes, ut coſtis pariter hac nudatis quæ modò recenſuimus, conſpiciantur. Cæterùm ubi à coſtis tunicam thoracis cauitatem ſuccingentem ita diuulſeris, cultelli mucrone ad coſtæ os proximæ adacto tunicam obſeruabis, quæ priuatim ſingulis coſtis obuoluitur, eam dico quam ſecundum coſtas ſuccingentem tunicam nonnulli diſſectionum periti nuncuparunt.

*Organorum* in faucibus poſitorum. Nunc os adeundum eſt. & quandoquidem iam faciei omnia extrinſecus perſecutus es, ut id aperias neceſſum eſt. quod nulla ratione facturus es melius, quàm robuſto cultro infimæ maxillæ inferioris ſedi ſenſim appoſito, & poſtmodum huius malleiq; opera maxillæ inferioris oſſe diuiſo. Verùm ad eum modum oſſa, quæ ſceleto præparando alioquin apta eſſent, propter fractam inferiorem *maxillam uitias: & ſi illæſa maxilla illam in altero latere in ſuo* ad temporis os *articulo diſſoluere conatus fueris*, atq; *ita illa in alterum latus reflexa, quæ in ore ſunt* adminiſtrare propoſueris, ſectionis *claritati utcunque oberis. Quapropter diuiſo*, ad eum quem dixi modum oſſe, primùm fortioris cultri dorſo diuiſioni impoſito, illoque poſtmodum obliquato, oſſa inuicem modicè dirimes: ac deinde utroq; ſingulis manibus apprehenſo, extrorſum deorſumq; ui torquebis, osq; aperies. Deinde è narium foraminibus obliquatum inſtar ſyphonis ſtylum in oris uſq; amplitudinem protrudes, gargarionis naturam examinans. Mox cultello à gargarionis radice ad inciſorios uſq; dentes in oris tunica ſectionem duces, eam cutis alicuius modo nonnihil ab incumbentibus organis liberans. In hoc opere tertiũ neruorum cerebri par ſeſe offeret, qua linguæ & inferiori maxillæ deriuatur, dein ſeptimum cerebri neruorum par ſexto commiſſum, unà cum ſoporali arteria interiorique iugulari uena: & ſi aliquantulum aſcēderis, quartum quoque neruorum cerebri par, & ramos quoſdam tertij paris & quinti paris temporali exporrectos muſculos uidebis, ſi modò unum organum ab alio ſenſim ſeparare non piguerit. Ad hæc linguæ muſculi adinuenientur, in quorum adminiſtratione neruorum in linguam excurrentium propagines, ac uenæ ſimul & arteriæ ſeſe offerent. Muſculi etiam inferioris maxillæ reconditi hic paruo negocio occurrent, is uidelicet, qui in ore delitēſcens, cum temporali & maſſetere maxillam ſurſum ducit, & is qui à proceſſu ſtylum referenti enatus, ad ſummum mentum inferiori maxillæ implantatur. Prætere a tonſillæ aliæq; glandes uaſorum diſtributionibus in faucibus præfectæ, tibi hanc adminiſtrationem molienti pulchrè occurrent. Laryngis autem muſculi ſunt aggrediendi, ipſorumq; nerui dum diſſecantur non perfunctoriè ueniunt animaduertendi. Ablato itaq; nunc unà cum lingua oſſe, υ imaginem referente, laryngeq; ac ſtomachi initio inferiorem maxillam à ſuperiori prorſus liberabis, non neglectis interim peculiaribus hic repoſitis cartilaginibus, quas perinde ac cartilagines clauicularum cum pectoris oſſe articulos intercedentes, ad ſceleti conſtructionem aſſeruare nihil prohibet. Atque ita etiam pari ratione os, υ imaginem referens, & laryngis naſiq; alarum cartilagines ad eundem uſum aliquò repones. Nunc palati tunicam, & eam quæ nares ſuccingit, ab oſſe ſedulò in hoc abrades, ut mutuum earum tunicarum diſcas nexum. Si uerò quum caput dorſumq; mouentes muſculos aggrediebaris, primum dorſum agentium par ex ſententia non ſpectaueris, id modò ablatis his quæ fauces occupabant factu eſt facillimum, adeò ut & capitis dorſiq; motibus præfectos muſculos tantiſper integros aſſeruare nihil prohibeat, quoutque inferiorem maxillam, eaque quæ faucibus continentur, ſectionis ſerie ademeris.

B.
*Adminiſtratio* ſeu ſectio partium capitis

*Exteriorum*

*Palpebrarum.* Optimè cultellis paruis, quibus in aptandis calamis utimur & hamulis negocium perfeceris. Cutem enim omni induſtria à carnea membrana ad tarſum uſque in utraque palpebra oportet adimere, ac nequaquam perfunctoriè cutis cum carnea membrana connexum intueri, adipisq; hic abſentiam, ut pars leuior, musculoq; ſequacior redderetur perpendere. id namque utiliter affectuum gratia quos ὑδατίδας Græci uocant, & alios qui in palpebras non infrequentes procumbunt, fluxus perdiſces.

*Buccarum,* oris ſeu labrorum. Horum muſculorum adminiſtrationem à latis ac ex carnea conſtantibus membrana muſculis opportuniſsimè auſpicaberis, & primùm acutiori nouacula in cute rectam ſectionem, à ſummo mento, mediaq; inferioris labri ſede (ubi cutis in ruborem deſinit) ad pectus uſque ſecundum colli longitudinem duces, ita quidem ad amuſsim, ut ſola cutis ad ſubiectum uſque muſculum carneámue membranam diuidatur. Deinde alia ducenda eſt ſectio ad utriuſque labri extremum ſecundum ruboris finem, ſic ut orbiculari linea os uniuerſum obducatur. His alia per naſi longitudinem addetur ſectio, & ſi prius frontis muſculorum compagem & palpebræ muſculos aggreſſus fueris, nulla præter has (niſi ſub aure ad medium uſque occipitij) in facie ſectio eſt ducenda. Cæterùm à fine ſectionis ad pectoris uſq; os ductæ tranſuerſa una ſub clauiculis, & ſummo humero & ſcapularum ſpina ad dorſum uſq; perficietur. licebit & his tranſuerſam ex faucibus, ſeu ex gutturis regione uſque ad ſpinam adijcere. His tentatis ſectionibus hamulo cutis leuabitur, ac in altero latere acutiori nouacula cutis à ſubiecto membraneo muſculo, omni induſtria liberabitur. Quod nullibi feceris moleſtius, quàm ubi laqueus ceruicem compreſſerit. hic enim laquei occaſione, cutis membraneo muſculo pertinaciſsimè connata reperitur, & etiam cutis inſtar cornu adeò inibi mox indureſcit, ut uix nouaculam admittat. Quanquam muſculorum ſectioni corpus opportunius adhibebitur, ex quo uenæ prius ſectæ uniuerſum ſanguinem in aquam calentem effuderint, quandoquidem nunc non toties uenæ ſanguine inanitæ dum muſculos diuidis uenient colligandæ, atque adeò frequenter ſpongiis abſtergendæ. Ex altero autem cadaueris latere, unà cum cute muſculum latum tenuemq; auferes, atque utrinque muſculi naturam, & fibras neruosque ac munia intuebere. Fibrarum autem huius muſculi ſeriem nequaquam oſcitabundus in tota humiliore inferioris maxillæ ſede præteribis, quin prius eas ſtrumarum uel ut uulgo dicimus ſcrophularum gratia diligenter examinaueris, quo in eo abſceſſus genere quum uſus expetet, fœlicius ac magis induſtriè tumentes glandulas exſeces. Vbi hæc igitur ſedulò obſeruaueris, eius lateris muſculum, quem ſubditis corporibus adempta cute affixum reliquiſti, omni ex parte adimes, atque adminiſtrationem ad proprios labrorum muſculos conuertes, qui in conſpectum ueniunt, quamprimùm adipem qui his præcipuè in buccarum regione incumbit, permiſceturq; unà cum lato, qui ex carnea cōſtituitur membrana, muſculo ademeris. *Liberabis itaq; ab inferiori maxilla primum duorum* qui inferiori labro elargiuntur capita, ſenſim ea ad inſertionem uſq; ut fibras examines deducens. Cæterùm poſteaquam inferiores liberati fuerint à malis, duos quoque ſuperiores diſſecabis, atque illis ad ſuperius uſque labrum deductis quatuor muſculorum functiones, capita huc illuc trahens ſpectabis.

*Naſi.* Poſtremò muſculo alæ naſi & ſuperiori labro communi à malis deraſo, ac ad alam uſque & labrum deducto, eius quoq; uſum contemplabere. In præſentia autem ſuffecerit adhuc ſermoni adieciſſe tunicam illam, quæ narium amplitudinem ambit aliquouſque, *cultello à ſubditis* partibus abradendum eſſe, ut commodè *tenuem membraneumque muſculum intro alam mouentem intuearis. His omnibus reſectis ſecundus alterius lateris* muſculus externa ipſius ſuperficie longè ſpectatiſsimus eſt, *ut tamen* ipſius naturam quoque examuſsim obſerues, undecunque unguibus hamulisque eſt diuellendus, ac poſtmodum à maxillis & dentium gingiuis deraſus, à tunica oris cauitatem obtinente uenit liberandus. Et quo huius muſculi rarior magisque admiranda eſt conſtructio, fibrarumq; mirabilis implexus, eo ſtudioſius illum in multas particulas non mediocri delectatione diſcerpes, atq; ad buccarum motum, non autem maxillæ inferioris, illum auxiliari ſpeculaberis.

*Interiorum: & uel*

*Caluariæ.* Caluariam leuiter iuxta dictam orbicularem lineam diuides, ita ut nihil eorum, quæ cerebrum ambiunt, uioles: id quod ſerra tenui & recta ex duriore ferro adminiſtrabis. Nam ex infirmiori fabricata, multis ictib. parum admodum proficitur. Hic ſedulò experieris ſpecillo demiſſo, num ad os penetraueris. Diuiſa iam in orbem caluaria, iuxta lineam in cute ductam, auferetur, diligentia adhibita, ne quid interaneum excidat: quod cauebis, ſi retuſa cultri parte indita, caluariam liberes.

*Membranarum.* Liberata atque ablata caluaria ſtatim duæ membranæ, quas menyngas uocant, occurrunt: harum craſſa diſtat à cerebro plurimùm: quanto interuallo, condiſces, ſi in ſingulis tribus partibus, in quas totum cerebrum ſecatur, paruo facto foramine, exiguæ cuiuſdam tubæ initium, aurificum folliculo perſimilis, per quem ipſi dum ignem accendunt, aerem inflare ſolēt, indideris, eoque parti diuiſæ impoſito, menyngem orbiculatim conſtrictam inflaueris, regionem ei ſubditam haud modico impleri aere conſpicies. Siquidem hæc menynx craſſa caluariā ſuccingit. quum cerebrum uerò attollitur, & ſubmittitur, accedit, & ab eo recedit, pro inanis loci, qui intermedius eſt, ratione. Hac menynge ſpecillo indito per mediū ſuper illud diuiſa, aut in totum ablata, altera in conſpectum uenit, penitùs cerebro coniuncta, quæ pia dicitur mater. Hanc unguibus, aut cultello diuelles, ac deinde ſenſim à cerebro, ipſiusque anfractibus eam digitis detrahes.

*Cerebri.*
*Neruorum.*
*Oculorum.*
} Vide in ſequentibus ſignum ※

※ *Admi-*

*Cerebri.* Abraſis uel auulſis membranis, magnam cerebri portionem ſcalpello auferes, dum ad regionem calli naturam quodammodo referentem peruenias: poſtquam uentriculi in utraq; parte ſinguli occurrunt, per totum cerebrum diſperſi. In his cernes plexus ſecundarum modo efformatos. Porrò uentriculos leuiter tuis diſtendens digitis, ne plexum perrumpas, intueberis uenas quidem ex ſublimi regione ad lenum, quod torcular dicitur, deſcendentes in ramorum ſeriem diffundi: arterias autem à ſubiecta parte humili emergentes, ſimiliter & has in ramos propagari, ac reticulum ſecundis ſimile, conſtituere. Inter hos uentriculos ſeptum quoddam exiſtit, adeò tenue, ut cum in clara luce conſectionem adminiſtres, ſplendor ipſius pelluceat ſimiliter lapidibus ſpecularibus, quos minutim ſecantes oſtijs imponunt. Quare hæc pars admodum eleuanda non eſt, ne diuellatur: quanquam manifeſto ipſam uidere niſi eleuatam non licet. Siquidem priuſquam in totum extendatur, laxa eſt, & rugoſa, neque relucere, neque continuitatem ſuam poteſt oſtendere. Surſum autem tracta eatenus, ut tota ſit tenſa, non tamen iam diuulſa, clariſsimè apparebit. Hinc tertius uentriculus apparet, qui eſt tanquam meatus, in quem anteriores cerebri uentriculi coeunt. Vt autem huius meatus ductum euidenter contuearis, tenue ſpecillum, curuumque per anteriores uentriculos demitto, leuiter ad cerebrum propellens. Huic meatui incumbit fornix, & conarium iuxta ortum: & nates, quæ ex utraque parte meatus, circumiacent: & uermiformis, ſeu uermicularis excreſcentia, quæ cerebri meatui ſuperiacet. Hoc inuento uermiculari proceſſu, cum duobus ſuis extremis, altero in priore parte, altero in poſteriore: paulatim auferes permulta ex corporibus quæ incumbunt, ut ſola relinquantur ea, quæ iuxta meatum duplex habent utrinque extremum, dictis uermibus figura ſimile. Hinc quartum cerebri uentriculum conſiderato, quod facilè abs te fieri poterit, ſi ſub radice duræ membranæ partis dextram & ſiniſtram cerebri partem interuenientis ſtylum detruſeris. Quo tamen eos uideas exactius, acutioris cultelli mucrone longis ductis ſectionibus omnes ſunt aperiendi: & deinde cultello tota duræ membranæ pars cerebello ſuperius obducta, orbiculari ſectione ſecundum os ducta uenit præſecanda, aut ſectione ſecundum longitudinem ducta, diuidenda, ac retrorſum reflectenda. Deinde etiam repoſito capite, & cerebello in pronum poſito, ipſius intueberis ſinum, & partes, quibus dorſali medullæ connaſcebatur, &c.

*Administratio* partiũ capitis interiorum,

*Neruorum* cerebri. Inſpectis cerebelli partibus, neruorum paria inueſtigentur, quod fiet manu inter cerebrum & frontis os inſerta, cerebrum ſenſim attolletur, ut primùm à pleriſque uocatum cerebri mamillarem proceſſum, & deinde olfactus organo ſeruientes uideas proceſſus, qui è ſuis finibus ſtylo quopiam aut digito ueniunt euellendi, & unà cum cerebro ſurſum in poſteriora flectendi, *in quo opere caput nõ inutiliter in occiput reclinabitur. ita enim reuolutum eorum proceſſuum ortum pulchrè oſtẽdet. Atque hic in conſpectum uenient*

- *Primò*, neruorum par primum, oculis dicatum, & ſub illis peluis (13 fig. S. 4. fig. C.) cerebri pituitæ expurgandæ parata: mox & arteriarum in duræ membranæ amplitudinem ingreſſus occurret, 13. fig. N, O.
- *Deinde* ſecundum par, quod fiet, ſi uiſorios neruos prius diuiſeris & diligenter reſecueris, tunc capite in ſiniſtrum latus reclinato, & cerebri parte, quæ adhuc reliqua eſt, in ſuum locum utcunque repoſita, cerebrum poſtea in ſiniſtrum latus deorſumque reflectes, 14. figur. G. 15. figur. G, G.
- *Tertiò*, minor tertij (14. figur. H) paris radix, qua diuulſa cerebrum adhuc magis in ſiniſtrum deflectes, & mox tertij (14. fig. I.) & quarti (14. fig. K) paris exortum intueberis: inſuper & quinti (14. fig. I, M) paris originem, quam ſimiliter diuidere competit: ut neruulum intuearis, qui iuxta quinti paris radicem principium obtinens, temporali muſculo, & in ore deliteſcenti maxillamque attollenti, offertur.
- *Quartò*, ſextum (14. fig. N) par, & ſeptimũ (14. fig. O) ſi uarijs ipſorum, quibus ortum ducunt, propaginibus animũ adhibueris.

*Oculorum.* Primùm itaque palpebrarum, & deinde oculi muſculos, ut iam ſuprà oſtenſum eſt, inquires: in quo opere neruorum quoque & uenarum arteriarumque per oculorum ſedem ductuum habenda eſt ratio, ſecundi dico neruorum cerebri paris & minoris radicis tertij paris: quorum ramulos facilè adinuenies, ſi eos in pinguedine, oculi muſculis obducta perquiſiueris: & præcipuè ſi oſſa reſeruare nolens integra, ſerra frontis os ſuperiorem oculi conſtituens ſedem inſtar trianguli prius execueris, & deinde primum neruos illos, & poſtea extracto oculo ipſius muſculos indagaueris. aliàs enim oculus cum muſculis illæſo oſſe eſſet eruendus acutiori cultro in oculi circuitu proximè ad os ductis ſectionibus, uſque ad nerui uiſorij è caluariæ amplitudine qua cerebrum continetur egreſſum. Vtcunque uerò oculum euulſeris, conducerit ſemper adhæreſcentem membranam quàm licebit uiciniſsimè ab oſſe dirimere, imò etiam eius portionem, qua internam palpebrarum efformat ſedem, oculo appenſam ſeruare, ut interdum adhuc intactis oculi muſculis cultello acutiori ad iridem uſque ab oculo ac ſi cutem à corpore auferres auellere, & deinde unde ortum duxit conſiderare poſsis. Aliquando uerò ipſam non niſi ablatis oculi muſculis aggredieris, perpendens ſemper hanc totam anteriorem oculi ſedem, præter corneam tunicam, ſeu pellucentem duræ tunicæ partem amplecti: illos uerò totam poſteriorem, præter portiunculam ab ingrediente uiſorio neruo occupatam.

*Reliqua* uide in ſequentibus ſigno **.

*Auditus.* / *Linguæ.* } Vide in ſequentibus ſignum Ω.

Cæterùm

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0093-7

*Cæterùm* oculo & muſculis & adhæreſcente membrana libero, uiſorium contemplaberis neruũ, primùm uenas & arterias, ſecundum ipſum ex cerebro in duram uſq; tunicam exporrectas: deinde portionem uiſorij nerui longa ſectione diuides, & cultelli mucrone duræ cerebri membranæ & tenuis membranæ portionis neruum inueſtientes, & poſtmodum nerui ſubſtantiam inquires, ut uelut trium præcipuarum oculi tunicarum initia oſtendas, & deinde uiſorium neruum ab oculo diuides, ut nihil præter duram, ceu exactiſsima quæpiam ſphæra appareat. Sphęrã hanc ſummis digitis ſiniſtræ manus ita apprehendes, ut pollex quidem pupillam, reliqui autem eam ſedem in quã uiſorius neruus implantatur, comprehendant: dein dextra manu acutiori nouacula ſectionem quàm poteris longiſsimam in dura oculi tunica tranſuerſim duces, ut citra compreſsionem omnes oculi humores excidere poſsint. Hi enim hac ducta ſectione, oculoq; in dextram manum aſſumpto, in manus ſiniſtræ uolam ita ſunt demittendi, ut cryſtallinus uitreo elatiorem locum habeat: negocium enim confuderis, ſi uitreus ſuper cryſtallinum reuoluatur. Atq; id ne fiat uitabis, ſi quum in uolam ex oculo humores prolabi ſinis, oculum non admodum à uola eleuatum tenueris, & poſterior oculi pars, qua uiſorius neruus inſeritur, uolam magis reſpexerit. Suſceptis ad hunc modum humoribus, & repoſita illa oculi parte ex qua humores prolapſi ſunt, manum leuiter modicè ue inuertes, ut aqueus è uola ſiniſtræ manus profluat, ſolusq; uitreus cum cryſtallino reſeruetur. Mox conſiderabis tunicam palpebrarum pilis quàm ſimillimam, quę orbiculatim cryſtallino humori connata anteriorem uitrei humoris ſedem inueſtit, integitq;. Tuniculam hanc cultelli mucrone à cryſtallino humore primùm diuelles, & deinde à uitreo ſubleuatam ſupra chartam extendes. Cryſtallinum humorem digitis ex uitreo quàm maximè compreſſum eximes: & uitreo in ſuum locum in charta repoſito, illæſum cryſtallinum humorem ſcripturæ alicui primùm impones, & deinde cultelli mucrone ipſius lateri modicè indito ſcripturæ, nunc altius, nunc demiſsius accommodabis, qui omnia ſpecilli inſtar longè quàm ſint maiora reddat, conſideraturus. Porrò ipſius tunicam, quam tenuiſsimæ in cepis pelliculæ modo tenuem ac pellucidam, ſed duriorem eſſe diximus, ex ipſius primùm lateribus cultelli mucrone dirimere conuenit, & deinde unguibus ab humore auulſam, in ſuum in charta locum reponere. Vt uerò cryſtallini humoris diſcas duriciem, poteris illum inter digitos premendo confringere, & poſtmodum chartæ adhibere. Cæterùm ut tres adhuc reliquas contempleris tunicas, oculi partem ex qua humores deciderunt, ſuper ſiniſtrum pollicem euertes: & ilicò quæ ex uiſorij nerui ſubſtantia diſſoluitur, tunica ſeſe offeret, aut extenſa adhuc aut ut plurimùm ſolent, inſtar muci collecta. quapropter ſtylo rurſus uenit extendenda, & quantam habeat amplitudinem, cuiusque coloris & ſubſtantiæ ſit inquirendum. Deinde rurſus erit colligenda, ac deniq; à ſuo principio ubi duntaxat firmatur abſecta, in chartam reponenda. Iam interna uueæ tunicæ ſedes undiquaque eſt conſpicua: in qua primùm ipſius intueberis colores, deinde hamulo à dura ipſam diuellens uenarum ex dura in illam tranſitum, & nigricantem ipſius colorem perpendes: quum uerò ad iridem diuellendo pertigeris, ipſius hic contemplaberis ad corneam firmiſsimum connexum & pupillam: cuiusq; coloris uuea ſit, qua à cornea abſcedit, atq; è corneæ regione conſiſtit. Diuulſam hoc modo uueam, & à ſuo exortu ubi firmiſsimè corneæ duræ ue committitur diſſectam, in chartam repones, & ſolam iam duram cum pellucida ipſius inſtar cornu partem quam carneam uocamus, contemplaberis, ipſius examinans craſsitiem & eam partem pellucidam. Poſtquam & hanc in ſuum ordinem in charta locaueris, memoriæ omnia commendaturus, uelut ab oculi centro ad extimam uſq; ſuperficiem, & hinc rurſus ad centrum ſingula enumerabis, & poſtea niſi moleſtum fuerit ſiniſtrum aggredieris, à quo adhærẽtem membranam, & muſculos ut in dextro adminiſtrabis. uerùm in durum quæ uueam ſimul penetret ſectionem, nullam duces, ſed quàm minimè compreſſo oculo nouaculæ mucrone ſenſim ſectionem in dura molieris, non quę primo iniectu eam diuidat, ſed quæ ſæpius iterata ad uueam uſque pertingat. ſectioni deinceps tenuem, ſed retuſum ſtylum inſeres, ac ſenſim uueam à dura dirimes, ut iam commodè forpicula duræ tunicæ ſectionem, quæ orbiculatim oculum ambiat, illæſa interim uuea perficere queas, ut uenarum ex dura in uueam tranſitum, & uuea poſtmodum diſſecta humorum ſitum paulo melius contempleris.

** *Adminiſtratio* reliquorum ad oculũ pertinentium.

*Auditus organi.* Abſoluta oculi Anatome, auditus organum, ſi oſſa reſeruanda minus duxeris, erit aggrediendum. & primùm auris natura euadit conſpicua, ſi à cartilaginea, qua conformatur ſubſtantia, cutis utrinque ſeparetur. Ad auditorij nerui proceſſus difficilius adinuenit, ſerra tamen maxima oſsis portione, quæ ſupra meatum habetur, & deinde cultro fortiori reliquo oſſe ad meatum uſque execto membrana in quã neruus degenerat, & huius organi oſsicula euadunt conſpicua. Si enim ſerra meatum tetigeris, omnia uitiabis, & cultro etiam ſubinde nihil promouebis, quòd in auguſto & anfractuoſo meatu, mollis tenuisq; neruus facilè cum oſsibus diuellatur contundaturq;. Omnia tamen mihi percommodè ſuccedunt, ſi ſerra totam oſsis partem, quæ auditus organum continet, à reliqua caluaria libero, & deinde tranſuerſim ualidiori cultro, os uniuerſum impetu diſſeco. Conuenit autem ita ſectionem moliri, ut ea oſsis ſedes, quæ neruum cerebro procedentem primum excipit, ab illo ſeparetur, cui auris connaſcitur. Rurſus ſi oſſa haud reſeruanda putas, ſuaſerim ut frontis os quæ ſupercilia ſpectat, paſsim effingeres, ſinum illum quem continet accuratè examinaturus. idem quoque in oſſe cuneum imitante moliendum eſt, ut ipſius quoque antra crebrò apparentia, & quæ illis continetur materia, in conſpicuo ſint.

V. *Adminiſtratio* partiũ capitis interiorum

*Linguæ.* Diducta igitur utraque maxilla, & oris tunica, cutis modo à ſubditis organis, quàm licet exquiſitiſsimè cultello undecunque detracta, omnium primi ſecabuntur obliqui, quorum principium à proceſsibus ſtylum imitantibus pendet, quod iam ab oblongis illis oſsiculis uenit liberandum. Iam hos ad linguę radicem ſtudioſè ſecutus, eam *carneam molem*, quam nono loco recenſui, ab inferiori maxilla liberabis, atque quàm poteris, accuratiſsimè ipſius inſcriptiones, & ipſi immixtum adipem, deinde illius etiam exortus & implantationis latitudinem ſpectabis. atque hæc perfeceris promptiſsimè, ſi modo ad dentium inciſoriorum radicem, & ſub mento uiciſsim ſectionem tentaueris. Mox poſt hos aggredieris, qui ab internæ maxillæ ſedis lateribus enaſcuntur, & linguam ad latera mouent. Poſt hos autem, aliorum duorum obliquorum, ab oſsis hyoidis lateribus originem ducentium principia liberabis. Poſtremò autem illi ab hyoide oſſe auferentur, quos primos recenſuimus, quique maximam linguæ radicis partem conſtituere uidebuntur. In huiuſmodi adminiſtratione, exiguum cultellum liberandis muſculorum capitibus operi accommodabis, ad reliquam uerò ſeparationem buxeum cultellum, quòd mucoſi admodum ſint muſculi, adhibere nihil prohibet. Cæterùm linguæ reliquum corpus ad hunc modum aggredi conſulo, ante omnia id ambiens craſsior membrana, toti communis ori deradetur. Deinde & illa membrana, quæ muſculis omnibus eſt communis, quamque fruſtra ſeparare contenderes, relicta ſectio ad linguæ medium ſuper id quod diximus ligamentum, & ſecundum linguæ longitudinem ducetur, non ſuperficialis tantũ, ſed quæ ad medium uſque linguæ penetret, aut etiam uniuerſam diuidat. Mox hamulis & cultellis, fibrarum corporis linguæ naturam ſedulò inquires, ac qui fibræ ligamento committantur, eæque inuicem uarient, & commiſceantur perſpicies, num ſcilicet eo, quo dictum eſt modo, aut diſsimili ſeſe habeant.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0094-3

- C. *Adminiſtratio*, ſeu ſectio artuum
  - *Comprehendendi*, ceu Manus: & uel
    - *Muſculorũ*

*Primùm* cutem cum adipe & membrana carnoſa adimes: atq; id perfeceris commodiſsimè, ſi ab externa brachij ſede, ſecundum radij ductum, & pollicis exteriora ſectionem duxeris, quæ cutem membranamque carnoſam diuidat. Deinde ad cuiuſque digiti latus alia ducenda eſt ſectio, quæ depilem (ut ſic dicam) manus cutem ab exteriori dirimat, ut illa cum brachij & cubiti cute auelli queat, ea quæ internam ſummæ manus ſedem integit adhuc relicta. Neque in cute adimenda nunc alio indiges artificio, quàm quo lanij boues excoriant. Quum tamen ad radicem brachialis in interna manus ſede peruentum fuerit, tranſuerſa ſectione cutem nunc liberatam ab illa, quæ in uola adhuc reliqua eſt reſecabis. hæc namque lateſcentis tendinis nomine aſſeruanda uenit. Priuſquam uerò tendinem illum aggrediaris, accuratè perpendito totam cubiti ſedem paulo minus toto luceſcentem, ob membranam quæ muſculis proximè adnata illos inuicem committit, atque ne ipſi ſua ſede declinent, amplectitur. In conſpectum enim cubitum occupantes muſculi iam ueniunt, ſed ita commiſsi, ut ſolum lineas quæ ipſos dirimant, intuearis: quum tamen mutuò prorſus disiuncti apparebunt, ſi leues duntaxat ſectiones ſecundum dictas modo lineas duxeris. Huius membranæ naturam eo obſeruabis diligentius, quo magis perfunctoriè, imò nihil prorſus Anatomici illius meminerint. Cæterùm ut lateſcentem uideas tendinem, animum accommoda cubiti internæ ſedi, in cuius longitudine ipſius muſculus & tendo, quum adhuc gracilis eſt, exporrigitur. Cultello itaque à brachialis radice ſectionem lenem ad tendinis & muſculi latus utrinque uerſus internum humeri tuberculum molieris, & poſtmodum iuxta brachiale tendinem à ſublatis organis liberabis: & cultello tranſuerſim ipſi ſubiecto & ſiniſtræ manus digitis tendine eleuato, uniuerſum muſculum ad ipſius uſque caput ſeparabis. Deinceps acutiori nouacula cutem manus adhuc reliquam à uola & digitis abſecare conator, à brachiali ſectiones ſemper tranſuerſas molitus, eadem omnino ratione, qua cutem à carnea membrana diuidere iamdudum aſſueuiſti. Quum uerò id tentas, duriuſculus ſeſe offeret adeps, cutem & tendinem illum intercedens, qui tanto diligentius quoque animaduertendus eſt, quanto tendinem magis à cute dirimit: & tendinem non toti cuti proximè adnatum, ſed duntaxat fibroſis nexibus membranæ carnoſæ modo, & adipis interuentu pertinaciſsimè commiſſum oſtendit. *Examinata cute muſculi caput ab humero liberatum à brachiali pendêre ſines lateſcentem tendinem, à ſubditis quoque aut nouacula, aut paruo, ſed acutiori cultello auulſurus.* Porrò ſi hic muſculus in interna cubiti ſede ſeſe non offerat, atq; duorum muſculorum qui brachiale flectunt, capitibus ad humeri interius tuberculum, nullum muſculum incumbere uideris, præſentem muſculum deeſſe conijcito: quod ſanè non infrequenter tibi occurſurum ſcio. Non quòd negligentia illum præteriturus ſis, uerùm quòd prorſus deerit eius uicem tunc ſupplente inferiori, interdum etiam ſuperiori brachiale flectentium muſculo, aut tranſuerſi in brachiali ligamenti portione, quam pari modo, ut latum tendinem indagabis. Iam itaque omnia cute libera ſunt, unde etiam & quoſdam extremæ manus muſculos citra aliam ſectionē aggredi poſſis, eum uidelicet qui pollicem à reliquis digitis remotiſsimè abducit: & deinde duos primum ipſius internodium flectentes, ſic & muſculum cuius beneficio paruus digitus à reliquis maximè abducitur, & exteriorem primum eius digiti os flectentium diſſecare liceret. At opportunius feceris, ſi donec omnes ſummæ manus muſculos adimere poſsis, hos ſeruaueris, atque ad internam cubiti ſedem te rurſus contuleris, in qua primùm adminiſtrandi ueniunt duo brachiale flectentes, quos rectiſsimè primum ab ipſorum tendinibus, iuxta brachialis radicem aggredieris. Si enim hos ab ſubditis muſculis aliquantiſper auulſos eleuaueris, ac deinde tranſuerſis ſectionibus, illos ad internum uſque humeri tuberculum à ſubditis liberaueris, uniuerſam ipſorum ferè naturam mediocri negocio ſpectabis. Inferioris namque capite abſecto & muſculo ab ulna liberato, ut is duntaxat ab inſertione dependat, ipſum ut uiſum fuerit aut adimes, aut adhuc appenſum ſines. Superioris autem tendo à brachiali non eſt abſecandus, uerùm aut muſculus ſuo liberatus capite in latus eſt repondus, *aut tendo nonnihil ante brachiale uenit reſecandus, ut in ſectionis ſerie eius tendinis inſertio reddatur conſpicua. Mox primus digitus mouentium ſeſe totus offert, quem uel ſolis digitis à ſubdito dirimes, quemadmodum etiam omnes, quorum latera non committit neruoſa il*la membrana, quæ communis ligamenti munere fungitur. Vbi itaque ipſius capite adhuc ad exortum commiſſo, quatuor ipſius ante brachiale carnoſas portiones inſpexeris, ualidus cultellus in tranſuerſum ligamentum recta eſt inijciendus, ut huius acie antrorſum ducta, id ligamentum diuidatur. Dein eadem ratione ſecundum indicis longitudinem tranſuerſum internæ ipſius ſedis ligamentum diuides, mentem accommodans, ne hac prorepentes tendines lædas: quod optimè caueas, dummodo cultelli dorſum ſemper tendines reſpiciat, ipſeque cultellus rectus ſit. Eandem ſectionem in tribus reliquis digitis moliri in præſentia poſſes, niſi ſenſim magis magisque horum ligamentorum naturam aut diſcere, aut alijs oſtendere propoſitum eſſet. In indice itaque duntaxat, aut alio quouis digito hac ducta ſectione primi muſculi digitos mouentium caput liberato, & illo apprehenſo, & ad te ſurſum tracto, id ex brachialis ſinu tantiſper reponito, quouſque quatuor ipſius tendines ad quatuor digitos porrigi conſpexeris, & deinde priuatim illius tendinis inſertionem obſeruaueris, qui indici exporrigitur. Hac enim inſpecta, & muſculo rurſus in ſuam ſedem repoſito, eius caput trahendum uenit, ut ipſius innoteſcat munus, intuearisque qua ratione primo indicis articulo in flexum ſecundi tendo ille adniti nolit, uti ſanè reliqui tranſuerſis adhuc ligamentis inuoluti innituntur, proximéue attenduntur. Nunc ligamentis trium reliquorum digitorum, ac cuiuſque tendinis inſertione & perforatione, qua ſubditum tranſmittunt tendinem, notatis muſculum à manu in anteriora reflexum menſæ exporriges, aut ſi in ſinu manum habueris, propendere à digitis ſines, ac eum qui tertium quatuor digitorum internodium flectit, ſuo capite liberabis, quod nonnihil occulitur ſub muſculo ſuperiorem radij partem in pronum ducente. Priuſquam tamen id ab ulna abradas, conducet ex brachialis ſinu quatuor ipſius tendines attollere, & animum adhibere, qui citra omnem operam muſculos hos tendines producens ab illo diuellatur, qui ipſius ſuperiori lateri accumbens, tertij pollicis oſsis flexionis autor habetur adeò, ut utrunque muſculi unius loco in homine habere nequeas. Liberato itaque ſecundi muſculi capite, & ipſius quoque exortu, quem ab ulnæ ligamento aſſumit (quod inter radium & ulnam, ubi inuicem hæc oſſa dehiſcunt, obuium eſt) uniuerſum muſculum ex brachialis ſinu repones, eius mucoſam perpendens membranam, & tendinum ipſius ſeriem.

*Reliqua* uide in ſequentibus ſigno **

- *Venarum*. Vide in ſequentibus ſignum A.
- *Ambulandi*, Vide in ſequentibus ſignum B.

Cauendum

**
*Reliqua* ad muſculorum manus adminiſtrationem pertinentia.

*Cauendum* tamen eſt ne quum eos attollere ſtudes, gracilem muſculum ſingulis tendinibus exporrectum uio les. hic enim quum tenui committitur, atq; etiam primo digiti oſsi inſeritur, ad tertium uſque articulum ſecundi muſculi tendines oſcitanter eleuare prohibet. Quum itaque hos tendines primi muſculi tendinibus traijci, atque in tertium os inſeri uideris, utrunque muſculum in ſuum locum reponito, examinaturus, num ſecundi muſculi tendines primum digitorum os flectant ſoli, aut ſimul cum ipſis primi muſculi tendines & eius generis reliqua. Primo muſculo à digitis reſecto, ſecundum in brachiali ſinu tranſuerſum diuides, ut ipſius tendines adhuc in uola reſeruentur, gracilium muſculorum cauſa, quatuor digitos pollici adducentium. Modò tertium muſculum pollici ſubſeruientem à radio liberabis & ad tertiũ pollicis internodium duces, ipſius tamen tranſuerſo ligamento, ut in reliquis digitis, prius diuiſo. Hunc ubi abſtuleris, muſculi brachiale flectentium ſuperioris inſertionem ſpeculare, quam in radicem poſtbrachialis oſsis indicem ſuſtinentis molitur. Atque nunc tibi in interna cubiti ſede adhuc duo tantum muſculi ſuperſunt, radium in pronum mouentes, qui quàm citra aliam operam conſpicui ſint, donec & horum oppoſitos uideas, oportunius ſeruabuntur. In præſenti itaque ad externam cubiti ſedem accedas, in ea potiſſimùm obſeruaturus tranſuerſa ligamenta, quæ ac ſi unum eſſent ſeſe offerent, uerùm dum tendinib. quos ligamenta continent mentem accommodabis, ac ſeorſum unumquodque, ut in interna digitorum ſede præcepimus adminiſtraueris, ut minimum ſex numero occurrent, quæ antequam muſculos ſepares diuidere poſsis, niſi prius in cubito cuiuſque muſculi tendinem ſeparare ſtatueris. At commodius erit aut ſimul omnia ante muſculos, aut priuatim unumquodque ſaltem ante ſuum muſculum aggredi. Primus autem eſſe poteſt qui poſtbrachiali ante paruum digitum inſertus id extendit, cuius tendo ex ſuo ſinu eleuabitur, & deinde acuto cultello aut nouacula totus muſculus ab ulna liberabitur, accuratè interim ab illo, qui ſuperiori ipſius lateri committitur, quique parui digiti extenſioni potiſsimùm famulatur, diuiſus. Vbi itaque huius caput ab externo humeri tuberculo diſſecueris, illum poſtmodum à poſtbrachiali liberabis, niſi appenſum ipſi aſſeruare lubeat, quo tandem brachiale extendentium & flectentium muſculorum munus conſpicari ualeas. Poſt hunc is ex ſinu attolletur, qui minimos digitos à cæteris deberet abducere, cuius tendines aut tendo potius ad digitos ducendus non eſt, niſi ab externo humeri tuberculo is cum ſubſequenti iam in enarratione muſculo (qui digitos mouentium decimus ſeptimus numerabatur) liberatus fuerit. Illum autem diligenter ex ſuo quem nos ipſi tribuimus ſinu attolles, atque ab illis, qui ſuperiori ipſius lateri exporriguntur, diuulſum ab humero quoque reſecabis, nunc ſedulo animaduertens, num in tres aut quatuor ducatur tendines, & quibúsnam digitis illi inſerantur, quæque ipſorum ad digitorum radices ſit commixtio. Idem in illo, qui paruum digitum præcipuè extendit, molieris, neutrum ab ipſis digitis abſecans, niſi & modo ſubſequentem ad inſertionem uſque deduxeris. Occurrent enim nunc tria illa, quæ ulna producit principia, quorum inferius, & brachiali propinquius obſeruandum uenit, à quo muſculus pronaſcitur, qui indicem & medium à pollice abducit. Huius itaque principij portionem quæ illum muſculum conſtituit, ab ulna diuides, atque ex ſuo peculiari ſinu eleuatum & ſenſim à brachiali & poſtbrachiali quibus fibroſo nexu hæret liberatum, ad digitos uſque deduces ad amuſsim nunc trium illorum muſculorum tendines, & inſertionem perpendens, quam multo accuratius intueberis, quàm ego illam (quum uaria ſit) deſcribere poſsim. Cæterùm illis à digitorum internodijs ad unguium uſque radicem reſectis, qui pollicem euertunt aggredieris. ab ulna itaque reliqua tertij principij parte reſecta, muſculus pollicem uerſus indicem euertens, ad ipſius inſertionem ducetur, ſimiliter ſecundi principij muſculi, qui bicornem tranſcendunt tendinem, ad pollicem & brachiale uſque auellentur, atque unà cum reliqꝫ à digitis reijcientur. Qui bicorni tendine brachiale extendit, modo prorſus eſt conſpicuus, niſi quòd nonnihil ſub muſculo longiori radium mouentium occultatur. hic itaque ſuo exortu liberatus, ad poſtbrachiale ducetur, & ipſius examinata ſectione, etiam cum cæteris abijci poterit. Superſunt adhuc in externa cubiti ſede duo radium in ſupinum agentes, qui citra ſectionem etiam ut & interiores radij duces ſunt conſpicui, longiſsimi tantum capite excepto, quòd penitùs nonnihil inter poſteriorem cubitum flectentium muſculum & extendentium exteriorem latitant, non tamen adeò impensè, ut non liceat ipſius capite ab humero reſecto, illum ad inſertionem uſque cum reliquis radium mouentibus muſculis perducere. *Si itaque nunc ligamentum in cubiti longitudine inter oſſa poſitum animaduerteris, extremæ manus muſculos ordine aggredi tempeſtiuum fuerit*, ex quibus quatuor ſtatim graciles euadunt conſpicui, quos Natura tendinibus tertium digitorum os flectentibus exporrexit. Deinceps ille liberatur, qui pollicem ab indice maximè remouet, mox duo primum pollicis internodium flectentes. Deinde tres ſecundũ pollicis os flectentes, quos eo diligentius obſeruare oportet, quo magis antehac diſſectionis profeſſorib. incogniti fuerint. Hos ſubſequetur, qui pollicem indici proximè accommodat, dein qui paruum ualidiſſimè abducit, ut tantum octo adhuc ſint reliqui, quorum ope prima quatuor digitorum internodia flectimus. Iam digitorum articulos diuides, ligamenti & articuli ſpeciem obſeruans, & attentiſsimè perpendens oſsiculorum uſum, quæ à ſeſaminis ſimilitudine nomen mutuantur. Reperies enim interiori ſecundi pollicis articuli regione duo reliquis in manu inſigniora, in hoc ibidem fabricata, ut quum in articulatione illum articulum Natura fieri uoluerit, is tamen firmus eſſet & ad flectionem in acutiſsimum angulum pertinax, & obliquorum etiam motuum obſcuriſsimè particeps. Deinde tanto minora eius claſsis oſſa in primis reliquorum internodijs uidebis, quanto in acutum magis hos articulos Natura flecti uoluit, & ipſos obliquioribus motibus quàm ſecundum pollicis internodium donare uiſum fuit. Inſuper primum pollicis articulum diuides, eiuſmodi oſsibus deſtitutum, & laxum admodum. Idem quoque in poſtbrachialis & brachialis oſsibus experieris, at longè diligentiſsimè brachialis ad cubitum articulo animum accommodabis, quòd hic cartilago examinanda ueniat, ulnam à brachiali dirimens. Quinetiam perpende obſecro, ſtylum imitantem proceſſum non procerius extra ſinum, quo brachiale excipitur, prominere quàm radij appendicis mucronem. Dein expendito, parem ligamenti huius articuli in utroque latere formam eſſe, ut unà mecum omnibus quoque ſimilem uſum aſcribas, ne quum Naturam celebrare inſtituis, illi inartificioſiſsimam conſtructionem, cum Galeno imponas. Recta nunc ſumma manu, priorem cubitum flectentium muſculum ſuis principijs liberato, quorum exterius ex ſuo ſinu eleuandum eſt, & ligamento articuli humeri ipſum continente recta ſectione diſſecto id à ſcapulæ collo adimetur, interius ualido quoque cultello ab interiori ſcapulæ proceſſu diuidetur, & utroque principio deorſum reflexo huius muſculi carnoſa inſertio in os humeri animaduertetur: qua diſſecta ad radium uſque ſola manu ab ſubdito muſculo iſte prior auelletur. Vbi uerò huius inſertionem intuitus fueris, is appenſus ſeruabitur, & poſterior ab humero deroſus ad ipſius quoque inſertionem ducetur. Poſteriores eadem ratione aggredieris, primùm illum qui ab humeri ceruice pronaſcitur liberans, ac dein illo cui ſcapula initium præbet, ut poſtmodum hoc deorſum tracto, ſecundum animaduertas ipſi innatum, ac ſub illo ab humero prodeuntem. Quando itaque hi ad inſertionem producti ſunt, neque ullã fibrarum inſertionem animaduerteris, cubiti articulum ſubinde flectito & reflectito, examinaturus num uel tantillum quidem extra rectum tramitem dimoueri queat. quod quum in articulo ſolis ligamentis hærenti, & iam propemodum luxato obſeruas, quid fieri in nobis arbitrabere, articulo tot muſculis adhuc ueſtito? Vt tamen hæc omnia exactius rimeris, oſſa inuicem ſeiungenda ſunt, non ſolùm humeri cum ulna articuli gratia, uerùm & radij cum humero, & radij rurſus cum ulna.

A. *Admi-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0096-5
DFG

# De Adminiſtratione uenarum, arteriarum, & neruorum manus.

A. *Adminiſtratio* uenarum, arteriarum & neruorum manus.

*Primùm* itaq; à ſummo humero ad pollicis uſq; unguem in cute ſectionem adeò leniter duces, ut carnoſam membranam non uulneres: deinde ſectionis labris inuicem diremptis, omni ſtudio laborisq; patientia cutem à carnea membrana ita auferes, ut adipem omnem membranæ adhærere ſinas, ſtudioſeq; expendas, ne uenam quampiam aut neruulum cuti connexum ſinas. & ſi fortè aliquem ramum cuti exporrectum negligentia diuiſeris, atq; cum cute aliquouſq; à carnea membrana ſeiunxeris, illum à cute ſedulo reſeca, & carneæ membranæ, ita atq; prorepebat, obtendito, ac dein cutem, quemadmodũ cępiſti, adimito, nullibi cutis aliquid, neque in brachio, neque in cubito, neque in manu extrema relinquens. Iam uenulas & neruulos obſeruabis, duræ membranæ qua brachium attollentem integit muſculum oblatos: dein primum neruum brachij, qui carnoſæ membranæ aliquouſque in externa brachij ſede exporrigitur, dein ramulum tertij nerui inter muſculum brachium attollentem, & eum qui brachium pectori adducit, in carneam membranam hic in anteriori brachij ſede diſſeminatum. In poſteriori autem brachij ſede & inferiori regione externi lateris brachij neruorum ſurculos expendes carneæ membranæ à quarto neruo brachium ingrediente deriuatos, ſimul cum ramo quem externæ cubiti ſedi obliquè offert. Mox ſexti brachium petentis nerui, ſeriem uniuerſam expendes: ea enim tota carneæ membranæ duntaxat exporrigitur. Iam humerariæ ſecundum internum latus muſculi brachium attollentis, egreſſum ſpectabis, & ramulos quos hinc inde donec cubiti attingat articulum diſpenſat. Ad cubiti autem articulum ramum obſeruabis obliquè deorſum ad communis uenæ conſtitutionem, ab humeraria diffuſum: dein eum, qui ſecundum radium in poſteriora cubiti ad paruum uſque fertur digitum, axillaris uenæ ramum ſibi aſciſcens. Ramum uerò quem humeraria rariùs ad articuli cubiti profundiora mittit, ſi modo adfuerit, etiam citra ſectionem expendes, axillaris uenæ portioni animum accommodans, quæ ſub media longitudine brachij carneam membranam ſubit. Hanc enim ramum ad communis uenæ conſtitutionem promere cernes: dein alios ipſius ramos ſecundum ulnam, ſeu inferiorem cubiti regionem ad brachiale ferri ſpectabis, & etiam animaduertes huius portionis ſuboles per interiorem cubiti ſedem uariè admodumq; implicite ad brachiale uſque & manus uolam excurrentes. Præterea communis uenæ ſeriem uniuerſam quoq; intueberis, ad ſecundi brachiũ petentis nerui propagines animum dirigens, quæ ab illo producuntur, ſimulatque in cubiti articulo carneam membranam ex alto adit: ad hæc ramum quarti nerui etiam ſpectabis, qui externæ cubiti ſedi ad brachiale uſque ſpargitur. Neruos autem digitos implicantes, aliquo pacto etiam modo cernis, uerùm magis conduxerit, eos tum primum expendere, quum radices ipſorum ad digitos uſque perduxeris. Poſtquam itaq; hæc omnia non reſecta adhuc carnea membrana diligenter non ſine magno uſu ſpectaueris, carneam membranam unà cum ipſi annexis uenis & neruis à ſuccumbentibus muſculis auferes, ac mox muſculum, cuius beneficio brachium pectori adducitur, ad ipſius uſque inſectionem ab illis quibus adnaſcitur partibus, liberabis. idem & in illo molieris, qui brachium attollit, & qui ſcapulam mouentium primus & ſecundus habentur, dein clauiculam à ſummo humero reſecabis, & muſculum auferes à pectoris oſſe & clauicula mamillari capitis proceſſui inſertum, & eum qui à ſcapula oſſi υ imitanti implantatur, & eum quoque qui à prima pronatus coſta, tranſuerſis proceſsibus ceruicis uertebrarum inſeritur. Cæterùm, quum hos adimis muſculos parum curandum eſt, num illos auferas illæſos, parumq; uulneratos, hic enim non muſculorum, ſed uaſorum natura uenit diſcenda: & perpetuò cauendum eſt, ne uas non autem muſculus uitietur. Si itaque ad hunc modum accuratè hos muſculos ademeris, *in ceruicis uertebrarum latere neruorum radices ſeriesq; eleganter occurrent, qui ab illis proſiliunt uertebris: atque ita etiam plexum neruorum in brachium excurrentium obſeruabis, à quo ſeriatum cuiuſque nerui digeſtionem perſequeris.* Ac primus occurrit qui muſculo brachium attollenti præcipuè offertur: deinde ſecundus & tertius. quorum ſeriem commodius ſpectabis, ſi capita muſculi cubitum flectentium anterioris illinc unde prodeunt, liberaueris, atque à ſubdito illi muſculo ad inſectionem uſque ipſius detraxeris. Mox enim ita præter ſecundi & tertij nerui ad brachium ingreſſum, etiam quarti & quinti & ſexti nerui, & dein arteriæ & axillaris & humerariæ uenarum ingreſſum adinuenies, ſenſimq; ſingulorum ſeriem ſequeris, quæ in ſecundo neruo obſeruatu eſt prompta, & tertij quoque nerui ſeries ad cubiti uſque articulum in propatulo eſt uti etiam & quinti nerui & ſexti. Quartus autem neruus qua ſecundum brachij os uerſus externum illius tuberculum retorquetur, non occurrit, niſi obliquè ſecundum nerui ductum muſculos cubiti extenſionis autores diſſecueris, neruiq; progreſſum ita uitiatis muſculis perſequutus fueris. Vbi autem hunc ad externum cubiti articuli latus uſque deduxeris, ramosq;, quos hactenus in progreſſu edidit, examinaueris, muſculis ab externo humeri tuberculo principium ducentibus à ſua origine liberatis, ramos quarti nerui expendes, qui illis muſculis offeruntur, & eam ſequeris propaginem, quæ tandem externæ pollicis regioni, ut & indicis quoque & medij ſurculos exhibet. hanc enim leni negotio reperies, ſi muſculo attendens bifido tendine brachiale extendenti. Iam quarti nerui propago ſimiliter inquirenda eſt, quæ ulnæ exporrecta, ad brachiale uſque excurrit, & muſculis ab externa ulnæ ſede initium ducentibus ſurculos depromit. Vt uerò reliquum tertij quintiq; nerui, & dein reconditæ axillaris uenæ portionis & manus arteriæ in cubito extremaq; manu progreſſum uideas, muſculorum ab interno humeri tuberculo originem, ſumentium capita ueniunt liberanda, ita enim in anteriori cubiti articuli ſede uenæ & arteriæ, & tertij nerui incubitum ingreſſus occurret: & eleuato ſecundos quatuor digitorum articulos flectente muſculo, ipſorum ad brachiale uſque progreſſum etiam obſeruabis, una cum quinti nerui (qui ſecundum poſteriora interioris humeri tuberculi in cubitum fertur) portione ulnæ exporrecta, atq; ſub medio longitudinis ulnæ ramum diducente, qui in cubiti exteriora reflexus externa ſedi parui digiti & anularis & medij ſurculos offert: quem leui negotio, quum in ſuperficie propemodum ducatur, adinuenies. reliquum uerò quinti nerui & tertij progreſſum reperies, ſi tranſuerſum in interna brachialis ſede repoſitum ligamentum diuiſeris, ac dein exiguo cultello uenæ arteriæ, & eorum neruorum ſeriem ad extremos uſq; digitos perduxeris.

# De Adminiſtratione muſculorum, tibiam mouentium.

B. *Adminiſtratio* ſeu ſectio cruris. & uel

*Muſculorum*

*Tibiam* mouentium. Ab ilium oſsis ſummo ad medium uſq; tibiæ longa ducetur ſectio, cutem, adipem, & carneam membranam diuidens, abſq; omni enim arte cutis cum carnea membrana laniorum artificio ad mediam uſq; tibiæ longitudinem attollenda eſt. Mox ſecundum femoris longitudinem in interna ipſius parte obſeruabitur, ſexti muſculi membrana ſeu tendo, quem cutis modo à ſubiectis liberare cõuenit. eius igitur parte quæ anteriorem femoris ſedem ambit, ad externum femoris latus deducta, eam quoq; quæ poſteriorem ſedem integit, ſimiliter uerſus externum latus dirimere neceſſum eſt, quo manu tranſuerſim inter ipſius tendinem & ſeptimum muſculum interiecta, & ſurſum deorſumq; mota, tendinis inſertionem & muſculi quoq; originem intuearis. Vbi originis locum inueneris, nouacula, aut cultello, hanc ab ilium oſsis ſpina abſecabis, & illam digitis attollens, ad tibiã uſq; totum muſculum auelles, accuratè tendinis iſtius amplisſimi naturam & carnoſam huius muſculi partem inſpiciens, & muſculum à ſua inſertione pendentem relinquens, quo poſtea ipſius functio rectius innoteſcat. Poſt hunc primi muſcu'. caput, ab anteriori ſummaq; oſsis ilium parte cultello liberabis, & ipſius capite digitis appræhenſo, abſq; negotio ad inſertionem uſque à ſubditis diuelles. Mox nouacula à pubis oſsi qua id alterius lateris pubis oſsi cartilaginis interuentu committebatur, ſecundi muſculi initium dirimes, & illo ſimiliter digitis appræhenſo, muſculum uniuerſum ad inſertionem uſq; perduces. Iam nonum aggredi liceret, uerum commodiùs feceris, ſeuerſo crure illos, qui à coxendicis oſſe oriuntur, prius adminiſtraueris. Quod ut rectè ſuccedat, neceſſe eſt inſignẽ muſculum, qui alteram natem conſtituit, auferre, quia ſpina oſsis coccygis & poſteriori parte oſsis illum ſpinæ enatus, magno femoris proceſſui potisſimum inſeritur, femur, uti ſuo loco audies, moturus. Nouacula igitur huius muſculi carneum principiũ ab illis unde prodit oſsium ſedibus eſt abradendum, ut à ſubditis muſculis quoq; eleuatum, in latus commodè reflecti poſsit. Aliàs enim ex coxendicis oſsis appendice, pronati muſculi ſeſe ſuis capitibus non oſtenderent, quæ ſua exortus ſerie iam ueniũt dirimenda. Cæterùm ut exactius uoti compos fias digitis in poſteriori femoris ſede, adhibita quoq; ſi uoles retuſiori nouacula, muſculos inuicem ſeiunges, ut capitum mutuo incumbentium craſsitiem leuiori cura coniectari liceat. Quod ubi præſtiteris, utrunq; à coxendicis oſſe abſecabis, & tertij capite in manum ſumpto ad ipſius inſertionem à ſubditis detrahes. Quum uerò quarti etiam muſculi caput ſimiliter diuellis, ſedulò attendẽdum eſt illi carnoſæ parti, quæ à femore pronata, quartum auget. Hæc enim cultello à femoris oſſe liberanda eſt, priuſquam totus muſculus ad inſertionem perduci poſsit. Iam quintus Galeni muſculus erat diſſecandus, uerum noſter ipſi incumbens ſeſe adeò manifeſtè offert, ut admodum naturæ artificiũ admiraturus ſis, quæ illum ſinum tam affabrè exculpſit, ut tertius muſculus in illo repoſitus unà cum hoc, ac ſi unus ambo eſſent, à Galeno auulſus fuerit. quapropter huius quoq; capite ab oſsis coxendicis appendice liberato, totus muſculus ad ſuam quoq; inſertionem detrahetur. In præſentia quintus Galeni muſculus ſe ad amuſsim in lateribus, & poſteriori ſede oſtendit. Verùm quia femoris motibus ſubminiſtrat, opportunius in femur agentium muſculorum ſectione adminiſtrabitur. Quanquam nihil etiam prohibeat ipſius capite nerueo à coxendicis appendice liberato illud deorſum trahere, tranſuerſisq; ſectionibus ab illo, qui ipſi in anteriori ſede adnaſcitur muſculo, diuidere. Vt ſimul & huius, & carnoſæ illius partis inſertionem ortumq; intuearis. Verſo nunc crure, noni muſculi principium altius nonnihil inter quoſdam femoris motores reconditum ab oſsis coxendicis tuberculo ſeparabis: quod ubi digitis attraxeris, ad patellam uſq; citra ſectionem adimetur, & liuida ipſius ſubſtantia, quæ ſinui octaui eſt ſeptimi muſculi inſidet, unà cum ipſo ſinu ſpectandam ſeſe exhibebit. Hoc ad patellam relicto, ſeptimĩ muſculi exortum ab oſſe ſedulò derades, & muſculi principio ſenſim in exteriora reflexo, ab octauo muſculo illum ad patellam uſque liberabis. Octanum uerò operoſius à femore deradere conuenit, quum undiq; ferè oſsi adnaſcatur: ubi tamẽ ad patellam uſq; abraſus, atq; unà cum ſeptimo & nono à femoris oſſe reflexus erit, operepræcium feceris, ſi ſingulorum muſculorum motum expenderis, quod pari ratione atq; in alijs muſculis præſtiturus es, illorum ſcilicet capitibus ad ſedes unde pronoſcuntur attractis. Verùm hic tibiæ motus propter frequentia in genu & femore uulnere tibi tantus eſſe debet, ut pede à tibia abſecto, & tibiæ carnibus quam poſsis examuſsim citra horum muſculorum læſionem ademptis, ipſos aggredi debeas. Neq; ſanè pedem cum tibiæ carnibus ademptum eſſe ſat eſt, imò nihil æquè conducet, atq; omnem carnem coxendicis articulo incumbentem unà auferre, ne femoris motus tibi cum alijs anatomicis in hoc opere illudat. Nudo enim articulo ſemper unà intuebere num femoris caput uel tantillum in ſuo ſinu mutetur. Et quo minus præter rectam flectionem extenſionemq; tibiam immoto femore, aliam nullam moliri conſpicaberis, expende quanto minus id in nobis tibia præſtet, quum tot carnibus undiq; femur circumueſtitur. Porrò extendentium tendinum permixtio nouacula inquirenda uenit: ut ſcilicet intuearis, quis muſculorum inſigniorem commixti tendinis portionem obtulerit. Quinetiam attendendum erit cuiuſmodi patellæ in illo tendine nexus ſit: ac demum qui nullius ligamenti beneficio, imò nullius prorſus corporis interuentum patella femori innitatur.

*Femur* mouentium. Vide in ſequentibus, ſub ſigno κ.

*Pedem* mouentium. Vide in ſequentibus ſub ſigno λ.

*Venarum*, arteriarum & neruorum. Vide in ſequentibus ſignum μ.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0098-7
DFG

# De Adminiſtratione muſculorum,

## femur mouentium.

κ. *Admini*-ſtratio muſculorum, femur mouentium

*Eorum*, qui femoris motibus præſunt muſculorum adminiſtrationem, ab extendentibus meritò in illo crure, in quo tibiæ motores aggreſſus es, exordieris. Aſſumpta itaq; ex minus fragili ferro nouacula, quæ oſsis impetum aliquando ſuſtinere poſsit, primi muſculi caput (ſi modò dum mouentes tibiam muſculos diſſecares, illud non abſtuleris) ab oſſe coccyge & ilium oſsis dorſo tranſuerſis ſectionibus niteris abradere, quouſq; in ſecundum muſculum incidas. Quando autem uniuerſi muſculi principium ab oſſe deraſum erit, licebit hoc reflectere, & ſolis manibus (niſi nouacula quoq; uti uoles) à ſubditis partibus ad magnum uſq; femoris proceſſum liberare. Quod ubi præſtiteris ipſius longam intueberis inſertionem, procul etiam ſub magni femoris proceſſus radice deſcendentem. Hæc enim non uulgariter uenit perpendenda, uti neq; huius muſculi forma ſubſtantia, fibrarum ductus, & manus uel abſceſſuum duntaxat nomine, quos crebrò in ipſo, & præcipuè iuxta magnum proceſſum in illius tendine incidimus. Secundus dein pariter ab ilium oſſe nouacula dirimendus eſt, mente adhibita, ne tertij quoq; principium unà adimatur, exortus enim continuitas, quæ linea duntaxat interſtingitur, utrunq; muſculum unà facilè auferri ſinit. Vbi itaq; ſenſim reflexo ſecundi muſculi initio, & tranſuerſis ſemper ſecundum ilium oſsis dorſum factis ſectionibus ad tertij muſculi principium deueneris, ſecundus iam totus uenit reflectendus & manibus attractus, ad inſertionem uſque à tertio diuellendus. Tertius quoq; eadem ratione ab oſsis ilium dorſo poſt ſecundum abradetur: atq; hoc ad ipſius etiam inſertionem deducto, quartus ab oſsis ſacri lateribus cultello auferetur, & manibus apprehenſus, ad magnum uſq; femoris proceſſum à ligamento, cui innititur ex coxendicis articulo dirimetur. Facillima enim horum poſtquã primum adminiſtraueris, eſt aggreſsio, qua obita, licebit ſingulorum motibus examinatis, omnes quatuor abijcere. Quintum poſt hos muſculum à coxendicis oſsis infima ſede, & pubis oſſe acutiori nouacula ſimul totum callide abrades, & ad ſuam in femur inſertionem illum perducens eam accuratè obſeruato, non neglectis ipſius inſcriptionibus, ſeu delineamentis, fibrarumq; ductus differentia. Animum etiam dum hunc præſcindis accommoda, ne ſimul quoq; octauum muſculum tanquam quinti partem incautus auferas. Quinto itaq; à femore reſciſſo, acutiori cultello à lateribus corporum undecimæ, & duodecimæ thoracis uertebrarum, & trium primarum lumborum, ſexti muſculi caput uenit liberandum, & capite eius apprehenſo, totus muſculus ad paruum uſq; femoris proceſſum à ſubditis eſt dirimendus: quod ſi uoles, ſolius manus ope perfeceris, niſi fortè & hunc muſculum, quum dorſum mouentes adminiſtrares, iamdudum inſpexeris. Poſtquam uerò ipſius tendinum, & quo ſemper pubis os fertur, ſinum indagaueris, ſeptimus opportunè aggredietur. Hunc itaq; nouacula tranſuerſis ductis ſectionibus, ab interna oſsis ilium ſede ad coxendicis uſq; os quà deſcendit erades, & muſculo manibus eleuato, ad minorem uſq; femoris proceſſum, ipſius inſertionem conſideraturus, detrahes: non præterita interim ſinus, ſui quo deducitur, inſpectione. Mox octauum tranſuerſa linea à pubis oſſe abſectum uſq; ad inſertionem, quæ ſimiliter ſuo principio lata eſt, diuelles: obſeruans interea, ne nonum quoq; imprudens adimas. Duo qui adhuc ſuperſunt muſculi, quoniam pubis oſſa dum ueſicæ & ſedis ſpectares muſculos dirempta ſunt, atq; iam unum tantum crus, in quo tibiam mouentes muſculi adminiſtrabas, ad manum habes facilè ſecabuntur. Nonum itaq; & decimum à pubis oſſe & coxendicis abrades, & ipſorũ connexum & in maioris femoris proceſſus, ſinum ac implantationem examinabis, nequaquam perſunctoriè prætériens decimi reflexum, & quæ ad huius latera undiq; naſcitur muſculoſam ſubſtantiam cum decimo muſculo ad inſertionem uſque exporrectam. Quum hos femur circumuertentes reſecueris, membrana ſe ſpectandam offert, totum pubis oſsis foramen comprehendens, & hoc loco ſibi utrinq; incumbentes muſculos dirimens. Similiter etiam ab acuto coxendicis oſsis proceſſu, in quinti ſacri oſsis latus durum ligamentum produci contueberis, cui quartus femur mouentium muſculus innitebatur, quodque hæc oſſa firmius committit. Deinde aliud iamdudum ſeſe obtulit ab eodem ſacri oſsis latere, cui nuper dictum inſeritur, enatum, atque in poſteriorem, illicq; elatiorem coxendicis oſsis appendicis ſedem inſertum.

λ. *Adminiſtratio* muſculorũ, pedem mouentium.

*Tempeſtiuum* itaq; erit, à muſculo *quatuor digitorum ſecundum internodium, flectente ligamentum illud abradere. Deinde ſedulò à calcis oſſe muſculus ille liberabitur, qui paruum digitum in externum latus abducit, & ſtatim ille, qui pollicem in internum latus à cæteris digitis amouet, ut muſculus quatuor digitorum ſecundum articulum flectens ſeſe offerat, iſque à calcis oſſe liberari queat,* ac poſtmodum ad digitorum radices duci. In tendinum uerò ipſius adminiſtratione pari modo ut in manu fieri præcepimus, cultello exiguo tranſuerſum digitorum ligamentum ſecundum ipſius longitudinem diuides, ac deinde qualiter ſubditos tendines tranſmittant, atque in ſecundos articulos inſerantur ſpectabis, ſectionem rurſus ad tibiæ poſteriora conferens. Iam enim in poplite latitans muſculus adeò pulchrè occurrit, ut ipſius naturam non minus atq; ego illam deſcribere poſsim intuere ualeas, & non oſcitanter animaduertere integrum ſit, num uel minimum tibiæ flectioni opitulari queat. Hæc intuitans illum à genu articulo liberabis: & niſi articulum ad ligamentorum inſpectionem ſeruare propoſitum ſit, nihil prohibet à tibia femur liberare, quo commodius tibiam & pedem poſtmodum pertractes. Abſecto igitur aut relicto, ut lubet, femore, muſculum ſecundum pollicis flectens internodium, ſuo principio liberatum à ſubditis ad calcem uſque detrahes. Deinde & illam quoque ſimiliter auelles, qui tertium quatuor digitorum os flectit. Vt iam utroque ad ſuos ſinus deducto, tranſuerſa ipſorum ligamenta longa ſectione diuidere, ac poſtmodum ipſorum X literæ inſtar in cubitum examinare liceat. Ille enim è ueſtigio obuius eſt, quum ex ſuis ſinibus detractos tendines, à pedis planta deorſum reflectis: neque ita duntaxat in cubitus ille couſpicitur, imò etiam portiuncula ſe offert à muſculi pollicem flectentis tendine illi admixta tendini, qui tertium indicis internodium flexurus eſt. Quinetiam hac adminiſtratione occurrunt muſculi quatuor digitos pollici adducentes, quos à calcis oſſe liberatos, atq; ad inſertionem perductos, unà cum tendinibus, quibus illi porriguntur, adimere conuenit, ut carnea moles primos digitorum articulos flectens, inſpiciatur: quam ex tuo arbitratu, aut prorſus à pedij oſsibus abrades, aut illis connexam ſines. Iam muſculus, qui adhuc in poſteriori tibiæ ſede reliquus eſt, quiq; pedis motibus famulatur, à fibula & tibiæ oſſe, & horum membraneo ligamento ad poſteriorem uſq; interni malleoli ſedem liberabitur, ac peculiari ipſius tranſuerſo ligamento longa ſectione diuiſo, ad inſertionem uſque muſculus ille ducetur. Cæterùm iam opportunum eſt, & anteriores tibiæ muſculos aggredi, atque hic omnium primum tranſuerſum ligamentum ſectione per longum facta diuidere conuenit. In quo opere magna tendinum congeries ſeſe exhibebit, quorum (ut ſingulos ordine intuearis) primum tendinem attolles, pedem mouentium ſexti. Huius muſculi caput aliorum muſculorum modò, ab exortu liberatum ad inſertionem uſque ducendum eſt, quod mediocri fit negotio, ſi utrinque muſculi latera ab ipſi connatis cultello aut nouaculo diuiſeris. Poſt hunc totus ſeſe oſtendit quatuor digitos extendens, muſculus: ubi hic à tibia liberatus ad inſertionem ductus erit is aggredietur, qui pollicem extendit quem ſimiliter à tibia liberatum ad inſertionem ducere expedit. Superſunt in tibia duo pedis motibus famulantes muſculi, qui fibulæ exporriguntur. Horum ſectio à ligamentis tranſuerſi inter calcem & fibulam poſiti, diſſectione inchoabitur, & deinde tendinibus eleuatis, uniuerſum muſculorum corpus à fibula dirimetur, ut poſtmodum ipſorum inſertionem liquido uideas ac demum muſculos, qui ſuperiorem pedis ſedem occupant, ſuis principijs liberatos, ad inſertionem perducas, atque ita uniuerſæ muſculorum fabricæ, ſummam manum imponas.

# De Adminiſtratione, uenarum, arteriarum, & neruorum cruris.

*Adminiſtratio* uenarum, arteriarum, & neruorum cruris:

*Ceterùm* priuſquam cruris neruos & uaſa inquires, etiam diligenter obſeruabis neruorum ex lateribus thoracis uertebrarum proſilientium diſtributionem, quam tunc demum oportunè inuenies, quum ſedulò illorũ diſtributione perlecta muſculorum diſſectionem ſpectiſsimam habes, qua hic non minus indiges, quàm ante muſculorum adminiſtrationem abſolutiſsima oſsium cognitione. Quum itaq; ad lumborum uertebras uſque deuentum erit, ab inguine ad pedis uſque pollicem ſimiliter atq; in manu ſectionem duces: cutem ad carneam uſque membranam diuidens: ut dein uniuerſam cruris & pedis cutem illæſa carnea membrana, & uenis, & arterijs, & neruis inter hanc, & cutem excurrentibus ad carneam membranam relictis cõmodè (licet laborioſe) auferas, ac mox quatuor neruorum crus petentium radices exortusq; inuenias, quos reperies neruos è lumborum uertebris, & ſacro oſſe proſilientes, ſecundum ipſorum ſeriem ſubſequendo. Deductis autem ad crus quatuor neruis, primi nerui ſobolem obſeruabis, carneæ membranæ in externæ femoris ſede exporrectam. dein ſecundi nerui ſobolem in anteriori femoris ſede ad carneam membranam diffuſum. atque hic uenam obſeruabis per femoris & tibiæ interiora ad pedis uſque ſummum ſimul cum illius rami ſobole exporrectam. Tertij nerui ſobolem carneæ membranæ oblatam inuenies, ſi inguini animũ adhibueris. Vt autem quarti nerui ramum, in carneam membranam diffuſum, inuenias, primum femur mouentium muſculum ab ilium oſſe & ſacro coccygeq; ad inſertionem uſque liberabis, moxque quarti nerui truncum, eumq; ramum ſpectabis. Quo inuento etiam ramum quarti nerui in carneam membranam iuxta poplitem, femoriſque humiliora diffuſum abſque ſectione inquires, & dein quarti nerui ramos tibiæ cutę multifariam ſimul cum uenis depromptos, in carnea membrana perueſtigabis. & mox ad inguina reuerſus, primi nerui ſeriem in muſculis occultatam cultello per muſculos quæres, quod & in ſecundo & tertio facies, quanquam cum tertio etiam arteriæ & uenæ propagines inueniendæ ſint, quæ per pubis oſsis foramen in femur delabuntur. Venam autem & arteriam inſigniores femur petentes diſſectis uitiatiſque muſculis ſenſim adinuenies, & ipſarum obſeruatis ramis progreſſum eorundem ſequeris, quà ſecundum femoris os retorquentur, ac poplitem unà cum quarto neruo adeunt. Atq; ubi tria hæc uenam ſcilicet arteriam & neruum repereris, qui in poplite diuidantur perueſtigabis, & muſculis ligamentisq; uariè diſſectis, uniuerſam ipſorum ſeriem diſces: quod ſanè feceris facilè, quanquam laborioſe, ſi modò horum diſtributione ſedulò prælecta, & meæ de humani corporis fabrica Epitomes tabulis ob oculos poſitis, exactam oſsium muſculorumque cognitionem habueris. Eſt enim in hominis partibus accuratè diſcendis, diligens ordinis habenda ratio.

# De Spiritibus, in genere & ſpecie.

*Spiritus* differentiæ in:

- *Genere*: ſumuntur à
  - *Cauſis*
    - *Internis*: materia ſcilicet & forma. Sic ſpiritus eſt ſubſtantia aerea, animata, ex tenuiſsima quaq; ſanguinis parte producta.
    - *Externis*: ſcilicet fine ſeu uſu. Sic ſpiritus uitam, &c. præſtat.
  - *Accidentibus*: nempe
    - *Qualitate*: Sic ſpiritus eſt
      - *Dilucidus.*
      - *Clarus.*
      - *Tenuis.*
      - *Subtilis.*
    - *Quantitate*. Sic ſpiritus eſt triplex, &c.
    - *Loco*. Sic ſpiritus, in corde, cerebro & hepate continetur.
- *Specie*, eſt triplex:
  - *Animalis*, in uentriculis cerebri continetur, & per neruos in uniuerſum diffunditur corpus, mouendi ſentiendiq; facultatem præbens. Ex uitali ſurſum per arterias elato generatur, perfectius cocto & elaborato. In quem uſum reticularem plexum, quaſi uarium quendam labyrinthum, iuxta cerebrum, natura fabricauit. Vbi enim hæc ipſa accuratè materiam elaborari uult, diutinam ei moram in concoctorijs inſtrumentis machinatur.
  - *Vitalis*, in corde generatur, ex inſpiratione, & ſanguinis uapore, qui per arterias ad cuncta corporis membra contendens, uitæ ac inſiti nobis caloris cauſa exiſtit.
  - *Naturalis*, in hepate fit, & ab eo per uenas in totum mittitur corpus. Ipſe enim uirtutem naturalem cõſtituens, eius actiones bene format, ac perficit. Generatur autem ex puriore, qui in hepate fit, ſanguine, cui nullus cæterorum humorum commiſcetur.

De Tempe-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0100-1 DFG

# De Temperamentorum differentijs, in genere.

*Temperamentũ* ſeu temperatura, quæ Græcis *κρᾶσις*, Latinobarbaris cõplexio dicitur, eſt miſturę elementorum ratio, ſiue qualitatum principum quę elementis inſunt, harmonia. Horum differentiæ in

- *Genere*: ſumuntur à
  - *Cauſis*: uidelicet
    - *Materia*. Sic têperamentũ quo ad
      - *Partes*: aliud
        - *Capitis.*
        - *Cordis.*
        - *Membrorum* reliquorum.
      - *Totum*: aliud quoad
        - *Aetatem*
          - *Iuuenis.*
          - *Senis.*
        - *Sexum*
          - *Viri.*
          - *Mulieris.*
    - *Forma.* Sic temperamentorum alia
      - *Temperata.*
      - Intemperata
        - *Calida.*
        - *Frigida.*
        - *Humida.*
        - *Sicca*, &c.
  - *Accidentibus*: nempe
    - *Qualitate*. Sic temperamentum aut
      - *Calidum.*
      - *Frigidum.*
      - *Humidum.*
      - *Siccum.*
    - *Quantitate.* Sic temperamẽtum aut
      - *Abſolutè*, ſimpliciter, ſummè, ſummo gradu: ut ſunt, quæ immiſtas & ſummas qualitates habẽt: cuiuſmodi eſt elemẽtũ
        - *Ignis.*
        - *Aer.*
        - *Aqua.*
        - *Terra.*
      - *Per* exuperantiam, uictoriam, excellentiam, exceſſum, ex contrarijs inuicem miſtis conſtans, ſed uincentis & præpollẽtis in miſtura qualitatis nomine uocatum: quod ſcilicet calidum largius habet, & frigidum parcius, calidum uocamus: & contrà, quia cõtrarium in miſtione uincit, & eius maior eſt portio. Sic homo, equus, bos, canis & cætera animalia, & plantæ calida nobis uocantur, quòd in his maior ſit portio calidi quàm frigidi, &c.
    - *Relatione* ſeu potius cõllatione. *Sic tẽperamentorum aliud collatur*
      - *Nulli* ſeu abſolutè: ut canis abſoluto ſermone animal eſt ſiccum.
      - *Alicui* ſeu non abſolutè: & uel
        - *Simetro*, ſiue medio ſui
          - *Generis*: ut homo cum leone comparatus.
          - *Speciei*: ut homo homini.
        - *Cuiuis* obuio: ut
          - *Generi* / *Speciei* / *Indiuiduo* — *Cuicunq;.*
    - *Tempore.* Sic temperamẽtorum aliud
      - *Actu*, & in præſenti temporé.
      - *Potentia*, ſeu poteſtate, ſeu in futuro tempore, id eſt, quod nondũ tale actu eſt, quale dicitur, ſed tale poteſt eſſe, ſi extrinſecus non impediat. Huius duo ſunt modi
        - *Vnus* maximè propriè, in quo natura ſuopte impetu in actum propenſa eſt, ſi nihil extrinſecus impediat, & motus initium acceperit.
        - *Alter* cauſa materialis cõtinens & propinqua faciendæ rei: ut ſanguis poteſtate caro eſt.
    - *Ordine.* Sic temperamentorum aliud
      - *Primò* & per ſe, ſeu ex ſua natura immediatè, calidum, frigidum, &c. Quod ſua & naturali caliditate, frigiditate, à principio ad finem, quandiu applicatum eſt, magis ſemper calefacit, refrigerat, &c. ut aqua potabilis dulcis.
      - *Secundò* ac per accidens, non ex ſua natura mediatè calefaciens, refrigerans, &c. ut aqua ſummè frigida cuti affuſa, pauco tempore poſt ablationem, refrigerata, contracta, & denſata cute, ac reuocato calore, calefacit hominem, nõ quidem primò ac per ſe, ſed ſecundò & per caloris ad cutem reuocationem, &c.
- *Specie.* Vide in ſequentibus, ſignum A.

**A.** *Temperamentorum differentiæ in ſpecie, ſumuntur à*

- *Cauſis*, & maximè materiali, nempe corpore humano. Sic tẽperatura aut corporis
  - *Totius*: atq; uel
    - *Temperata*: ad
      - *Pondus*, quæ ex cõtrarijs, æqua portione coeuntibus, conſtat: ita ut ſit temperamentum uerè & omnino medium. Hanc æqualitatem ſecundum Phyſicos impoſsibile eſt inuenire in homine. Verum medium in toto animalium genere, homo eſt. Medium uerò in hominum ſpecie, eſt euſarcos, id eſt, quadratus, qui nec craſſus nec gracilis, nec calidus, nec frigidus appellatur, nec alio quouis nomine exceſſum uel defectum ſignificante.
      - *Iuſtitiam*, quæ non cõtrariorum paritate, ſed mediocritate ſuæ cuiuſq; naturæ conueniente æſtimatur: uel quæ congruam decoramq́; generis ſui æquabilitatẽ obtinet. In ſumma, quæ ueluti omnibus numeris & partibus abſoluta, integrè, & pro naturæ ipſius ratione, munere ſuo fungitur. In nullis enim tẽperatis animalibus & plantis, ea temperaturæ æquabilitas exiſtit, quæ ex pari elementorũ cõmiſtorũ mole ſpectatur, ſed quę animalis & ſtirpis naturę cõuenit.
    - *Intemperata*
      - *Æqualis* (ut in febre hectica) & uel
        - *Sana*, quæ adhuc intra fines ſanitatis eſt, & per quam actiones conſuetos licet obire, qualis eſt in ſanis omnibus, non tẽperatis. Atq; hæc uel
          - *Sola*
            - *Simplex*: ut
              - *Calida.*
              - *Frigida.*
              - *Humida.*
              - *Sicca.*
            - *Compoſita*
              - *Calida* & humida.
              - *Calida* & ſicca.
              - *Frigida* & ſicca.
              - *Frigida* & humidæ.
          - *Cum* affluxu materiæ
            - *Simplicis*
              - *Sanguinis.*
              - *Bilis.*
              - *Pituitæ.*
              - *Melancholiæ.*
            - *Compoſita.*
        - *Morboſa*, quæ actionẽ aliquam inſigniter lędit, ob id ipſa morbus eſt. At hæc aut
          - *Sola*
            - *Simplex*
              - *Calida.*
              - *Frigida.*
              - *Humida.*
              - *Sicca.*
            - *Compoſita*
              - *Calida* &
                - *Humida.*
                - *Sicca.*
              - *Frigida* &
                - *Sicca.*
                - *Humida.*
          - *Cum* materia
            - *Sanguinis.*
            - *Bilis.*
            - *Pituitæ.*
            - *Melancholiæ.*
      - *Inæqualis* (ut in omnibus febribus exceptis hecticis, in hydrope & anaſarca) & hæc aut
        - *Sana*
          - *Sola*
            - *Simplex*
              - *Calida.*
              - *Frigida.*
              - *Humida.*
              - *Sicca.*
            - *Compoſita*
              - *Calida* &
                - *Humida.*
                - *Sicca.*
              - *Frigida* &
                - *Sicca.*
                - *Humida.*
          - *Cum* materia
            - *Sanguinis.*
            - *Bilis.*
            - *Pituitæ.*
            - *Atra* bilis.
        - *Morboſa*
          - *Sola*
            - *Simplex*
              - *Calida.*
              - *Frigida.*
              - *Humida.*
              - *Sicca.*
            - *Compoſita*
              - *Calida* &
                - *Sicca.*
                - *Humida.*
              - *Frigida* &
                - *Sicca.*
                - *Humida.*
          - *Cum* materiæ affluxu, aut
            - *Sanguinis.*
            - *Bilis.*
            - *Atra* bilis.
            - *Pituitæ.*
  - *Partis.* Vide in ſequentibus ſub ſigno B.
- *Accidentibus.* Vide in ſequentibus ſignum C.

- **B.** *Temperatura* partiũ corporis humani, aut
  - *Temperata*, ad
    - *Pondus*, in cuius miſtura eſt æqualis quatuor elementorum menſura & portio, nec ulla qualitas alteri contrariæ præpollet, ſed in ipſarum quatuor medio exquiſitè poſita eſt: ut eſt, Cutis interna, & ſummi digiti manus, hominis ad iuſtitiam temperati.
    - *Iuſtitiam*, in qua elementorum 4. miſtio ferè inæqualis, ſed omnib. partiũ corporis ſic temperatarũ actionib. obeundis idonea. Vnde ſuperantis nomine, partium corporis humani aliæ
      - *Calidæ*: uidelicet
        - *Sanguis*, ſpiritus, cor.
        - *Iecur*, caro, muſculi.
        - *Splen*, renes, arteriæ, uenæ.
      - *Frigidæ*: nempe
        - *Pituita*, pili, oſſa.
        - *Cartilagines*, ligamenta, membranæ.
        - *Nerui*, cerebrum, adeps, pinguedo.
      - *Humidæ*: ut
        - *Pituita*, ſanguis, pinguedo.
        - *Adeps*, cerebrum.
        - *Caro* mammillarum & teſtium.
        - *Pulmo*, iecur, ſplen, muſculi.
      - *Siccæ*: ſcilicet
        - *Pili*, oſſa, cartilagines.
        - *Ligamenta*, membranæ, arteriæ.
        - *Venæ*, nerui, cor.
  - *Intemperata*
    - *Aequalis* (ut in gãgrena) & aut
      - *Sana*
        - *Sola*
          - *Simplex*
            - *Calida*, frigida.
            - *Humida*.
            - *Sicca*.
          - *Compoſita*: uidelicet
            - *Calida et*
              - *Humida*.
              - *Sicca*.
            - *Frigida &*
              - *Humida*.
              - *Sicca*.
        - *Cum* materia
          - *Sanguinis*, bilis.
          - *Atræ* bilis.
          - *Pituitæ*.
      - *Morboſa*
        - *Sola*
          - *Simplex*: ut
            - *Calida*, frigida.
            - *Humida*.
            - *Sicca*.
          - *Compoſita*: ut
            - *Calida* & ſicca.
            - *Calida* & humida.
            - *Frigida* & humida.
            - *Frigida* & ſicca.
        - *Cum* materiæ affluxu
          - *Sanguinis*, bilis.
          - *Pituitæ*.
          - *Melancholiæ*.
    - *Inæqualis* (ut in tumorib⁹ prẹter naturam) atq; uel
      - *Sana*
        - *Sola*
          - *Simplex*
            - *Calida*, frigida.
            - *Humida*.
            - *Sicca*.
          - *Compoſita*
            - *Calida et*
              - *Humida*.
              - *Sicca*.
            - *Frigida et*
              - *Sicca*.
              - *Humida*.
        - *Cum* materiæ affluxu
          - *Samguinis*, bilis.
          - *Atræ* bilis.
          - *Pituitæ*.
      - *Morboſa*
        - *Sola*.
        - *Cum* materiæ affluxu.

- **C.** *Temperamentorum* differentiæ in ſpecie ſumuntur quoq; ab accidentibus: uidelicet
  - *Loco*: quorum alia
    - *Temperata*: ut loca
      - *Sub* æquatoris circulo.
      - *Montana*, quæ ad Orientem & Septentrionem à montibus ſunt diſcooperta, & ad Occidentem & Meridiem cooperta.
    - *Intemperata*: & uel qualitate
      - *Vna*
        - *Calida*: ut loca
          - *Profunda*, cum radios ſolares plus recipiant.
          - A ſolaribus radijs perluſtrata.
          - *Meridionalia*, &c.
        - *Frigida*: ut loca
          - *Alta* ſeu montana, cũ minus radios ſolares cõprehendant.
          - *A* radijs ſolaribus non perluſtrata.
          - *Septentrionalia*, &c.
        - *Humida*: ut loca
          - *Paludoſa*, limoſa.
          - *Lutoſa*, marina.
          - *Occidentalia*.
        - *Sicca*: ut
          - *Arenoſa*.
          - *Petroſa*.
          - *Orientalia*.
      - *Duabus*
        - *Calida* & ſicca: ut loca Orientalia.
        - *Calida* & humida: ut Meridionalia.
        - *Frigida* & humida: ut
          - *Lutoſa*, cœnoſa.
          - *Limoſa*, paluſtria.
          - *Marina*, Occidẽtalia, &c.
        - *Frigida* & ſicca: ut
          - *Plana*, campeſtria, libera.
          - *Petroſa*, arenoſa.
          - *Montana*, alta, ſeptentrionalia.
  - *Tempore*. Vide in ſequentibus ſignum C.

**C.** *Temperamẽtorũ* differẽtiæ in ſpecie, ſumuntur quoq; ab accidentibus, uidelicet tempore

- *Anni*: uariè namq; corpora noſtra mutantur, unde diuerſis affectibus premũtur. Sunt autẽ tẽpora anni aut
  - *Temperata*
    - *Aequaliter*: ut
      - *Ver*, quod temperatiſsimum & ſaluberrimũ eſt. Nam in eo ſicut in hyeme, non plus ualet frigidum quàm calidum, neq; ſicut in æſtate minus ſiccitatis humiditatisq; in eo ſpectes, neq; ſicut in æſtate præualente ſicco, neq; ſicut in hyeme exuperante humido. Ideoq; ſaluberrimum & minimè morbis, qui mortem afferunt, obnoxium: cuius principium eſt in eo, quòd hyemem ſequitur æquinoctium. Pueris enim infantibus, adoleſcẽtibusq; tempus hoc omnino conferens, quo humana corpora laxari ac rareſieri incipiunt. Eius enim natura eſt, ut ſi aliquod corpus ſanum excipiatur, illud & ſaluberrimum ſeruet, & nihil ei de natura propria renouet. Verùm ubi plenà corpora euaſerint, id totũ, quod profundo corpori uitioſorum humorum ineſt, à principalibus partibus ad cutem transfert, & ad alias corporis partes. Quamobrem ſæpius non ex ſui natura cauſare, ſed palàm facere hos affectus uidetur: ſcilicet
        - *Furores*.
        - *Atrabilarios* morbos.
        - *Comitiales*.
        - *Profluuia* ſanguinis.
        - *Anginas*.
        - *Grauedines*.
        - *Tuſſes*.
        - *Lepras*.
        - *Impetigines*.
        - *Vitiligines*.
        - *Puſtulas* ulceroſas.
        - *Tubercula*.
        - *Articulorum* dolores.
        - *Raucedines*, &c.
    - *Inæqualiter*: ut
      - *Autumnus*, qui ſiccitate humiditatẽ uincit, qua ratione meritò ſiccus appellatur. In calore uerò & frigore mixtum quoddam ex ambobus ſtatuatur. Nam eodẽ die in ipſa anni tempeſtate modò calor, modò frigus nos afficit: cuius principium eſt, oriente arcturo. Ipſe namq; autumnus omnibus ætatibus, naturis, regionibusq; malus exiſtit, quanquam calidis & humidis minus morbos acutiſsimos gignit, atq; mortiferos. Nam ſubſequitur tempus æſtiuum, in quo uires corporum debilitatæ ſunt & multi humores aſſati, qui cum plus æſtate difflarentur, ab ambientis autũni aeris frigiditate truduntur, & ad interiora cõpelluntur. Quamobrem hos execrabiles affectus ſæpius excitat: uidelicet
        - *Lienes*.
        - *Aquam* intercutẽ.
        - *Tabes*.
        - *Stillicidia* urinæ.
        - *Coxendicũ* dolores.
        - *Anginas*, ileos.
        - *Comitiales*.
        - *Furores*.
        - *Atram* bilem.
        - *Quartanam*.
        - *Febres* erraticas.
        - *Diſenteriam*.
        - *Diarrhœam*.
  - *Intemperata*
    - *Calida et ſicca*: ut
      - *Aeſtas*. In ea namq; etſi humor mutetur à ſicco, & frigidum à calido, calidi & ſicci temperamenti eſt: cuius principiũ eſt in ipſo Pleiadũ ortu. Senibus certè utiliſsima eſt, quo tempore in cibis pauca, & frequenter apponi debẽt. Hęc enim celeres parit morbos, propterea quod in corporibus humores funduntur inutiles, & per totum corpus feruntur, atq; difflantur. Sæpius autem ſuapte caliditate humores adurit, & hos excitat affectus: uidelicet
        - *Vomitus*, ulcera oris.
        - *Alui* profluuia.
        - *Lippitudines*.
        - *Aurium* dolores.
        - *Genitalium* putredines.
        - *Puſtulas* in ſumma cute.
        - *Aegritudines* oẽs calidæ.
        - *Febres*: Continuas. Ardentes. Tertianas.
    - *Frigida & humida*: ut
      - *Hyems*. Siquidẽ cum in ea ſuperet frigiditas caliditatem, & humiditas ſiccitatem, frigidi & humidi temperamẽti dicitur: cuius principium Pleiadũ occaſu euenit. Hoc tempus conſiſtentibus corporibus aptiſsimum eſt. In eo autẽ uentriculus calidiſsimus, ex caloris retroceſsione exiſtit, quapropter raro & plurimũ cibi aſſumere concedendũ, maximè idẽ prolongat morbos ab ipſo genitos, qui ſunt
        - *Morbi* laterales.
        - *Pulmonis* inflammationes.
        - *Raucedines*, tuſſes.
        - *Pectoris* dolores.
        - *Lumborum* & capitis dolores.
        - *Vertigines*.
        - *Apoplexiæ*, &c.
- *Aetatis*, à quo tẽperaturarum differentiæ ſumuntur. Si quidem ætatũ alia
  - *Calida et*
    - *Humida*
      - *Temperata*
        - *Minus*. Pueritia, quæ eſt à quarto anno uſq; ad ſeptimum. Sub hac ætate magna ex parte afficiuntur
          - *Gingiuarum* pruritu.
          - *Febribus* diuturnis.
          - *Conuulſionibus*, alui profluuijs.
          - *Vermibus*.
          - *Epilepſia*.
        - *Magis*. Pubertas, quæ ſequitur pueritiam, extenditurq; ad 18. annum. Hi ut plurimum infeſtantur
          - *Calculo*, aſthmate.
          - *Tonſillarum* inflammationibus.
          - *Vermibus* rotundis.
          - *Strumis*, tuberculis.
          - *Sanguinis* profluuio.
      - *Intemperata*. Infantia, quæ eſt à die ortus uſque ad annum quartum. Obnoxij ſunt
        - *Vlceribus* oris, tuiſi, uigilijs.
        - *Pauoribus*, umbilici inflammationibus.
        - *Aurium* fluxionibus.
        - *Comitiali* morbo.
        - *Vermibus*.
    - *Sicca*. Adoleſcentia, quæ ſequitur pubertatẽ, & extẽditur uſq; ad annum uigeſimumquintũ. Hi magna ex parte laborant
      - *Morbo* comitiali ex accidente.
      - *Tabe*, febribus acutis.
      - *Pleuritide*, igni ſacro.
      - *Herpete*, &c.
  - *Frigida & ſicca*
    - *Temperata*.. Iuuentus ſeu ætas conſiſtentiæ uigoris, quæ ſequitur adoleſcentiam. A' uigeſimoquinto uſq; ad 35. annum extenditur. Hi frequenter laborare ſolent
      - *Morbis* melancholis.
      - *Aſthmate*, pleuritide.
      - *Pulmonis* inflammatione.
      - *Lethargo*, phrenitide, ardore.
      - *Diuturno* profluuio, cholera.
      - *Inteſtinorũ* difficultate & leuitate.
      - *Hæmorrhoidibus*.
    - *Intemperata*
      - *Minus*: ut prima ſenectus, à trigeſimoquinto, uſque ad 49. annum extenditur.
      - *Magis*: ut ſenectus ſecunda, à quinquageſimo in ſexageſimum annum procedit.
      - *Maximè*: ut ſenectus tertia, decrepita, à ſexageſimo uſq; ad finem uitæ extenditur.
      - *Hi* ſi ægrotare cõtingat, præcipuè laborant
        - *Branchis*, corizis.
        - *Deſtillationibus*.
        - *Articularibus* morbis.
        - *Spirandi* difficultate.
        - *Vrinæ* ſtillicidijs & difficultatib.
        - *Vertigine*, malo habitu, apoplexia.
        - *Pruritu* totius corporis
        - *Humiditate* oculorũ & narium.
        - *Obtuſione* uiſus.
        - *Auditus* grauitate, &c.

De Facul-

# De Facultatibus animalibus, in ſpecie.

**Facultas** eſt cauſa quędā effectrix: uel eſt cauſa actionis: & eſt uel

- *Volũtaria*, ſeu animalis, q̄ in cerebro ſuum habet domiciliũ: atq; hæc uel
  - *Maximè* princeps
    - *Separabilis* à corpore
      - *Anima* rationalis, Mens, Intelligentia, quæ diuina eſt quædam ſubſtantia, incorporea, ſplendida, ætherea, ſimplex, impatibilis, immortalis atq; perpetua, humano corpori infuſa, & ab eo per mortem & corporis diſſolutionẽ ſeparabilis, ad cuius productionem corporis diſpoſitionis omnino nõ coagunt, quamuis præcedere ſit neceſſarium, & ſine ipſis corpus informare, & ei adhærere anima neqneat. Hęc à prima hominis generatione corpori immergitur, & multo humori infunditur, à quo uires offenduntur, caligant, & obtenebrantur, non aliter quàm à lignorum uiridium multitudine flamma ignis. Quò fit, ut infantes ſint nullius rationis participes. Verùm procedente tempore humore diminuto, & toto corpore aridiore reddito ſeſe oſtendit, uireſq; ſuas in publicum profert, ut flamma, quæ ſenſim lignorum humorem excutiens, ſe ipſam accendit, auget ac patefacit, quæ antea ferè extincta iacebat. A ſummo opifice nobis hæc data eſt, ad beatitudinem conſequendam, nempe intellectus, diuina animi poteſtas, qua homines Deo ſimiles ſunt, & Deo copulari auent. Hæc multum excellit Ratione (quæ eſt uis totius mentis & pars optima) & Memoria, ut quæ rerũ Senſibus & Rationis beneficio intellectarum fidelis ſit cuſtos. Cæterùm principium etiam à Mente ducuntur prudentia & Sapientia.
      - *Voluntas*, quæ eſt libera quædam animæ facultas, id tantum quod bonum eſt amans, & proſequendum eligens, ut ſit in excultis rerum uſu, & cognitione ingenijs de rebus huius uitæ bonis, & malis, ueris & falſis, delectus, deliberatio, conſilium.
    - *Inſeparabilis*, & inherens corpori, & cũ beſtijs quodámodo cõmunis: & uel
      - *Propria*
        - *Imaginatio*, phantaſia. Hæc rerũ formas oblatas protinus recipit à ſpeciebus externis: atque in anteriori cerebri uentriculo ſedem habet.
        - *Cogitatio*, æſtimatio, ratio. Hæc cõplexa examinat, format. & ratiocinando diſcurrit: ut utilia ab utilibus, cõmoda ab incommodis ſegregat. Formas melius diſponit, ſeruat, & futura etiam tuetur. Sed beſtiæ paululum futurum ſentiẽt. Sedem in medio cerebri uentre habet.
        - *Memoria*, quæ iudicata reponit, & rerum præteritarũ formas abſentes retinet. Sed beſtiæ præterita parũ admodum ſentiunt. In poſtremo cerebri uentriculo reſidet.
      - *Communis*: *Somnus*. *Vigilia*. *Inſomnium*. } De quibus in tertia parte huius libri.
  - *Minus* princeps: & uel
    - *Sẽſitiua*
      - *Propria*: ſunt quinque,
        - *Viſus* à priore cerebri parte p neruum opticũ in oculũ proficiſcitur: cuius
          - Organũ, Oculus, atq; hui⁹ partes
            - *Principalés*, Humor criſtallinus.
            - *Miniſtrãtes*
              - *Humor* uitreus.
              - *Spiritus* uiſorius.
              - *Neruus* opticus.
              - *Membranæ*.
          - *Obiectum*. Color & Lux. Vide in ſequentibus ſub ſigno A.
        - *Auditus* à cerebro per neruum mittitur in internũ auditorij meatus partem, quæ aereæ naturæ eſt, hic uerò à ſono mouetur: cuius
          - *Organum* Meatus internus, ubi neruus dilatatur. Auditorius neruus. Partes omnes in meatus anfractu exiſtentes.
          - *Obiectum*. Sonus, de quo uide in ſequentibus ſub ſigno B.
        - Odoratus: cuius
          - *Organum*, eſt cerebri pars illa, quæ ſingulis naribus unà reſpondet, à cerebro explanata, longa & caua, ad quam odores perduci atteſtãtur. Vel ſunt cerebri uentriculi anteriores.
          - *Obiectum*, Odor. Vide in ſequent. ſub ſigno C.
        - *Guſtus*:
          - *Organum*, Lingua & palatus, quę à cerebro animalem facultatem per neruos quartæ coniugationis ſuſcipiunt.
          - *Obiectum*, Sapor: de quo in ſequent. ſub ſigno D.
        - *Tactus*: cuius
          - *Organum*, Neruus eſt, cui tribuit natura tangendi facultatem à cerebro diſtributam. Sunt hi nerui alijs molliores & humidiores.
          - *Obiectum*, Qualitates primæ & ſecũdæ, de quibus uide in ſequent. ſub ſigno E.
      - *Communis*: *Dolor*. *Delectatio*. } De his in ſequentibus ſub ſigno F.
    - *Motiua* ſeu Motrix facultas, quæ motum ſeu facultatem mouendi uniuerſo corpori per neruos à cerebro & ſpinali medulla ortos, præſtat.
- *Minus* uoluntaria. Vide in ſequentibus ſub ſiguo G.

A. Obiectum

A.

*Obiectum* uiſus Color, Lux & Lumen eſt. Eſt autem Lumen ſpiritalis quædam ſubſtantia, quę ſeſe per mediū aerem, aut aquam, aut per corpora perſpicua effundit. Color autem eſt extremitas corporis perſpicui, in corpore terminato: id eſt, color eſt qualitas in extremitate corporis terminati ſiue opaci, quæ perſpicuū tangit. Huius generatio apud Philoſophos diuerſa. Quidam enim lucem coloris, & omnium uiſibilium obiectum eſſe ſentiunt, nec colorem aliud quàm diuerſam lucis terminationem in perſpicuo aut opaco credunt. Sicut uidere eſt de coloribus iridis, halonis, & pennarum in collo pauonis aut columbæ. Alij uerò colorem generari aiunt ex multiformi admiſtione opaci cū tranſparenti, cuius per ſe actus eſt, lumen productum à luce, tanquam primo colorum obiecto. Lucis autem cōcurſum neceſſarium ex eo arguunt, quòd in eclipſi ſolis omnes colores ſolita priuantur uenuſtate. Nonnulli uerò colores iridis & halonis reales eſſe negant, nec permiſtione corporum colorem fieri poſſe, ex eius ſimplicitate arguunt: ſed ipſum qualitatem ſimplicem ex actione, qualitatum primarum in corporibus derelinqui aſſeuerant. Itaq; ad generationem colorum extremorū, qualitatum primarum, actionem & lucis diuerſam in alteratis terminationem concurrere probabile eſt, & hoc quidem in extremis. Medij autem colores ex diuerſa extremorum permixtione fortaſſe fieri habent. Sunt autem colores

- *Extremi*
  - Albus.
  - Niger.
- *Medij*
  - Ruber.
  - Flauus.
  - Purpureus.
  - Cœruleus.
  - Viridis.

B.

*Obiectum* auditus in corporibus

- *Animatis*: & quidem
  - *Pulmonem* habentibus. Vox eſt. Hæc fit ab aere in pulmonibus attracto & cōtento, uiolentius expulſo. Vel uox eſt, ictus aeris attracti inſpiratione ad gurgulionem. Fit is certa quadam proportione impulſus & ictus, quæ expirantis imaginationi reſpondet. Vel uox eſt animantis ſonus, qui de inſtrumentis ex meatibus & officina inſpirandi attollitur: ortum habens hinc, quòd ſpiritus redditus percutit aerem in arteria contentum, aut ipſam arteriam. Cæterùm uox uel eſt
    - *Magna* & grauis, quæ fit à uiribus ualidis multum aerem mouentibus, quem non ualent celeriter expellere.
    - *Parua* & acuta, quæ fit pauco aere moto, quod euenit uiribus ualentibus, atque anguſtis exiſtentibus meatibus.
    - *Acuta* & magna, fit à uiribus ualidis multum aerem mouentibus, qui ad uires collatus non eſt multus, ſed poteſt ab ipſis uehementius propelli.
    - *Acuta*, ſi is paucus fuerit aer, ad uires collatus.
    - *Parua*, ſi ſimpliciter fuerit paruus aer.
    - *Grauis*, ſi uires inualidæ fuerint, ac multum mouent aerem.
    - *Aſpera*, fit multo aere per ampliores meatus tardius moto.
    - *Lenis*, fit pauco aere per anguſtiores meatus celerius moto.
  - *Non* habentibus pulmonem
- *Inanimatis*

(Non habentibus pulmonem, Inanimatis:) *Sonus* eſt: cuius generatio fit corporibus durioribus concuſsis inuicem. Nam in corporum duorum colliſione aer uehementiùs impellitur. In mollibus uerò corporibus, quæ in contactu nullum ferè aerem intermedium concutiant, aut nullus ſonitus editur, aut is paruus erit, & qui ſenſum effugiat. Sonus eſt accidens, non quidem prima qualitas, ſed à primis orta: uel eſt ſecunda qualitas.

C.

*Obiectum* odoratus Odor, qui nihil aliud eſt quàm fumoſa exhalatio. Cuius cauſa efficiens eſt ignis uel calor, ſubiectum uerò ſeu medium, aer uel aqua. Odor namq; per aerem uel per aquam diffunditur. Sunt autem odorum alij temperati, alij intemperati. Intemperati uel calidi uel frigidi, &c.

D.

*Obiectum* tactus, ſunt Qualitates

- *Primæ*
  - *Calidum*, frigidum.
  - *Humidum*, ſiccum.
- *Secundæ*
  - *Molle*, quod cedit carni: uel quod cedit, & non ſecedit in ambitum.
  - *Durum*, eſt cui caro cedit: uel eſt quod per ſumma in ſeſe non refugit.
  - *Aſperum*, quod eſt inæquale. *Lene*, quod eſt æquale.
  - *Graue*, eſt quod deprimitur. *Leue*, eſt quod ſubleuatur.
  - *Dolor*, cuius cauſæ
    - *Comprimentia*, diſtrahentia, contundentia.
    - *Secantia*, diſrumpentia.
    - *Exedentia*, erodentia.

E.

*Obiectum* guſtus, Sapor, qui eſt qualitas quædam ſecunda ex primorum elementorū concurſu & actione nata, guſtus de potentia in actum motiua. Horum alij

- *Temperati*
  - *Dulcis*, eſt omnium temperatiſsimus. Hic ſolus nutrit, fitq; ab humore aqueo & tēperato calore.
  - *Pinguis*, qui dulci cognatus eſt. Fit ab humido aereo & tēperato calore. Hui⁹ uis eſt
    - *Humectare.*
    - *Mollire.*
    - *Laxare, etc.*
- *Intemperati* & uel
  - *Frigidi*
    - *Inſipidus*, cuius natura frigida eſt & humida, & in uniuerſum aquea & tenuis: quoniam huius ſubſtantia minimè elaborata eſt à calore.
    - *Acidus*, adhuc frigidior eſt, ſed tenuis ſubſtantiæ, ut ſapor limonum. Huius natura eſt
      - *Infrigidare*, extenuare.
      - *Craſſa* incidere, obſtructiones reſecare.
      - *Sordida* mundare, putredines emendare.
      - *Vomitum* compellere, ſenium accelerare.
      - *Melancholicis* obeſſe.
    - *Auſterus*, frigidus eſt, ſed craſſarum partium, ut pira, cotonea. Habet naturam ex frigida & terrena, & aquea ſubſtantia:
      - *Infrigidat*, aſtringit.
      - *Craſſa* concipit, ſanguinem minuit.
      - *Aluum* ſiſtit, fluxiones reprimit.
      - *Ventriculum* confortat, macie afficit.
      - *Melancholicum* ſuccum generat.
    - *Acerbus*, ex terrena & frigida ſubſtantia conſtat. Differt ab auſtero, quòd auſterus magis aqueus, acerbus uerò magis terrenus exiſtit:
      - *Vehementius* refrigerat atq; exiccat.
      - *Vehementius* aſtringit, & fluxiones ſiſtit.
      - *Ventriculū* aſtringit corroboratq;.
      - *Atram* bilem generat.
  - *Calidi*
    - *Salſus*, fit à terrena & calida ſubſtantia mixta:
      - *Calefacit*, exiccat, ſubtiliat.
      - *Aggregat*, obſtruit.
      - *Bilem* generat.
    - *Amarus*, fit à maiore calore, & magis terrena ſubſtantia, alitioni ineptus:
      - *Obſtructiones* aperit.
      - *Mundificat*, abſtergit, incidit.
      - *Extenuat*, exaſperat, tineas interimit.
      - *Sanguinem* adurit, bilem rubeam gignit.
    - *Acris*, omnium calidiſsimus eſt, ex tenui & humida ſubſtātia generatur:
      - *Incidit*, ſubtiliat, corrodit.
      - *Inflammat*, attrahit, reſoluit.
      - *Ventriculo* / *Viſceribus* / *Oculis* — Obeſt.

F. *Facultas*

**F.** *Facultas* ſenſitiua minus princeps, communis, eſt Dolor & Delectatio. Dolor quidem pathos eſt, præter naturam uiolentur & affatim incidens. Vel eſt triſtis ſenſus. Delectatio uerò eſt reditus ad naturalẽ habitum affatim: uel eſt blãdus ſenſus: uel eſt ſenſus gratus rei affatim mutantis. Sunt hæc

- *Maximè* propriè, uidelicet Tactus. Hic enim
  - *Dolet* à
    - *Rumpentibus*, erodentibus.
    - *Secantibus*, diſtrahentibus.
    - *Contundentibus*, comprimentibus, &c.
  - *Delectatur*, cum tactus ad naturalem ſtatum redit affatim, quod fit à medijs, & à contrarijs, non in extremo.
- *Minus* propriè, nẽpe
  - *Viſus.* Hic namque
    - *Dolore* afficitur, uel ab
      - *Intenſiori* albedine, } *Diſplicendo* & diſgregando uiſum.
      - *Splendidiſsimâ* luce, } *Diſplicendo* & diſgregando uiſum.
      - *Nigredine*, immodicè aggregando.
    - *Delectatur*, in diſpoſitione
      - *Naturali*, à colore cœruleo & uiridi.
      - *Præternaturali*, nempe qui diutius paſsi ſunt ab
        - *Albedine*, à nigro delectantur.
        - *Nigro*, ab albedine.
  - *Auditus*, qui
    - *Offenditur* à
      - *Voce*
        - *Aſpera*, graui.
        - *Maxima*, ſtrepenti.
        - *Inæquali*.
      - *Tonitru* uehementi.
    - *Delectatur*
      - *Conſonantijs*.
      - *Melodijs*.
      - *Commenſuratis* uocum concentibus.
  - *Olfactus*
    - *Offenditur* ab odoribus uehementius immutantibus ingratis.
    - *Delectatur* ab odoribus temperatis & gratis uehementius immutantibus.
  - *Guſtus*
    - *Offenditur* ab amaris.
    - *Delectatur* à saporibus & quidem
      - *Moderatis*: nempe
        - *Dulcibus*, } Qui non declinant à naturali habitu.
        - *Pinguibus*, } Qui non declinant à naturali habitu.
      - *Immoderatis*, ubi prauè affectus fuerit ſenſus. Nam qui abundant pituita, delectantur
        - *Auſteris*.
        - *Carbonibus*.
        - *Gypſo*, &c.

**G.** *Minus* uoluntaria facultas duplex eſt, uitalis, & naturalis, quę etſi per uniuerſum corpus ſint diſperſæ, propriũ tamẽ Medici his locũ aſsignarunt, ita ut altera habeatur in

- *Corde*, ex quo duæ oriuntur facultates (quę etiã cum beſtijs communes) uidelicet
  - *Vitalis*, Gręcis ζωτικὴ dicta, ſanguinem à caua uena delatum in corde ſuſceptũ calefacit & extenuat, atq; ex ipſo ad uaporis cuiuſdã ſpeciem ſpiritum generat uitalẽ, qui ſimul cũ ſanguine prædicto pertenui in uniuerſum corpus per arterias transfunditur celerrimo quodã impulſionis motu, cordis & arteriarum cõpreſsione à pulſibus facta. Hæc in corde reſidet, atq; ab eo diſtribuitur, ipſis tantùm arterijs, à quibus deinde calor, ſanguis & ſpiritus membris refunduntur, ac membra à potentia in actum tranſeunt, & munera ſua obire poſſunt: qua abſente, omnino eius partis naturales actiones pereunt, caloris debita menſura pereunte. Cæterùm oritur à uitali facultate alia quædam facultas, *Pulſatilis* dicta, à uitali in hoc differens, quòd hæc ſcilicet uitalis tũ ſpiritus, tum caloris efficax ſit, atq; in ſolo corde ſita: illa uerò arterijs & cordi ſimul communis eſt. Eſt autem pulſus, Græcis à ſaliendo σφυγμὸς dictus, peculiaris mouendi primum cordis, deinde arteriarum ratio, à uitali facultate proueniens, eaq; duplex: prima cor arteriasq; in omnem partem diſtendit, unde Græcè διαστολὴ uocatur: altera undiq; ſummittit, Græcis συστολὴ nominatur. Eleuantur autem arteriæ, ut ſeſe ſuaq; ipſarum ſpiracula aperiant, caloris natiui refrigerandi uentilandiq; gratia, & aerem nos ambientem undiq;, ad ſpiritus generandos, tenuemq; ſanguinis portionem ad ſe trahant. Submittuntur uerò, ut fuliginoſa halituoſaq; recrementa ex humorum ſpirituumq; uſtione generata, in cutem aliasq; partes expellant. Horum differentias ac cauſas require in ſequenti ſchemate ſub ſigno ✻
  - *Moralis*, ſeu iraſcibilis facultas, à qua animi paſsiones naſcuntur, quæ cum ratione
    - *Reguntur*, pariunt has uirtutes, uidelicet
      - *Fortitudinem*.
      - *Animi* magnitudinem.
      - *Tollerantiam*.
      - *Animi* æquitatem.
    - *Non* perinde utuntur, fit ut nonnunquam graues cieantur affectus, ſanguine & ſpiritu uehemẽtius commoto, & uel impulſu quodam
      - *Boni*
        - *Præſentis*: ut
          - *Voluptas*.
          - *Amor*.
          - *Delectatio*.
          - *Lætitia*.
        - *Futuri*: ut
          - *Cupiditas*.
          - *Spes*.
          - *Libido*.
      - *Mali*
        - *Præſentis*: ut eſt
          - *Dolor*.
          - *Moleſtia*.
          - *Triſtitia*.
          - *Inuidia*.
          - *Odium*.
        - *Futuri*: ut
          - *Metus*.
          - *Timor*.
          - *Deſperatio*.
          - *Formido*.
      - (all the above:) De quib. uide in tertia parte primi libri ſub finem.
- *Hepate*. Vide in ſequentibus ſub ſigno I.

- [illegible]*ſuum* differentiæ, tum in
  - *Genere*: ſumuntur à
    - *Quantitate*: & uel
      - *Motus* dilatationis, aut ſecundùm
        - *Longitudinem*: ut pulſus
          - *Longus*, qui longitudine excellit.
          - *Breuis*, q ipſa gracilitate ſola à moderato recedit.
        - *Latitudinem*: ut pulſus
          - *Latus*, cum in latum excurrit arteria.
          - *Anguſtus*, cuius longitudinem macilentus corporis habitus & cutis tenuis manifeſtat.
        - *Craſsitiem*
          - *Altus*,
          - *Humilis*, cuius longitudinem macilentus corporis habitus & cutis tenuis manifeſtat.
          - *Magnus*, cum arteria in omnẽ partẽ attollitur ſiue extenditur.
          - *Paruus*, cum arteria parum eleuatur.
      - *Quietis*: ut pulſus
        - *Creber* ſeu frequens, cum tunica arteriæ in ultimo loco (quem eleuatione ingreſſa eſt, antequam ſubmitti incipiat) breuius moretur.
        - *Rarus*, cum tunica arteriæ ſecundũ exteriorẽ quietem diutius moretur.
        - *Mediocris*.
    - *Qualitate*
      - *Motus*: ut
        - *Celer*, cum arteria non multum in locis ſuis immoratur, dum attollitur, ſed uelociùs à ſuperficie una in alteram impetu fertur.
        - *Tardus*, cùm tardius ſuperficiem mutat, diutius in locis cunctando.
        - *Mediocris*.
      - *Facultatis* ſeu uirtutis: ut
        - *Validus*, uehemens, qui digitis comprimentibus tactum noſtrum euertit.
        - *Debilis*, & imbecillis languidus, qui à tactu ſic applicatis digitis euertitur.
        - *Mediocris*, qui neq; tactum euertit, neq; ab eo euertitur.
      - *Arteriæ*:
        - *Mollis*, cum tunica arteriæ tactu mollis deprehenditur.
        - *Durus*, cum arteriæ tunica tactu dura percipitur.
        - *Mediocris*, cum tunica arteriæ digitis applicatis moderata deprehenditur.
    - *Ordine*: & uel
      - *Aequalis*, in
        - *Vno* pulſu, cuius initium & finis, omnesq; arteriæ partes æqualiter procedunt.
        - *Multis* pulſationibus. in cuius pulſibus ſingulis ſimilitudo & æquabilitas omnino ſpectatur in magnitudine, celeritate, & reliquis differentijs.
      - *Inæqualis*, In
        - *Vno* pulſu, & uel in
          - *Vna* eadẽq; arteriæ parte
            - *Diuerſus*, initio, medio, atq; fine, aliàs in uehementia, aliàs in magnitudine, aliàs in celeritate, alijsque modis.
            - *Intercidens*, cuius diſtentio continuitate deſtituta, media quiete intercipitur.
            - *Recurrens*, caprizans, ſeu bis feriens.
          - *Diuerſis*, cum omnib. digitis arteriam æquè tangẽtibus, aut magnitudo, aut uehementia, aut durities, aut plenitudo nõſimilis apparet: ut
            - *Vndoſus*, eſt cui altitudo partium quarũdam accedit: aliarum ſubmiſsio, undarum ſeſe attollentium modo, ſic ut altera priorem ſemper excipiat: ſuperiùs proficiſcens uſque ad arteriæ finem, uerſus ægri pollicem.
            - *Serratilis*, qui inæqualitatem in uno pulſu, præſertim in diuerſis arteriæ partibus, motu interciſo ſortitur.
            - *Conuulſorius*, qui duplicem ex mutato ſitu arteriæ inæqualitatem obtinet.
            - *Vibratus*, ſeu turbulentus, eaſdem habet ſitus arteriæ uariationes, quas etiam conuulſorius.
            - *Vermicularis*, cum undoſus totus in paruitatem & tarditatem delabitur.
            - *Formicans*, qui eiſdem conſtat inæqualitatibus, quibus uermicularis, quamuis tardus appareat, quod admodum ſit exilis ſeu paruus, imbecillisque, adeò ut ægri pulſum non habere uideantur.
        - *Multis* pulſationibus
          - *Inæqualiter*, Myurus, cum pulſus ſecundus paulò minor eſt primo, tantoq; tertius ſecundo, & quartus tantò etiam tertio, & pari modo reliqui, donec ad plures ueniatur.
          - *Aequaliter*, eſt qui inæqualitatis æquam paremq; mutationem retinet.
  - *Specie*. Vide inſequentibns ſub ſigno E.

*Sunt & alij pulſus nimirum frigidus, calidus, plenus, uacuus, tenuis, groſſus, leuis, grauis. Verùm cum huiuſmodi ad Medicum non pertineant, eos omiſimus.*

E. Diſſe-

**E.** *Differētia* pulſuum in ſpecie ſumitur à cauſis: uel

- *Primarijs*
  - *Principibus*, ac cōtinentibus, atq; uel
    - *Simplicibus*, nempe,
      - *Facultate*, ſeu uirtute, quæ ſi fuerit
        - *Valida*, uehementem efficit pulſum.
        - *Imbecilla*
          - *Maximè*, pulſus euadit
            - *Formicans.*
            - *Vermicularis.*
          - *Minùs*, fit pulſus
            - *Languidus.*
            - *Myurus.*
            - *Inæqualis.*
      - *Inſtrumēto*, id eſt corde & arteria, quæ affecta eſt morbo uel
        - *Similari*, ſeu intēperie
          - *Calida*
            - *Maxima*, fit *Dicrotus* pulſus.
            - *Minore*, efficitur pulſus
              - *Velox.*
              - *Magnus.*
              - *Frequens.*
          - *Frigida*, pulſus
            - *Paruus.*
            - *Tardus.*
            - *Rarus.*
          - *Humida*, pulſus mollis.
          - *Sicca*, pulſus durus.
        - *Inſtrumētali*, & uel à
          - *Compreſſione*
            - *Humorum* diffuſorum in ea loca, in quibus arteriæ mouentur, fit pulſus
              - *Paruus.*
              - *Tardus.*
              - *Languidus.*
            - *Inflāmationis*, *Abſceſſus*, *Scirrhi*, fit pulſus
              - *Inæquales.*
              - *Caprizantes.*
          - *Obſtructione*
            - *Humorum* craſſorum ac uiſcoſorum, fit pulſus
              - *Inæqualis.*
              - *Intermittens.*
              - *Intercedens.*
              - *Caprizans.*
            - *Sanguinis*, pulſus inæqualis.
          - *Tenſione*, fit pulſus conulſiuus.
      - *Vſu*, ſeu neceſſitate, ſeu calore
        - *Increſcente*, fit pulſus magnus.
        - *Decreſcente*, fit pulſus paruus.
    - *Compoſitis*. Vide in ſequentibus ſub ſigno F.
  - *Adiuuantibus*, ſine quib. nihil fieri poteſt, quamuis ipſe nullum effectum preſtent: & ſunt quinque
    - *Craſsities* corporis
      - *Mediocris*, & locus circa arteriam arctus, fit pulſus altus.
      - *Multa*, fit pulſus
        - *Turgidus*
        - *Humilis.*
    - *Gracilitas* corporis
      - *Multa*, fit pulſus
        - *Gracilis.*
        - *Longus.*
        - *Breuis.*
      - *Pauca*, fit pulſus minus gracilis & minus longus & breuis.
    - *Locus* arteriæ
      - *Arctus*, efficitur pulſus altus.
      - *Amplus*, fit pulſus latus.
    - *Grauitas* eorum quæ arteriæ incumbunt, &c.
    - *Formæ* proprietas, nam gibba arteriæ figura efficit pulſum turgidum.
- *Secundarijs*. Vide in ſequentibus ſub ſigno G.

*F.* Compoſitæ cauſæ pulſuum, fiunt ex trib. prædictis ſimplicibus cauſis. Harũ namq; triũ cauſarum aliquando cõcurrunt

- *Duæ*, uidelicet
  - *Facultas* aut
    - *Valida*, cum
      - *Inſtrumento*
        - *Molli*, efficitur pulſus { *Vehement* & *Mollis*.
        - *Duro*, fit pulſus { *Vehement* & *Durus*.
      - *Calore*
        - *Creſcente*
          - *Maximè*, fit pulſus { *Maximus*. *Celerrimus*. *Creberrimus*.
          - *Minus*, euadit pulſus { *Magnus*, *Celer*. *Creber*. *Vehement*.
        - *Decreſcente*
          - *Valde*, pulſus *Vehement*.
          - *Minus*, pulſus { *Moderatus* in magnitudine. *Tardior*. *Rarior*.
    - *Imbecillis*, cũ
      - *Calore*
        - *Creſcente*, pulſus { *Paruus*, *Tardus*. *Creberrimus*. *Imbecillis*.
        - *Decreſcente*
          - *Maximè*, pulſus { *Minimus*. *Intermittent*. *Deficiens*.
          - *Minus*, pulſus { *Paruus*, *Tardus*. *Frequent*. *Languidus*.
      - *Inſtrumento*
        - *Molli*, pulſus { *Languidus*. *Mollis*.
        - *Duro*, pulſus *Languidus* & *Durus*.
  - *Inſtrumentum*
    - *Molle*, cum Calore
      - *Increſcente*, pulſus { *Magnus*, *Celer*. *Moderatus* in frequentia. *Mollis*.
      - *Decereſcente*, pulſus { *Moderatus* in magnitudine, *Tardus*. *Rarus*.
    - *Durum*, cum *Calore*
      - *Increſcente*, pulſus fit { *Maior*. *Celerior*. *Durus*.
      - *De.reſcente*, fit pulſus { *Minor*. *Tardior*. *Frequentior*.
- *Omnes tres*: uidelicet *Facultas*.
  - *Valida*, cum
    - *Calore*
      - *Aucto*, & *Inſtrumento*
        - *Molli*, fit pulſus { *Magnus*. *Velox*. *Mediocris* in frequentia.
        - *Duro*, pulſus { *Maior*, *Celerior*. *Frequentior*. *Vibratus*.
      - *Diminuto*, & *Inſtrumento*
        - *Duro*, fit pulſus { *Minor*. *Velox*. *Moderatus* in frequentia.
        - *Molli* { *Moderatus* in magnitudine. *Tardior*. *Rarior*.
    - Compreſsione, uel obſtructione, fit pulſus *Recurrens* ſeu *Caprizans*, *Inæqualis*.
  - *Imbecilla*, cum Calore
    - *Aucto*, & *Inſtrumento*,
      - *Molli* { *Minor*. *Celerior*. *Frequentior*.
      - Duro, pulſus { *Paruus*, *Tardus*. *Creber*. *Serratilis*.
    - *Diminuto et Inſtrumẽto*
      - *Molli*, puls⁹ { *Minor*. *Tardior*. *Moderatus* in frequentia.
      - *Duro*, pulſus { *Paruus*. *Durus*. *Frequens*.

G. *Pulſuum* differentiæ ſumũtur etiam à cauſis ſecundarijs: uidelicet rebus

- *Naturalibus* à
  - *Temperamento*
    - *Calido*, eoq; à temperato declinante
      - *Modicè*, efficitur pulſus maior.
      - *Longiùs*, fiunt pulſus
        - Maiores.
        - Velociores &
        - Frequentiores.
      - *Longiſsimè*, fiunt pulſus multò
        - Maiores.
        - Velociores &
        - Frequentiores.
    - *Sicco*, pulſus —— Maiores & multò rariores.
  - *Sexu*
    - *Maſculino*. Nam propter temperamentum calidius & ſiccius, & facultatem ualidiorem, arteriarũ amplitudinẽ, & exercitia maiora habent pulſus
      - Maiores &
      - Vehementiores.
    - *Fœminino*. Sic propter frigidius & humidius temperamentum, facultatem imbecilliorem, arteriarum anguſtiam, uitamq; ocioſiorem pulſus obtinent
      - Minores,
      - Tardiores &
      - Mitiores.
  - *Aetate*
    - *Puerili*, quibus ſunt pulſus
      - Magni.
      - Celerrimi.
      - Creberrimi.
    - *Iuuenili*, pulſus —— Maximi, Vehementiſsimi.
    - *Senili*, pulſus
      - Minimi.
      - Tardiſsimi.
      - Rariſsimi.
      - Imbecilliſsimi.
      - Rhythmi *inæquales*.
- *Non* naturalibus. Sic
  - *Aer*,
    - *Intemperatus*
      - *Calidus*, pulſus efficit
        - Paruos.
        - Celeres.
        - Frequentes & Languidos.
      - *Frigidus*, pulſus { Paruos, Tardos, Raros, Languidos } efficit.
    - *Temperatus*, pulſus —— Moderatos & uehementes parit.
  - *Tempus* anni
    - *Ver*, efficit pulſus moderatos & uehementes,
    - *Aeſtas*, pulſus parit paruos, celeres, frequentes & languidos.
    - *Hyems*, efficit pulſus paruos, tardos, raros & languidos.
    - *Autumnus*, generat pulſus diuerſos & languidos.
  - *Regio*
    - *Temperata* efficit pulſus ſimiles aeri temperato.
    - *Intemperata*
      - *Calida*, pulſus, quales aeris calidi.
      - *Frigida*, pulſus, quales aeris frigidi.
  - *Cibus*
    - *Copioſus* facultatem grauans, pulſus efficit inæquales, immoderatos.
    - *Moderatus*, efficit pulſus magnos & celeres, crebros & frequentes.
  - *Potus*
    - *Vini*, pulſus celeriores, maiores, quàm uehementiores & frequentiores.
    - *Cereuiſiæ*, pulſus minus magnos & celeres, uehementes paulo pòſt.
  - *Inedia*, pulſus efficit
    - *Primò* paruos, celeres, crebros & languidos,
    - *Deinde* paulatim minores, tardiores & languidiores.
    - *Poſtea* minimos, tardiſsimos, celerrimos & languidiſsimos.
    - *Nouiſsimè* caprizantes.
  - *Somnus*
    - *Incipiens*, pulſus efficit minores, rariores & languidiores.
    - *Poſt* alimenti concoctionem, maiores, tardiores, rariores & uehementiores.
    - *Longus*, pulſus efficit imbecilles, paruos.
  - *Vigilia* efficit pulſus magnos, celeres.
  - *Exercitium*
    - *Nimium*, pulſus efficit
      - Paruos.
      - Languidos.
      - Celeres & Fréquentes.
    - *Modicum*, pulſus magnos, uehementes, celeres, frequentes.
  - *Balneum*
    - *Calidum*
      - *Moderatum*, pulſus magnos, celeres, crebros, imbecilles.
      - *Immoderatum*, pulſus tardos, nimium creberrimos, & languidos formicantes.
    - *Frigidum*, pulſus paruos, tardos, raros, imbecilliores, aut magnos uehemẽtes & moderatos.
  - *Concubitus*
    - *Moderatus*, magnos, uehementes.
    - *Immoderatus*, paruos, celeres, crebros, languidos parit.
  - *Animi* affectus
    - *Lætitia*, pulſum efficit magnum, tardum, rarum & moderatum.
    - *Ira*, pulſus magnos, altos, uehementes, celeres, crebros.
    - *Triſtitia*, pulſus paruos, tardos, raros & languidos efficit.
    - *Timor*
      - *Recens*, celeres, inordinatos, inæquales parit.
      - *Inueteratus*, quales triſtitiæ.
    - *Amor*, pulſus efficit inæquales, nominis expertes, inordinatos.
- *Præter naturam*. Vide in ſequentibus ſub ſigno H.

- *H. Differitiæ* pulſuũ ſumuntur quoq; à rebus præter naturã, uidelicet
  - *Morbis*
    - *Similaribus*
      - *Calidis*
        - *Sine* humore, qualis eſt Ephemera: fit pulſus
          - Frequens.
          - Magnus.
          - Celer.
          - Aequalis.
        - *Cum* humoribus
          - *Putridis*, qualis eſt in febribus putridis: fit pulſus
            - Magnus.
            - Celer.
            - Frequens.
            - Inæqualis.
          - *Non* putridis, ut plethora, uel ſynocho non putrido, fit pulſus
            - Magnus.
            - Celer.
            - Frequens.
            - Plenus.
            - Turgidus.
            - Vehemens in robuſtis.
      - *Frigidis*
        - *Cum* humore ſiue putrido ſiue nõ putrido, ut uiſcido, uiſcoſo, à quibus ſiue arteriæ obſtruantur ſiue comprimantur, fiunt pulſus rari, tardi, parui, inæquales.
        - *Sine* humore, fiunt pulſus parui, tardi, rari, duri cum ſiccitate iuncti: molles, cum humiditate iuncti.
    - *Inſtrumẽtalibus*
      - *Phlegmone* in
        - *Septo* tranſuerſo, pulſus fit duriſsimus, uibratus, ſerratilis, conuulſiuus.
        - *Membrana* coſtas cingente, ut in pleuritide, pulſus fiunt minores, quàm in ſepti tranſuerſi phlegmone.
        - *Ventriculo*, *Liene*, *Veſica*, *Vtero*, *Inteſtinis* — Fiunt pulſus adhuc minores quàm in pleuritide.
        - *Pulmone*: ut in peripneumonia, pulſus efficitur magnus, mollis, languidus, undoſus, inæqualis.
      - *Angina*, fit pulſus
        - Magnus & undoſus.
        - Conuulſiuus aliquantum.
        - Paruus, Tardus, Frequens, Inæqualis — Cum ſuffocatio impendet.
    - *Vtrique* parti communib. i. ſolutione continui ut in phthiſicis fiunt pulſus
      - Parui.
      - Languidi.
      - Celeres.
      - Hectici.
  - *Symptomatib.* ſiquidem
    - *Apoplexia & Epilepſia*, præſertim cum malũ inualuit, & facultas grauiter opprimitur, parit pulſus
      - Paruos.
      - Tardos.
      - Raros.
      - Languidos.
      - Inæquales.
      - Celeres tandem.
    - *Paralyſis*, efficit pulſus paruos, imbecilles, inordinatos, intermittentes.
    - *Lethargus*, efficit pulſum
      - Magnum.
      - Imbecillem.
      - Inæqualem.
      - Mollem.
    - *Conuulſio* facit pulſus
      - Tenſos.
      - Vibratos.
      - Inæquales, non perinde tamen ualidos & magnos.
    - *Anaſarca*, pulſus generat
      - Latos.
      - Vndoſos.
      - Molles.
    - *Aſcites* pulſus parit
      - Paruos.
      - Duros.
      - Tenſos.
      - Frequentes.
    - *Tympanites*, pulſus efficit
      - Celeres.
      - Longos
      - Frequentes.
      - Subduros.
    - *Orthopnœa*, producit pulſus
      - Inæquales.
      - Inordinatos.
      - Frequentes.
      - Tardos ac deficientes.
      - Languidos tandem.
  - *Partibus* affectis. Nam partes
    - *Carnoſæ*, pulſus molles efficiunt.
    - *Neruoſæ* & membranoſæ, pariunt pulſus
      - Duros.
      - Serratiles.
      - Vibratos.

CAETERORVM *morborum ac ſymptomatum pulſus ad horum imitationem facilè dignoſci poßunt.*

I. Ab Hepati

I. *Ab hepate* duæ quoq; oriũtur facultates:

- *Naturalis*, q cũ ſtirpib. etiam communis eſt. Sunt autẽ naturales facultates uel
  - *Primariæ & principes*: uidelicet
    - *Generatrix*, in ſemine reperitur, & edito iam partu ea langueſcit, ſtatimq́ue aboletur. Hæc partes ſingulas, ipſumq́; adeò fœtum perficit: cuius duæ ſunt partes:
      - *Alteratrix*, quæ generatim calido, frigido, humido, ſicco, primis & elemenmentaribus ſuis facultatibus ſemen & ſanguinem menſtruum ſubiectã homini generando ſubſtantiam immutat in qualitatibus tactorijs, guſtatorijs, olfactorijs, uiſorijs, quibus eſt opus, ut ex ea os, neruus, uena, & reliquarum partium quælibet fiat: particulatim uerò agit in eam ſubſtantiam facultate oſsifica, neruifica, uenifica, &c. ex miſtis quatuor, primis naſcentibus, qua particulares naturæ facultates alteratrices cuiuſq; partis ſimilaris ſubſtantiam qualis eſt, effecerunt: totq́; ſunt in animali & planta, quot partes eius ſimilares deprehenduntur.
      - *Formatrix*: hæc artificioſè & ſumma arte, alicuiusq́; gratia materiam, quæ alteratur, effingit, ut congruentem figuram, ſitum, compoſitionem, cauitates, ſoliditates, & cætera id genus habeat ad oſsis, nerui, &c. conſtitutionem, actioni partis futuræ ac uſui idoneam, ut nihil ſit obtuſum, nihil ſuperfluum, aut quod aliter melius ſe habere poſsit. Hæc edito iam partu langueſcit & deficit.
    - *Nutrix*, ſeu altrix, quæ alimentum adductum in corporis eſſentiam conuertit, eiq́; aſsimilat. Nam cum quod in nutrimenti ſpecie affluit, omnibus corporis quod nutritur partibus ſolidis apponitur, affigitur, aſsimilatur. Succus enim omnem animalis partẽ nutriturus, ubi à uaſis excidit, ceu ros quidam per totam partem nutriendam diſpergitur, mox apponitur ſeu adiungitur: deinde ſiccitatem ſufficientem ac lentorem à calore natiuo adeptus, agglutinatur, affigitur, accreſcit, coaleſcit, cohæret, unitur. à prima generatione ad finem uſque uitæ dominatur.
    - *Auctrix*, quæ corpus in omnẽ partem diſtendit & dilatat. à partu uſq; ad ætatem florentẽ dominatur.
  - *Secundariæ*, miniſtræ, ſeu auxiliares, quarũ aliæ famulantur facultati
    - *Nutrici*: & ſunt quatuor, uidelicet
      - *Attractrix*, conuenientis parti cuilibet qualitatis & ſucci ad partis nutritionem (quod omnium partium commune eſt, alimentum ſibi nutriendis familiare trahentium, nunc etiam per uillos rectos, ut in uentriculo: nunc à ſolo partis temperamento, ut in reliquis propè partibus) uel ad partis delectationem & uoluptatem, qua *ſini uteri os ſemen uiri trahit*, ueſica bilem flauam ex hepate ſecernit & trahit: *lien humorem melancholicum trahit* ad ſui nutritionem. Renes urinam ex uena caua à ſanguine ſecernunt & trahunt. Tractrice uentriculi per uillos ſuos rectos & gulæ, non ipſius ſit deglutitio contractione cum Eraſiſtrato. Tractrice hepatis, ſit chyli ex uentriculo & inteſtinis per uenas meſeraicas in hepar ipſum diſtributio. Tractrice partium ſingularum, ſit ſanguinis ex hepate & caua, per uenæ huius ramos in ſingulas partes digeſtio. Tractrice medicamenta purgantia, proprias ſibi qualitates, ſeu humorẽ ſibi familiarem ex corpore noſtro trahunt.
      - *Retentrix*, attractæ familiaris cuiq; qualitatis quoaduſq; abſoluta erit coctio, ſi alimentum eſt: uel ſi excrementum eſt, donec qualitate diſtendens, aut qualitate acri & mordaci uel utraq; ſimul, partem moleſtet, ut inteſtina, ueſicam utramq;, &c. partus autem retinetur in utero, donec ipſum mole, pondere, morſu, à ſudore uel urina fœtus ruptis membranis offenſus, uel cauſis alijs urgentibus excernere cogitur.
      - *Coctrix*, ſeu alteratrix, retentæ in parte ſubſtantię, quæ parti quanto qualitatibus eſt uicinior, & maiorem habet cum ea cognationem, tanto citius alterando parti ipſi aſsimilatur, ut caro ex ſanguine mox efficitur: quæ minore tardius, & per omnes medias qualitates priùs mutetur oportet, ut ex ſanguine calido, humido, rubro, non poteſt uno ſtatim impetu fieri os frigidum, durum, album: *ſed multis in medio alterationibus & mutationibus* eſt opus. Alteratione, *hac nutritoria partibus iam factis, quod affluit ſimile efficitur, ob id aſſimilatio etiam dicitur: alteratione* uerò generatoria, *quæ partes prius non erant, poſtea factæ ſunt.*
      - *Expultrix*, eorum quæ peruinci, percoqui, perfectè alterari, & cum nutriendo ſimilitudinem recipere non potuerunt, ubi partem, quæ ipſa uel coquendo, uel trahẽdo ſecreuit, ſeu onere alieno grauant, & quantitate diſtendẽtia, uel qualitate acri moleſtantia, uel utraq; offendunt: ea iuuatur maximè uillis tranſuerſis, quibus partibus hi ſunt, ut uentriculo, inteſtinis, utero, utriq; ueſicæ, uenis & arterijs. Expulſio tractioni contraria ſæpe ſit per eoſdem meatus, ut uomitus, deglutio per gulam: ſemen, fœtus per collum uteri: diſtributio alimenti, attractio medicamentorum purgantium, & ſucci in nobis abundantis ſpontanea in uentrem expulſio per uenas meſeraicas. Cæterùm quæ expulſoria excernuntur excrementa, uaria ſunt. Primæ enim concoctionis ſunt ſtercus: ſecundæ, urina: tertiæ, ſudores, ſordes ſeu ſtrigmenta, & quæ per inſenſibilem tranſpirationem exhalant. Item cerebri excrementum, mucus, qui per nares & palatum excernitur: pulmonis, ſputum, &c. de quibus in quarta parte primi libri.
    - *Generatrici*, cui ſubſeruiũt facultates duæ: nempe
      - Nutrix.
      - Auctrix.
      - *Hæ nõ modò fœtui iã generato, in utero ſeruiũt, ſed iã inde à cõcepto ſemine. Ipſum enim per nutritionẽ omnino augeri oportet, ut tot ac tantis aĩalis partib. cõſtituẽdis ſufficiat. Nutritur aũt primũ ſemẽ maſculũ fœmino, deinde aũt portiõe tenui & halituoſa ſanguĩs mẽſtrui.*
    - *Auctrici*: ſunt duæ
      - Alteratrix ſeu Coctrix
      - Nutrix.
      - De quibus iam dictum.
- *Moralis* ſeu appetitoria facultas, quæ cum
  - *Rationi* paret, fit
    - Temperantia, Continentia, Verecundia.
    - Decoris, Modi, Ordinis — *Obſeruatio.*
  - *Agitur* minùs moderatè, & turbatur, fit uel
    - *Amor* nimius uel
      - *Cibi* & potus.
      - *Veneris.*
    - *Odium* ſeu faſtidium nimium
      - *Cibi* & potus.
      - *Veneris.*

# De actionibus ſeu functionibus, in ſpecie.

*Actio* ſeu functio eſt motus actiuus, qui à facultate ipſa procedit: & eſt uel

- *Voluntaria*, ſeu *Animalis*, à cerebro procedens, neruis & muſculis, ea eſt quã cùm ſit, ſedare poteris, ubi uelis, & cum nõ ſit, excitare: & eſt uel
  - *Princeps*: uidelicet
    - Imaginatio.
    - Ratio, ſeu Iudicium.
    - Memoria.
  - *Minus* Princeps: & uel
    - *Senſitiua*
      - Viſus, Auditus.
      - Odoratus, Guſtus.
      - Tactus.
    - *Motiua*, quæ unum tantùm inſtrumentum, idq́; certũ ſibi uendicat, ita & motionis modum ipſum habet, unum ſcilicet uoluntarium, ſed particulatim in uarijs inſtrumentis adeò uariatur, ut multiformis eſſe uideri poſsit.
- *Minus* uolũtaria, & uel
  - *Vitalis*, à corde procedens: uitam ſeu calorem uniuerſo coſpori largitur.
  - *Naturalis*, ſeu uoluntatis expers, ex uena & arteria procedit, & eſt q̃ non pendet ex arbitrio & electione, ſed ſponte & naturaliter fit. & hæc in plures ſecernitur: quarum alia dicitur
    - *Genitrix*, quæ ſimplex quædam naturæ actio non eſt, ſed ex alteratione formationeq́; compoſita. Vt enim os fiat, neruus, uena, & reliquarum particula quælibet, alteratam eſſe oportet ſubiectam, unde animal fiat ſubſtantiam. Vt uerò congruentem figuram & poſituram, & caua quædam enata, uel adnata, aliaq́; id genus habeat, effingi eam oportet, quæ alteratur, materiam.
    - *Formatrix*, eſt quæ compagines & formas alteratricis operib. effingit, iuxta figurã formamq́;, quæ omnibus membris neceſſaria eſt. Hæc enim perforat, excauat, aſperat, lenitq́; ea, quæ eſſe perforata, excauata, aſpera, leniaq́; neceſſarium eſt.
    - *Nutrix*, cuius nominis ratio eſt, ad id quod nutritur, eius quod nutrit, aſsimilatio. Porrò ut fiat hæc, agglutinatio ſiue adhærentia præcedat oportet, ſicuti etiã ut illa fiat appoſitio. poſtquã enim ſuccus is, qui omnem animalis particulam nutriturus eſt, à uaſis excidit, in totam eam diſpergitur, ut
      - *Adnagat*: in qua functione errat aliquando natura, inopia humoris non affluentis, ut in ægritudine, quæ ἀτροφία & tabes uocatur, manifeſtè cernitur.
      - *Agglutinet*, in qua functione aliquãdo fit error inopia nimia adiuncti nutrimenti, quod cũ aquoſum ſit, nec ad ſiccum ſufficienter redactum, nec lentitiam glutinisq́; conſiſtẽtiam, quæ naturalis caloris ope prouenit, adeptũ, adherentiam conſequi non ualet, ut in genere illo hydropis, quod ἀνασάρκα dicitur.
      - *Aſsimilet*, in qua functione etiam aliquando error committitur, permutando aſsimilationem, ut uidetur in uitiligine, quæ Græcis λεύκη dicitur, in qua adhærentia nutrimenti facta cernitur, non tamen aſsimilatio.
    - *Auctrix*, ſolidas animalium partes in longum, latum, profundumq́; ampliat & auget, & ubi perfectam magnitudinẽ animal eſt adeptũ, toto poſtquã editum eſt tempore, uſq́; ad ætatis uigorẽ dominatur, cui miniſtræ auxiliatricesq́; alteratrix & nutrix. Augetur quidem is, cuius perfecta iam forma eſt. Eius autem quod fit, proceſſus ille, qui eſt ad formam, non utique auctio, ſed generatio nominatur. Quippe augetur id quod eſt, gignitur uerò id quod non eſt.

# LIBRI I. PARS II.

## DE ΠΑΘΟΛΟΓΙΚΗ΄, HOC EST, DE SALVBRITATE ET INSALVBRITATE.

## De Sanitatis natura & accidentibus.

ABSOLVTA *prima Medicinæ parte, nempe Phyſiologia, ad alteram uidelicet* ΠΑΘΟΛΟΓΙΚΗ΄Ν, *uenire tempeſtiuum eſt, quæ de Sanitate & Morbis tractat.*

*Sanitatis* itaque

- *Natura* conſiſtit in cauſis conſtituentibus, materia ſcilicet & forma. Sanitas eſt affectus ſecundũ naturam actionem probã efficiens. Hanc autem efficiunt tum
  - *Temperatura* proba partium ſimilarium, tum qualitatum
    - *Primarum*, uidelicet
      - Calidi, Frigidi.
      - Humidi.
      - Sicci.
    - *Secundarum*, ſcilicet in
      - *Tactu*, medium inter
        - Durum & molle.
        - Tenſum & laxum.
      - *Viſu*
        - *Color* floridus.
        - *Corpus* neque
          - Gracile.
          - Corpulentum.
  - *Compoſitio*, hæc eſt
    - *Conformatio*, neque in
      - Figura
      - Cauitate
      - Leuitate
      - Aſperitate
      - (Figura, Cauitate, Leuitate, Aſperitate:) *Vllo* modo læſa.
    - *Numerus* neque
      - Abundans.
      - Deficiens.
    - *Magnitudo* neque
      - Maior.
      - Minor.
    - *Situs* ſuo loco non mutatur.
  - *Vnio* perfecta.
- *Accidentia*, quæ ſymptomata impropriè dici poſſunt, de quibus paulò inferius agemus.

# De Morborum natura & accidentibus.

*Morbus* eſt affect⁹ preter naturam, actionē primò lædens: cuius

- *Natura*, eſſētia, materia ſcilicet & forma. Itaque morb⁹ uel
  - *Partis* ſimilaris
    - *Simplex*, & eſt intemperies ſola primarum quatuor qualitatũ
      - *Calida*, eueniēs
        - *Intrinſecus*
          - *Corpore* toto, ut febris.
          - *Parte* una, ut calor nimius
            - Pedum.
            - Manuum.
        - *Extrinſecus*
          - *Ambuſtio* à ſole uel igne.
          - *Calor* immodicus à nimio motu uel alia cauſa calfaciente.
      - *Frigida*
        - *Intrinſecus*
          - Apoplexia.
          - Epilepſia.
          - Conuulſio, &c.
        - *Extrinſecus*, ut congelatio totius uel partis à frigore uehementi.
      - *Humida*, ut quibuſdam partibus laxitas, & mollities tactu & uiſu perceptibilis.
      - *Sicca*, ut maraſmus totius uel partis.
      - (Humida & Sicca:) *Hæ* intrinſecus tantùm fiũt, nulla extrinſecus affluente cauſa.
    - *Compoſitus*: & eſt intē peries
      - *Sine* materia
        - *Calida* & humida.
        - *Calida* & ſicca.
        - *Frigida* & humida.
        - *Frigida* & ſicca.
      - *Cum* materia
        - *Vnius* humoris
          - *Sanguinis*, ut Phlegmone.
          - *Bilis*, ut in Eryſipelate & herpete.
          - *Pituitæ*, ut in Oedemate.
          - *Atræ* bilis, ut in Scirrho, cancro.
        - *Plurium*
          - *Aequaliter*
            - *Omnium*, nomen accipit ab omnibus.
            - *Duorũ*, ut
              - *Sanguinis* &
                - *Bilis*, Phleg. & Eryſipelas ſimul.
                - *Atræ* bilis, Phleg. & Scirrh. ſimul.
                - *Pituitæ*, Phleg. & Oedema.
              - *Bilis* &
                - *Atræ* bilis, Eryſipelas & Scirrhus.
                - *Pituitæ*, Eryſipelas & Oedema.
              - *Atræ* bilis & pituitæ, Scirrhus & Oedema ſimul.
          - *Inæqualiter*, ut
            - *Phlegmone*
              - Eryſipelatodes.
              - Oedematodes.
              - Scirrhodes.
            - *Eryſipelas*
              - Phlegmonodes.
              - Oedematodes.
              - Scirrhodes.
            - *Oedema*
              - Phlegmonodes.
              - Eryſipelatodes.
              - Scirrhodes.
            - *Scirrhus*
              - Phlegmonodes.
              - Eryſipelatodes.
              - Oedematodes.
            - (Inæqualiter:) *Nomen* à uincenti humore, denominationem à mi ſto accipiũt. Huc reducuntur ſtrumæ, phymeta, lepra, pſora, &c.
      - (Simplex & Sine materia:) *Omnes* hi morbi, niſi ſint magni, difficulter à medicis noſcuntur.
      - (Cum materia:) *Hi* morbi neminē latēre poſſunt: quia faciunt tumorē præter naturā.
  - *Inſtrumentalis*. Vide in ſequentibus ſignum A.
  - *Vtriq;* parti comunis, id eſt, unitatis ſolutio, uel
    - *Simplex* in
      - *Carne*, ut
        - *Vulnus*, *Vlcus*.
        - *Contuſio*.
        - *Illiſio*, cùm cauitas manet ab ictu inducta.
      - *Oſſe*
        - *Capitis*
          - *Fiſſura* ſeu rima.
          - *Ruptio*.
          - *Contuſio* in oſsibus capitis mollibus.
          - *Inciſio*.
        - *Alio*
          - *Fractura*.
          - *Caries*, ab humoribus acribus facta.
      - *Venis*, ruptio.
      - *Neruis*, conuulſio.
      - *Cute*, excoriatio.
    - *Compoſita*
      - *Secum*, ut fractura cum ulcere, ulcus cum conuulſione, eroſione, ruptura, &c.
      - Cum morbis partiũ uel
        - *Similarium*, intēperiei
          - *Simplicis*, ut ulcus cum ruptura, uel fractura, uel conuulſio, &c. cum
            - Calore.
            - Frigore.
            - Humiditate.
            - Siccitate.
          - *Compoſitæ*, ut ulcus uel ruptio, uel conuulſio, &c. cum
            - *Calore* & humiditate.
            - *Calore* & ſiccitate.
            - *Frigore* & ſiccitate.
            - *Frigore* & humiditate.
        - *Inſtrumentalium*, ut
          - *Vlcus* cum membrorum luxatione.
          - *Vlcus* cum lapide in ueſica, &c.
        - *Similarium* & inſtrumentalium, ut ulcus cum
          - Phlegmone.
          - Carbone.
          - Eryſipelate.
          - Herpete.
          - Oedemate.
          - Scirrho.
        - *Ab* his morbis partes trifariam à naturali habitu recedunt. Etenim ob ulcus, partium ſuarum unitatem amittũt. Ob phlegmonem uerò, naturali ſua tēperie calidiores. Deniq; tumor in ipſis ſi ad tãtam magnitudinem attollatur, ut ob hanc ipſam functio impediatur, morbus cenſeri debet.
- *Accidentia* quæ Symptomata dicuntur. Vide in ſeq. ſub ſign. B.

- *A.* *Morbus* inſtrumentalis
  - *Simplex*, quadruplicem habet differentiā. Naſcitur enimquā do uel à naturali habitu decedit
    - *Conformatio*, eiusq; morbi uel ſūt
      - *Aduentitij*, quando uel
        - *Figura* uitiatur, ut
          - *Simitas* à natura ictu & caſu.
          - *Vacitas.*
          - *Varitas.*
          - *Luxatio* membrorum.
          - *Mala* curatio fractorum oſsium.
          - *Callus* eminentior innatus articulis.
          - *Cordis*, pulmonis, & reliquarum partium uitioſa figura, à qua etiam meatus aliquis ut plurimum uitiatur.
        - *Magnitudo* & multitudo cauitatum
          - *Nimis* patentium.
          - *Clauſarum*: id quod multis modis fit, uel
            - *Obſtructione.*
            - *Meatibus* coaleſcentibus.
            - *Inflammatione.*
            - *Craſsis*, lentis, uiſcidis humoribus.
            - *Exiccatione* partis.
        - *Partes* leues fiunt aſperæ, ut fauces aſperæ factæ, generatur tuſsis.
        - *Partes* aſperæ fiunt leues, ut oſſa quæ carnes retinent.
      - *Natiui*, qui in utero matris contrahuntur, à prima conformatione peccante.
    - *Numerus*, in eo uel
      - *Abundantia*
        - *Naturalia*, quæ ſunt uel
          - *Cauſa* morborum, ut
            - *Manus* ſex digitorum.
            - *Tubercula* / *Varices* — *Quæ* meatus obſtruunt.
          - *Morbi*, ut pterygion iñ oculo. Nam cùm pupillam totam obſcurauerit, actionem impedit.
        - *Prorſus* non naturalia, uel
          - *Cauſa* morbi
            - *Lapis* in ueſica.
            - *Lumbrici.*
            - *Grando* in oculo.
          - *Morbi*
            - *Suffuſio.*
            - *Lepra.*
            - *Vitiligines.*
            - *Atheromata, Steatomata.*
            - *Meliceridés, Acrochordones.*
      - *Defectus*
        - *A' prima* generatione quædam
          - *Radicitus* perierunt.
          - *Veluti* ex dimidio mutilata ſunt.
        - *Poſtquam* animal in lucem editum eſt, ut amiſsio
          - *Digitorum* (Manuum. / Pedum.) / *Cruris.* / *Cubiti.* / *Venarum* uaricoſarum. / *Glandularū* induratarū / *Dentium.* / *Gurgulionis.* / *Aurium, Narium.* — *Harum* quædam
            - *Vnam* tantùm functionem obtinent, & cum hæ læduntur, ſunt cauſæ morborum.
            - *Duas* functiones obtinent, quæ cùm læduntur, duplicem habēt rationem, nempe cauſæ & morbi.
    - *Magnitudo*, quando partes
      - *A' prima* generatiõe
        - *Increſcunt*, ut quando lingua ad tantam magnitudinem increſcit, ut ad nullam partem oris ſeſe flectere poſsit.
        - *Minuũtur*, quãdo lingua adeò exigua eſt, ut nõ oẽs eius partes attingat.
      - *Poſt* ortum animalis
        - *Increſcit*, ut
          - *Priapiſmus.*
          - *Caro* ſupercreſcens in ulceribus.
          - *Auctio* teſticulorum, mammarum.
          - *Struma* immoderatius aucta.
          - *Oculorum* anguli aucti, &c.
        - *Minuuntur*, ut
          - *Oculorum* anguli diminuti.
          - *Atrophia*, id eſt, cibi defectus.
          - *Tabes.*
    - *Compoſitio*, in
      - *Poſitu*
        - *Luxatio* / *Commotio* — Articulorum.
        - *Epiplocele*, quando omentum in ſcrotum deuoluitur.
        - *Enterocele*, quando inteſtinum in ſcrotum deuoluitur.
      - *Conſenſu* inter ſeſe uicinarum partium, quæ à naturali habitu diſcedunt, ut
        - *Si* ligamentum uel laxum, uel nimium intentum uel abruptū fuerit, ut impediat in ea parte motum articulis debitum.
        - *Immodica* uincula
          - Linguæ.
          - Pudendorum.
        - *Partes* omnes, quæ ob ulcus præter naturam coaleſcunt, ut
          - Labia.
          - Palpebræ.
          - Digiti.
          - Sedes.
  - *Compoſitus*
    - *Proprius* eidem inſtrumento, ut in oculo ſuffuſio cum pterygio, in lingua magnitudo nimia & aſperitas.
    - *Accidens* eidem, ut ceratoidis eroſio, prolapſus rhagoidis, & pupillæ contortio. Hi tres affectus ſunt oculi morbi per accidens, & non proprij. In ophthalmia, phlegmone, cohærentis tunicæ morbus proprius eſt, oculi uerò per accidens.
    - *Proprius* ac accidens ſimul, ut luxatio cum phlegmone.

POTEST *etiam morbus inſtrumentalis componi cum unitatis ſolutione, quemadmodum in tumoribus præter naturam.*

- B. *Symptoma*, eſt affect⁹ morbum ſequẽs. Horum alia ſunt
  - *Functionum* noxæ
    - *Animalium*. Vide in ſequentibus ſignum. C.
    - *Vitalium*, pulſus
      - Abolitus
      - Debilis
      - Deprauatus.
      - *De* his in quarta theoricæ parte.
    - *Naturalium*
      - *Attractio*
        - *Abolita*, ut in uentriculo, cùm is omnino nihil attrahit.
        - *Debilis*, quando uix & difficulter & multo tempore attrahit.
        - *Deprauata*, ut cùm uẽtriculus inter trahendum quaſi palpitat, aut tremit, aut concutitur, aut conuellitur.
      - *Retentio*
        - *Abolita*, cùm uentriculus cibos, coctionis tempore omnino non comprehendit, ut in lienteria.
        - *Debilis*, cũ uentriculus cibũ non probè amplectitur, & tum fiunt fluctuationes.
        - *Deprauata*, cũ uentriculus ſaltu quodam, aut cõuulſione, &c. cibos amplectitur.
      - *Alteratio*
        - *Abolita*, ut cùm in uentriculo cibus talis permanet, qualis eſt ſumptus.
        - *Debilis*, ut tarda in uentriculo concoctio.
        - *Deprauata*, ut cùm cibus in uentriculo in alienam qualitatem permutatur.
      - *Expulſio*
        - *Abolita*, cùm excrementa omnino non excernuntur.
        - *Debilis*, cùm tardè excrementa uel omnino non excernuntur.
        - *Deprauata*, cùm uel properat ad deiectionem ante perfectam cõcoctionem, uel tardat uel ceſſat poſt concoctionem abſolutam.
  - *Affectus* corporis noſtri: quorum alia pertinent ad
    - *Viſum*, & ſunt colores præter naturam, uel in
      - *Toto* corpore, ut in morbo
        - Regio, Hepatico.
        - Spleniti co.
        - Aquæ inter cutem.
      - *Parte*
        - *Vna*, ut
          - *Sola* lingua decolorata.
          - *Pars* alia ob abſceſſus uel
            - Nigricat
            - Liuet
            - A' carbone, herpete, &c.
        - *Pluribus*, ut partes aliquæ morbis frigidis, aliquæ calidis laborantes, etiã uariè decolorantur.
    - *Auditum*, ut
      - *Voces* clangoſæ, turbidæ, uel tremulæ, &c. ob oris morbos, faucium, tracheę arteriæ, pulmonum, thoracis.
      - *Soni*, ſtrepitus, ſtridores, murmurilla in alijs animalis partibus, ob inſtrumentorum anguſtiam, uel motum errabundum, aut copiam ſpiritus inflantis.
    - *Olfactum*, & ſunt præcipuè uel in
      - *Reſpiratione*, ut fœtor per guttur.
      - *Tranſpiratione*, fœtor per cutis poros.
      - *Huc* etiã referuntur
        - Aurium
        - Narium
        - Axillarum
          - *Fœtores*, & omniũ partiũ, quæ ob affectum aliquem putreſcunt.
        - *Ructus*
          - Fumoſus, Acidus.
          - Viroſus.
          - Piſcium fœtorem referens.
    - *Guſtum*
      - *Sudor*
        - Dulcis.
        - Amarus.
        - Salſus, &c.
      - *Sanguis*, qui per os reijcitur
        - Dulcis.
        - Salſus.
        - Amarus, &c.
      - *Reiectio* ex pulmone
      - *Vomitus*
        - *Et* habent ſaporem uel
          - Acidum, Salſum.
          - Amarum, Dulcem.
          - Auſterum.
    - *Tactum*, pellis cutis ue
      - Dura, Intenta.
      - Laxa, Arida.
      - Rugoſa.
  - *Quæ* immodicas excretiones uel retẽtiones ſequuntur, uel à naturali habitu recedunt
    - *Tota* ſubſtantia, ut hæmorrhogia nata ex
      - *Apertione* oſculorũ uaſis, à ſanguinis copia, uel uaſis imbecillitate.
      - *Tranſudatione* per uenas, ob tunicam rarefactam, uel ob gracilium uaſorum adapertionem.
      - *Eroſione*, ab humoribus erodentibus.
      - *Ruptura*.
      - *Vulnere*.
      - *Contuſione*.
      - *Imbecillitate* retentricis facultatis.
      - *Immodica* expultricis facultate, &c.
    - *Qualitate*: ut
      - Colores
      - Sapores
      - Odores
      - *Excrementorum* præter naturam ex morbo nati.
    - *Quantitate*: ut excretio uel retentio immodica
      - *Vomitus*.
      - *Sudoris*.
      - *Vrinæ*: ut in
        - Diabete, Iſchuria.
        - Dyſuria.
        - Stranguria.
      - *Stercoris*: ut in
        - Lienteria, Dyſenteria.
        - Voluulo.
        - Colica, &c.
      - *Menſium* uel ſuppreſſorum, uel largius fluentium.
      - *Gonorrhœa*, &c.

C. *Symptomata*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0117-7

**C.** *Symptomata* functionum noxæ anima liū, ſunt aut

- *Senſibilium*
  - *Viſus*
    - *Abolitus*, cæcitas.
    - *Debilis*, amblyopia.
    - *Deprauatus*, hallucinatio.
  - *Auditus*
    - *Abolitus*, ſurditas.
    - *Debilis*, grauis auditio.
    - *Deprauatus*, obauditio.
  - *Odoratus*
    - Abolitus.
    - Debilis.
    - Deprauatus.
  - *Guſtus*
    - Abolitus.
    - Debilis.
    - Deprauatus.
  - *Tactus*
    - Abolitus.
    - Debilis.
    - Deprauatus.
    - Dolor.
  - *Primi* ſenſus inſtrumenti & communis omnium
    - Vigilia.
    - Veternus.
- *Motricum*, motus
  - *Abolitus*, in
    - *Parte* una, paralyſis, id eſt reſolutio
      - *Neruorum* — Dicitur.
        - *Reſpiratoriorum*, apnæa
        - *Vocalium*, aphonia
        - *Linguæ*, ſermonis uitium
      - *Muſculorum* — Dicitur.
        - *Colli*, *Veſicæ* — *Inuita* urina
        - *Sedis*, ſtercoris deiectio
    - *Toto* corpore
      - *Tantùm*, paralyſis.
      - *Cùm* principum facultatum reſolutione, apoplexia.
  - *Debilis*, ſtupor.
  - *Deprauatus*
    - *Conuulſio*, eſt inuoluntaria retractio muſculorum & neruorum, ad ſuam originem, uel in
      - *Vna* parte
        - *Muſculis*.
        - *Ventriculo*, ut ſingultus.
        - *Pene* rigido, quodammodo conuulſiones ſunt.
      - *Toto* corpore
        - *Tantùm*
          - Tetanos.
          - Epiſthonos.
          - Emproſthonos.
        - *Cum* læſione principum facultatum, ut epilepſia.
    - *Tremor*, eſt motus præter uoluntatem partium, quo ſurſum & deorſum uicibus permutatis ferantur.
    - *Horror*, inæqualis totius corporis concuſsio & turbatio.
    - *Rigor*. eſt motus, qualis in horrore, ſed maior.
    - *Sternutamentum*, efflatio eſt uehemens, qua nares, uentriculi anteriores cerebri, oſſa ethmoidea repurgantur.
    - *Tuſsis*, uehementiſsima quædam efflatio eſt, quo plurimus ſimul, celerrimeq; foras actus ſpiritus, attrahat propellatq; ſuo impetu, quæ uias ſuas obſtruunt.
    - *Pandiculatio*, eſt motus & diſtentio omnium membrorum ad difflationem uaporum ex eis.
    - *Oſcitatio*, expultricis uirtutis motus, ad diſcutiendum ſpiritus flatuoſos maxillæ inferioris.
- *Principum*
  - *Imaginatio*
    - *Abolita*, ut caros, catalepſis, &c.
    - *Debilis*, coma, lethargus.
    - *Deprauata*, delirium.
  - *Cogitatio*
    - *Abolita*, dementia, ſtultitia.
    - *Debilis*, fatuitas, ſtultitia.
    - *Deprauata*, delirium.
  - *Memoria*
    - *Abolita*, obliuio.
    - *Debilis*, torpor.
    - *Deprauata*, delirium.

# LIBRI I. PARS III.

## DE ΑἸΤΙΟΛΟΓΙΚΗ͂Ι, HOC EST, DE CAVSIS EFFICIENTIBVS.

FINITA *ſecunda Medicinæ parte, nempe Pathologia, ad tertiam, uidelicet* ΑἸΤΙΟΛΟΓΙΚΗ͂Ν, *quæ cauſarum efficientium rationem obtinet, perueniendum eſt.*

*Eſt* itaq; cauſa efficiens aut
- *Imperam*
  - *Primaria*, DEVS optimus maximus.
  - *Secũdaria*, Medicus, cuius differentiæ ſumuntur à
    - *Doctrina*. Sic Medicus ſit doctus, atque diſciplinarũ gnarus: uidelicet
      - *Logicæ* artis.
      - *Philoſophiæ*
        - Naturalis.
        - Moralis.
      - *Medicinæ* utriuſq;.
    - *Experientia*. Sit itaq; multa experientia Medicus exercitatus, in ijs præſertim, quæ certa ratione excogitata ſunt, & frequenti uſu confirmata.
    - *Ingenio*. Sic Medicus ſit
      - *Solers* & promptus in remedijs inueniendis.
      - *Tenaci* memoria.
      - *Reminiſcentia* facili.
      - *Recto* iudicio.
      - *Dexter* in operibus, &c.
    - *Moribus*. Sic Medicus ſit
      - *Audax* & animo intrepidus in rebus tutis & neceſſarijs.
      - *Non* admodum præceps in rebus dubijs & periculoſis.
      - *Comis* ac affabilis erga ægrotantes.
      - *Manſuetus* ac facilis erga ſuæ artis homines.
      - *Prudens* ac circumſpectus in præſagiendo.
      - *Caſtus* ac temperans.
      - *Miſericors* erga pauperes.
      - *Pecuniæ* non nimis cupidus.
      - *Liberalis*.
      - *Amator*
        - Dei.
        - Veritatis, &c.
- *Obſequens*: eaq; uel
  - *Agens*
    - *Pharmacopola*, q dextra quaſi manus Medici eſt. Horũ differentiæ ſumuntur à
      - *Doctrina*. Sic itaq; pharmacopæus
        - *Sit* Latinæ linguæ peritus mediocriter.
        - *Sit* expertus in medicamentorum ſimplicium cognitione.
        - *Sit* doctus in manuario officio.
        - *Sciat* quo genere uaſculorum & inſtrumentorum unaquæq; medicina ſit coquenda, tractanda & conſeruanda.
        - *Sciat* quo tempore medicamina ſint colligenda, & quo in loco ſeruanda.
        - *Nõ* temerè cõfidat ingenio ſuo in ſuccedaneis eligẽdis, ſed peritũ medicũ cõſulat.
        - *In* opiatis conficiendis & ſimilibus præſtantibus, ac magni momenti medicinis Medicum tanquam iudicem ac præceptorem adhibeat.
        - *Singulis* menſibus omnia perluſtret ſimplicia, & putrida, corrupta, exoleta, mucoſaq; reijciat.
      - *Moribus*. Sic pharmacopola ſit
        - *Vigilans* ac circumſpectus.
        - *Liberalis*.
        - *Ab* auaritia ſordibusq; alienus.
        - *Aleæ* uel ſimilibus ludis, *Compotationibus*, *Vino*, *Fœdis* amoribus — *Non* deditus.
        - *Ab* omni ueneficio alienus, ad quod nec metu, nec gratia, nec prece, nec precio impellatur.
    - *Aſsidentes*, qui ægro aſsident. Hi debent eſſe
      - Prudentes.
      - Pacifici.
      - Fideles, &c.
    - *Aegrotantes*. Hi
      - *Medico* pareant non ſecus ac ſeruus domino, & in nullo ſuæ indulgeant uoluptati.
      - *Fidant* Medico & Chirurgo.
      - *Patienter* ferant omnia, quæ fiant à Medico dogmatico & experto, &c.
  - *Inſtrumentum*. De inſtrumentis ſalubritatis & inſalubritatis hic non ut ſunt ſalubria & inſalubria, ſed ut in genere in corpus humanum agere poſſunt, ſiue ſalubritatem, ſiue inſalubritatem introducant, ſiue hæc diæta, ſiue pharmaca, ſiue chirurgica. & ſic Αἰτιολογικὴ in genere triplici
    - Διαιτητική, quæ tractat de Rebus nõ naturalibus: uidelicet de
      - Aere, Cibo.
      - Potu, Motu.
      - Quiete, Somno.
      - Vigilia, Inſomnio.
      - Animi affectibus.
      - Repletione.
      - Inanitione.
    - Φαρμακευτική, quæ agit de Medicamentis.
    - Χειρουργική, quæ de Inſtrumentis Chirurgicis.

De Aere

# De Aere, in genere.

*Aer*, quem inſpiramus, & reſpiramꝰ, eſt corporum & ſpirituum uitalium elementũ & nutrimentũ, temperans ipſius cordis calorem inſpiratione, expiratione uerò repurgans ipſius fumos. Huius differentię ſumuntur à

- *Subſtantia*: atq; ſic uel
  - *Purus* & mundus: huiuſmodi
    - *Salubris* eſt.
    - *Sanitatem* conſeruat.
    - *Cordis* calorem contemperat.
  - *Impurus* & immundus:
    - *Corruptus* & putridus: qualis eſt cõcluſus, & uicinus aquis, in quibus linum & canabis macerantur, & qui ex cloacis uitiũ contraxit. Huiuſmodi namq;
      - *Peſtem* infert.
      - *Humores* corrumpit.
      - *Cor* inficit.
      - *Fruges* corrumpit.
      - *Spiritus* deijcit.
      - *Colorem* mutat.
    - *Craſſus* & nebuloſus, ſeu turbidus
      - *Triſtem* animum efficit.
      - *Humores* commiſcet.
- *Accidentibus*: uidelicet
  - *Qualitate*. Nam (licet aer purus ſit, & uer ipſum têperatum, rarò tamen uer ſuam ſeruat naturam) ferè nunquam temperatus eſt. Eſt enim aut
    - *Calidus*
      - *Calefacit*.
      - *Sitim* excitat.
      - *Diſſoluit*, *Laxat*.
      - *Colorem* alterat.
      - *Spiritus* reſoluit.
      - *Sudorem* prouocat.
      - *Vrinam* minuit.
      - *Coctionem* impedit.
      - *Virtutem* deijcit.
      - *Corrigitur* infrigidantibus.
    - *Frigidus*
      - *Frigefacit*, *Mortificat*.
      - *Corporibus* imbecillibus nocet.
      - *Fluxiones* excitat.
      - *Neruos* debilitat.
      - *Tracheam* arteriam exaſperat.
      - *Corrigitur* calefacientibus.
    - *Humidus*
      - *Cutim* lenit.
      - *Corpus* humectat.
      - *Corrigitur* exiccantibus.
    - *Siccus*
      - *Cutim* ſiccat & denigrat.
      - *Corrigitur* humectantibus.
  - *Loco*, uel
    - *Superioribus*, ſeu cœleſtib. cum illa corpora perpetuo motu & lumine uariè aerẽ mutare deprehendantur. Inde uarietas oritur uel ratione
      - *Climatũ*: ex his enim regionũ aliæ fiunt
        - *Têperatæ* quodãmodo: uidelicet quæ ſub æquinoctiali plaga habentur: & uel
          - *Orientali*: Aer ſalubrior efficitur, tum propter ſolem oriẽtem, qui aerem ijs in regionibus magis clarificat reſoluendo uapores, & paruo têporis interuallo recedit ab eis ad occidentem tendens: tum propter exufflationem ſubtilium uentorum, quos præmittit eis ſol, quo fit ut non inducat ſuperfluum calorem.
          - *Occidentali*: Aer fit humidus & temperatè calidus. Nam quando ſol peruenit ad ipſas, nõ eis appropinquando incedit, ſed poſtquam inualuerit ad calefaciendum clima. Quo fit ut ipſe iam deſcendens, aerem neq; ibi ſubtiliet, neq; uehementer exiccet. Ob hoc igitur eiuſmodi regionum aer cũ humidus ac craſſus exiſtat, eo inſalubrior extitit, qui in Orientalibus regionibus percipitur. Hinc fit, ut incolæ ſæpenumerò raucedine afficiantur.
        - *Intemperatæ*
          - *Meridionales*: Aer calidus admodũ, ut in ijs regionibus eſt, q̃ ſub climate tertio & quarto habẽtur: ferè inhabitabiles. Quarum incolæ
            - *Habent*:
              - *Senſus* graues
              - *Membra* laxa
              - *Ventres* fluidos
              - *Appetentiam* debilem
              - *Capita* humida
            - *Patiuntur*:
              - *Sanguinis* profluuia
              - *Hæmorrhoides*
              - *Lippitudines*
            - *Afficiuntur*:
              - *Fluxionibus*, *Reſolutionibus*
              - *Aſthmate*
              - *Febribus* contumacibus
          - *Septentrionales*. Hinc fit aer frigidus ſupra modum, ut in regionibꝰ, quę ſub quinto, ſexto & ſeptimo habentur climate. Harum
            - *Viri*
              - *Humores* in oculis multos coaceruant.
              - *Valenter* concoquunt.
              - *Diu* uiuunt.
              - *Sanguinis* fluorem ex naribus patiuntur.
              - *Mores* lupinos habent.
            - *Mulieres*
              - *A menſtruis* non perfectè purgantur.
              - *Steriles* exiſtunt.
              - *Difficilè* pariunt.
              - *Pauco* lacte ſunt refertæ.
              - *Phthyſim* patiuntur.
              - *Ramice* abdominis afficiuntur.
              - *Tetanum* patiuntur.
            - *Pueri* aquoſas ramices patiuntur.
            - *Puellæ* aqua in uentre & matrice afficiuntur.
      - *Ventorum*. Vide in ſeq. ſign. A.
    - *Inferioribus*. Vide in ſeq. ſign. B.
  - *Tempore*. Vide in ſeq. ſig. C.

A. *Aeris* uarietas oritur ratione uentorum, eorumque uel
- *Orientalium*. Hinc aer efficitur calidior & ſiccior, temperatè tamen.
- *Occidentalium*: fit aer frigidior & humidior.
- *Meridionalium*: efficitur calidus & humidus: qui
  - *Senſus* grauat.
  - *Fortitudinem* laxat.
  - *Poros* aperit.
  - *Humores* agitat.
  - *Recidiuationem* facit.
  - *Epilepſiam* commouet.
  - *Somnum* inducit.
  - *Febres* putridas generat.
- *Septentrionalium*: fit aer frigidus & ſiccus: qui
  - *Indurat*.
  - *Prohibet*.
  - *Corroborat*.
  - *Vrinam* prouocat.
  - *Poros* claudit.
  - *Concoctionem* auget.
  - *Ventrem* ſtringit.
  - *Aerem* peſtilentem ſanat.
  - *Coſtarum* ægritudines efficit.
  - *Pleuritidem* generat.
  - *Neruorum dolores*, *Tuſſim*, *Peripneumoniam* — *inducit*.

## ANNOTATIO EX CARDANO LIB. I. CAP. VIII.

### De uarietate rerum.

*EX Ventis Auſter omnibus grauis eſſe uidetur, hominibus morbos parit: autumno primum ea parte folia arboribus décidunt: ædificia collabuntur, atque ruunt: ſemina gurgulione ac uerme exeduntur: fructus putreſcunt. Porrò uenti ualidi omnia quaſſant, fructus, ſeminæ, plantas, ædificia, etiam arces, montes quoque, homines.*

B. A locis inferioribus aeris quoque differentiæ ſumuntur: uidelicet ab
- *Vrbibus*, uel uillis. Nam ſi fuerint
  - *Maritimæ*, tales inhabitantes
    - *Aerem* humidiorem ſentiunt.
    - *Molliores* ſunt.
    - *Minus* ad labores ualentes, tum ob nimiam ambientis humiditatem, tum ob frequentiorem piſcium eſum.
    - *Minus* ſanitati ſeruandæ ſunt oportuni.
  - *Mediterraneæ*. Vide in ſequentibus ſignum ☞
- *Domiciliis*, quorum alia magis cõmoda ſunt
  - *Habitationi*: & hæc aut
    - *Profunda* ſeu inferiora, quorum pauimentum eſt terra: ſaluti inimica ſunt, maximè ſi non perſtentur.
    - *Alta*, & ſublata à terra, tabulata: ſalubria ſunt: quorum
      - *Aeſtiua*, habeant
        - *Situm*, ſeu feneſtras uerſus Septentrionem: ſit hæc domus pars ſublimior, ut à Boreæ incurſu tueatur.
        - *Spatium*, & quidem in *Longitudine*, 35; *Amplitudine*, 18; *Altitudine*, 20 — Pedum.
      - *Hyemalia*: hæc habeant
        - *Situm*, ſeu feneſtras uerſus Meridiem: ſitq́; humilior hæc domus pars, ut è Sole hyemali luſtretur.
        - *Spatium* *Latitudinis*, 18; *Longitudinis*, 20; *Altitudinis*, 18 — Pedum.
  - *Exercitationi*. Sic Aulæ ſint *Longæ*, 40; *Latæ*, 18; *Altæ*, 22 — Pedes.

*Aeris* differentiæ ab urbibus mediterraneis ſumuntur: quę ſi fuerint

- *Planæ*, & aut
  - *Calidæ*
    - *Capillos*
      - *Nigros*
      - *Criſpos*
    - *Facultatem* concoctricem imbecillem
    - *Corpora* lenia
    - } Habent incolæ,
  - *Frigidæ*
    - *Tantùm*, habitantes
      - *Fortiores*
      - *Audaciores*
      - } Sunt,
      - *Optimè* concoquunt,
    - Et humidæ,
      - *Craſſi*
      - *Carnoſi*
      - *Pingues*
      - *Albi*
      - *Teneres*
      - *Facie* pulchri
      - } Sunt inhabitantes.
      - *Venas*
      - *Articulorum* compagines
      - } Occultas habent.
  - *Humidæ*
    - *Cute* lenes
    - *Facie* pulchri
    - } Sunt.
    - *Laborem* difficile tolerant.
    - *Calorem* in æſtate
    - *Frigus* in hyeme
    - } Moderatè ſentiunt.
    - *Febribus* diuturnis afficiuntur.
    - *Ventris*
    - *Menſtruorum*
    - *Hæmorrhoidarum*
    - *Sanguinis*
    - } Fluxu afficiuntur.
    - *Vlcera*
    - *Putredines*
    - *Fiſtulæ*
    - *Epilepſiæ*
    - } Multiplicantur.
  - *Siccæ*, uel arenoſæ
    - *Sicci* ſunt
    - *Colore* ſunt fuſci
    - *Aeſtatem* ardentem
    - *Hyemem* frigidiſsimam
    - } Sentiunt
    - *Cerebrum* citò ſiccatum ſentiunt
    - *Duri*
    - *Solidi*
    - *Fortes*
    - } Sunt corpore
    - *Capillis* abundant
    - *Superbi*
    - *Acuti*
    - *Bellatores*
    - *Vigilantes*
    - *Solertes*
    - *Immorigerati*
    - } Sunt
- Montanæ
  - *Profundæ*
    - *Calidiorem* & humidiorem aerem ſentiunt
    - *Morbis* à putredine ortis obnoxij ſunt
    - *Sine* ullo uentorum perflatu ferè ſemper in mœſtitia uiuunt
    - } Incolæ.
  - *Editæ*, altæ & montuoſæ
    - *Proceri* ſunt grandiores.
    - *Sani*
    - *Fortes*
    - *Laborioſi*
    - *Longæui*
    - } Viuunt magis uel minus, prout locus alius huic, alius illi uento magis expoſitus ſit.

## ANNOTATIO EX CARDANO LIB. I. CAP. VIII.
### De uarietate rerum.

*AEREM qualis ſit, cũ uolueris explorare, ſpongiam bene ſiccám ac mundam ſub diuo per noctem ſereno cœlo exponito: mane, ſi ſiccã inueneris, aer quoq; talis eſt: ſi madidã, nimboſus: ſi molliter udã, humidus ac roridus. Si uerò panem ſic recentem expoſueris, à corrupto ſitũ contrahit, à ſicco ſicceſcit, ab humido in ſuo ſtatu manet. Corrumpuntur & carnes facilè, ubi peſtilens ſit aer, & colorem mutant à rubro caro, ab albo autem adeps. Craſſi aũt aeris marmora & ſilices leues, qui facilè & ſæpe ac multum madent: à tenui enim aere non hæc adeò ſiunt, tametſi humidus ſit, ac nubiloſus. Veſicas ẽt uacuas exquiſitiſsimè tentabis, cuius ſint ponderis, eaſdem ſtatim ad extremum inflatas, & differentiã obſerua. Cuius enim regionis maius fuerit diſcrimen aut temporis, eius aer craſsior eſt: atq; eo craſsior, quo magis iuxta ꝓportionem fuerit. Oportet autem experimentum ſumi ſereno aere, eodemq; anni tempore tenuiſsimis & ampliſsimis ueſicis, libraq; exquiſitiſsima. Aliàs uerò boni maliq; aeris argumenta ex habitu animaliũ, tum uiſceribus eorum, maximè iecore, docui.*

C. *Aeris*

**C.** *Aeris* differentiæ ſumũtur etiam à tempore

- *Anni*
  - *Totius.* Nam ſi totus annus fuerit
    - *Calidus*, fient
      - *Febres* acutæ
      - *Maniæ*
      - *Apoſtemata* acuta
      - } In corporibus bilioſis.
    - *Frigidus*, orientur
      - *Morbi* comitiales.
      - *Apoplexiæ*, Paralyſes.
      - *Stupores*, Tremores, Spaſmi.
    - *Humidus*, fient
      - *Febres* contumaces.
      - *Alui* profluuia.
      - *Putredines*, Apoplexiæ, Anginæ.
      - *Morbi* comitiales.
    - *Siccus*, generabuntur
      - *Tabes*, Lippitudines.
      - *Articulorum* dolores, Vrinæ ſtillicidia.
      - *Inteſtinorum* difficultates.
  - *Partiũ*: & uel
    - *Secundum* naturam: atq; ſic
      - *Ver* temperatũ eſt, calidũ & humidum quibuſdã, calori naturali ſimilis: ſaluberrimum. Eſt à principio mẽſis Martij, aut ab æquinoctio uſq; ad Solſtitiũ. Hoc tempore oriuntur
        - *Lepræ.*
        - *Vitiligines.*
        - *Impetigines.*
        - *Puſtulæ* ulceroſæ.
        - *Articulorũ* dolores.
      - *Aeſtas*, calida eſt & ſicca. Eſt à Solſtitio æſtiuo uſque ad æquinoctium autumnale, ſiue ab initio Iunij in finem Auguſti. Hoc tempore ſæpe generántur
        - *Morbi* biliosi & acuti.
        - *Febres* ardentes.
        - *Tertianæ* exquiſitæ.
        - *Choleræ*, Ophthalmiæ.
        - *Ventris* profluuia.
        - *Aurium* dolores.
        - *Genitalium* putredines.
      - *Autumnus*, eſt ſiccus, calore & frigore inæqualis, pernicioſus, mortiferus. Eſt ab initio Septembris, aut ab eius æquinoctio, uſque in Solſtitium hyemale, aut finem Nouembris. Fiunt hoc tempore frequenter
        - *Morbi* melancholici.
        - *Maniæ*, Melancholiæ.
        - *Lienis* tumores.
        - *Hydropes*, Tabes.
        - *Difficultates* inteſtinorum.
        - *Aſthma*, Anginæ.
        - *Comitiales.*
        - *Febres* quartanæ.
        - *Febres* erraticæ.
      - *Hyems*, eſt frigida & humida, pluuioſa. Incipit ab initio Decembris, & uſque in finem Februarij metitur. Hoc tempore fiunt ſæpe
        - Morbi longi.
        - *Laterales* morbi.
        - *Pulmoniæ*, Grauedines.
        - *Raucedines*, Tuſſes.
        - *Apoplexiæ*, Vertigines.
        - *Laterum*, *Pectoris* } Dolores.
        - *Capitis*, *Lumborum* } Dolores.
    - *Præter* naturum, cum uidelicet
      - *Hyems* calida
      - *Aeſtas* frigida
      - Ver frigidum
      - *Autumnus*
        - *Calidus*
        - *Humidus*
      - } Euadit. Inde uarij oriuntur morbi, præſertim pernicioſi & mali indicij. Quod fidum præſagium futuræ peſtis eſt, quæ frequentius ex humida aeris conſtitutione oritur, rarius in ſiccis, cum putreſcit, mixtis putridis uaporibus ex aqua & terra eleuatis.
- *Diei.* Nam
  - *Nox* frigidior eſt ob Solis receſſum.
  - *Dies* calidior ob Solis propinquitatem: cuius etiam
    - *Meridies* calidior eſt.
    - *Matutinum* tempus frigidius. Nam hora matutina Sol non calefecit aerem ſua præſentia.
    - *Veſpertinum*, frigidius. Nam nondum ob abſentiam refrigeratum eſt, atque perinde ex noctis partibus prior minus frigida eſt poſteriore.

### ANNOTATIO.

*AEREM cum ſani euitare non poſſint, ſed multis ab eo modis alterentur, mutenturq́, eius lapſus per uictum emendandus uenit. Definito nãq; lapſu aeris, atq; cognita alteratione, quam in corpus humanum facere poteſt, facilè erit in cibo aut potu, aut ſomno aut uigilijs parem obijcere contrariam uim, quæ omnino impediet, & attemperabit aeris actionem, atq; potentiam.*

*DE Aeris differentijs in ſpecie, uide inferius, in particularium morborum curationibus, &c.*

# De Ciborum differentijs, in genere.

Cib⁹ eſt eſſentię ſiccioris, quæ deperit, refectio: uel cibus, ſeu alimẽtum eſt, qđ ſubſtãtiã noſtrã augere poteſt. Horum differentię tum in

- *Genere*: ſumuntur à
  - *Subſtãtia*. Atq; ſic eorũ alij
    - *Subtiles*, leues, ſeu tenues: & uel magis
      - *Nutrientes*, ſanguineq̃; tenuẽ generantes. Sunt aũt huiuſmodi qui facilè digerũtur, leui negocio in ſanguinẽ conuertuntur, facilè à mẽbris labuntur, & in uẽtriculo nõ corrũpũtur. Cõueniũt hi politicis, delicatis, quieſcẽtibus, caloris naturalis imbecillitate affectis, diſpoſitisq; ad nutritiuorũ & ſpiritualiũ membrorũ, ac cerebri obſtructiones, cũ magna eorũ quãtitas parum tribuat alimenti. Ex horum genere ſunt
        - *Perdices*.
        - *Phaſiani*.
        - *Pulli* gallinacei.
        - *Atagenæ*.
        - *Alæ* auiũ omniũ.
        - *Piſces* parui.
        - *Cucurbita*, &c.
      - Alterantes. Horum enim alij craſſa et pituitoſa quoque attenuãt, ſubtiliant, uel ſua
        - *Acredine* & caliditate
          - *Subtiliando*, quãquam craſsi ſucci exiſtant, cuiuſmodi ſunt
            - *Capæ*.
            - *Paſtinacæ*.
            - *Raphanus*, etc.
          - *Incidendo*: cuius generis ſunt
            - *Sinapis*, Naſturtium, Porrum.
            - *Allium*, Eruca, Fœniculus.
            - *Origanum*, Anethum, &c.
        - *Dulcedine* & tenuitate, mũdificando: ut ſunt
          - *Aqua* hordei, Amygdalæ.
          - *Ficus* ſiccæ, Phiſtici.
          - *Saccharum*, Mel, &c.
        - *Salſedine*, quæ in ipſis cibis inuenitur, diſſoluendo, attenuandoq;: ut ſunt
          - *Piſces* ſalſi.
          - *Muria*.
          - *Nitroſa* omnia, &c.
        - *Acetoſitate*, quæ in ipſis alimentis reperitur, incidendo: ut ſunt.
          - *Acetum*.
          - *Citrorum* ſuccus.
          - *Vinum* malorum punicorum.
    - *Craſsi* ac lenti. Ab his tantùm hominibus ingeri debent, qui exercitatione multa ſomnoq; ad ſatietatem uti poſſunt, eamq; ſibi uitæ rationem delegerunt, quæ publicis negocijs, forenſiq; labore minimè impeditur, ac cum præcipuè eorum uſus frequentior, pari hypochõdriorum dextræ nihil uel grauitatis, uel tenſionis afferat. Cui autem ætas aut conſuetudo obſtat, quin exerceri ante cibum poſsit, eius generis uictu omnino abſtineat. Craſsi equidem cibi magis in hyeme, quàm cæteris anni temporibus comedendi ſunt. Nam
      - Aegrè concoquuntur.
      - *Bonum* in iecore ſanguinem generant, ſi digeranrur.
      - *Obſtructiones* faciunt, cũ non probè concoquantur.
    - *Medij* temperamenti, nulla eximia qualitate præditi. hi merè alimenta dici poſſunt: nam aluum neq; ſoluunt neq; retinent, uentriculo neq; robur neq; languorem inducunt, ſudores & urinas neq; prouocant neq; coercent, nullam intemperiem inducunt, ſed tale corpus aſſeruant, quale acceperunt.

GAL. LIB. I. DE ALIMENT. FAC. ET. LIB.

De diſſolutione cont.

FIT *equidem aliquando, ut celerius bubulæ carnes, quàm ſaxatiles piſces, à quibuſdã in uentriculo concoquantur. quod forſitan mirum nonnullis apparebit: uerùm id euenire ſciãt in hiſce tãtùm corporibus, quorũ uẽtriculus bile flaua quàm plurima, uel à quapiam praua temperie, uel peculiari conſtitutione collecta, refertus eſt. Nã ex huiuſmodi affectibus, & craſſa concoqui, & tenuia corrumpi non ignorent.*

- *Accidentibus*: uidelicet
  - *Qualitate*. Vide in ſequentibus, ſub ſigno A.
  - *Quantitate*. Vide in ſequentibus, ſub ſigno B.
  - *Tempore*. Opportunitas ſumendi alimenta eſt, cum adeſt inopia: hanc autem in bene ualentibus fames docet. Fames autem eſt appetitus quidam calidi & ſicci: ſitis autem appetitus frigidi & humidi. uel Fames eſt ſenſus triſtis. In omni namque fame, quæ natura fit, quinq; motus fiunt, quorum primus eſt, membrorum inanitio, quæ ſecundum naturam fit, naturali calore agente, ac diſſoluente humidum membrorum: hæc uerò naturali facultate ſecundo loco appetunt: deinde tractrice trahunt: tertio loco à uenis & iecore & uentriculo: quarto loco ſequitur ſenſus triſtis, quo uenter ſentit ſuctionem: quinto ſequitur appetitus animalis. Quartum horum, nempe ſenſus ſuctionis fames eſt. Cum itaque hominem fame tentari neceſſum ſit, ea erit ciborum adhibendorum opportunitas. ante id.n. bene ualentibus indicium eſt, in uentre cibum contineri, aut in uenis. coctis itaque cibis atque digeſtis, & congrua exercitatione præcedente, fames excitatur, & cibi adeſt opportunitas. Melior autem horarum in accipiendo cibum, eſt, hora frigiditatis propter aggregationem caloris naturalis, in interioribus corporis. Sed in hora caliditatis, oportet, ut dimittatur acceptio cibi, quia caliditas aeris trahit calorem naturalem ad exteriora, quo fit ut diminuto interiore calore diminuatur & concoctrix facultas. Ideoq; præcipiebant antiqui, ut plus alimenti in cœna, quàm in prandio exhibendum eſſet, cum calor naturalis frigiditate noctis, magis in interioribus deliteſcat, & concoctiones in ſomno meliores fiant in uentre, facultasq; concoctrix ſe intrò recipiat magis & in altum, & ſanguis in ſomno magis ad interiora refugiat. Verumtamen oportet, ne quis comedat, niſi concoctis prioribus alimẽtis, & niſi aduenerit prius comedendi deſiderium, quod cum ebullierit, non prorogetur hora comedendi. Nam diutius tolerare famem, uentriculum malis replet humoribus. *Reliqua* uide hoc ſigno ☙
  - *Aetate*. Nam edulia
    - *Nouella*, meliora & humidiora ſunt.
    - *Antiquiora*, ſicciora ſunt & duriora.
  - *Ordine*. Vide in ſequentibus, ſub ſigno C.
  - *Præparatione*. Vide in ſequentibus, ſub ſigno D.
- *Spetie*. Vide in ſequentibus, ſub ſigno E.

☙ Quibus

Quibus omnib. hoc accedit etiam, ut conſuetudo non aſpernatur: quoniam qui conſueuit uti prandio, & dimittit illud, eſtq; contentus cœna tantùm, magnificat nocumentũ cibi: & qui cõſueuit ſumere cibum aliqua hora determinata, & mutatur ad aliam, præter iſtam declarabitur ſibi hæc permutatio nociua. Nam quæ ex longo tempore cõſueta ſunt, etſi deteriora ſunt, inſuetis minus moleſtare ſolent. Cæterùm ciborum diuerſitas in unica menſa in hominum eſt conſuetudine, non ſine magno detrimẽto ſalutis. Nam aut miſcere legumina carnibus, aut carnes piſcibus, malum eſt. ex alimentis enim quædam ſunt pituitoſæ, quædam bilioſæ, aut alterius naturæ, quædam etiã ex eis citò, & quædam tardè coquuntur, ita ut coctum crudo miſceatur. Quòd ſi retineantur amplius, id quod coctum eſt, corrumpetur, & putrefiet non gubernatum à natura: quòd ſi uenter eadem expellere tentet, crudum cocto mixtum expelletur, ac per inteſtina deducetur, aut ad iecur etiam ipſum: inde multi & uarij oriuntur morbi. Porrò longa etiam mora in menſa ualde pernicioſa. Quoniam interim dum poſtrema alimenta menſæ apponuntur, priora ſunt probè cocta, &c.

- *a. Ciborum qualitas ſumitur uel à*
  - *Guſtu.* Sic nãque ciborum alij ſũt
    - *Dulces*, qui naturæ plurimum amicantur. Nam omne dulce, etſi calidum ſit, non tamen immodicè calorem noſtrum exuperat. Conſtat enim gratiſsimam humanæ naturæ eſſe dulcedinem, cæteriſq; ſaporibus delectabiliorem, & complexioni nutriendæ uiciniorem. Nam quicquid nutrit, aut dulce ſimpliciter eſt, aut modicè. Quippe cum nutritio ſit euacuati refectio, qui humanæ naturæ familiaris extiterit, neceſſe equidem eſt, ut id quod nutrit familiare exiſtat. Verùm id, quod in cibis minus erit dulce, minus etiam calidum erit: quod uerò magis, tanto calidius, quanto uidelicet dulcius. Ideoq; cibus dulcis
      - *Simpliciter & exquiſitè*
        - *In* bilẽ facilè exoluitur.
        - *Hepar* obſtruit.
        - *Lieni* obeſt.
        - *Ventriculum* emollit.
        - *Iuuenibus* inimicatur.
      - *Modicè*
        - *Guſtui* amicatur.
        - *Corpus* impinguat.
        - *Calorem* auget.
        - *Saturat.*
        - *Digerit.*
        - Mollit dura.
        - *Mollia* condenſat.
        - *Hepati* confert.
    - *Amari*, qui non nutriunt corpus, præſertim ſi amari ſimpliciter fuerint. Nam quę exactè ſunt amara, omnibus animantibus, nedum hominibus eſui inepta ſunt, cum ſicca & terreſtria habeantur. Ideoq; in cibis amara haud commiſcenda erunt, cùm potius medicinæ, quàm nutritioni competant. Nam
      - *Mundificant*, Abſtergunt.
      - *Incidunt*, Extenuant.
      - *Obſtructiones* reſecant.
      - *Exaſperant.*
      - *Tineas* interimunt.
      - *Sanguinem* adurunt.
      - *Bilem* rubeam gignunt.
    - *Salſi*, qui etſi aliquando appetitus gratia commendentur, amaris tamen propinqui ſunt. Terreni enim ambo ſunt, & calidi, non obſcura tamen diuerſitate diſsidentes, cùm ſapor amarus à calore arido potius ſit & extenuatus, & elaboratus. Nam ſi quod ſalſum excalfeceris plurimùm, amarum tibi facilè euadet: ut Mari Syriæ Palæſtinæ, quod mortuum uocant, à Solis ardore æſtate magis, quàm hyeme compertum eſt euenire. Cum igitur ſapor ſalſus parum ab amaro diſſentiat, eo parcius quidem ueſcendum erit. Nam cibi huiuſmodi
      - *Corpus* exiccant.
      - *Calefaciunt.*
      - *Subtiliant.*
      - *Aggregant.*
      - *Obſtruunt.*
      - *Bilem* generant.
    - *Acres*, qui corpus ualde excalefaciunt. Bis tamen aut ter in aqua decocti acrimoniæ expoliantur, ne ſic quidem uim perdunt extenuandi, uerùm facultatem quandam obſcuriſsimam alendi corporis exinde acquirunt: cuius antequam decoquerentur, nihil prorſus obtinebant. Ideoque eorum aſsiduus uſus euitandus eſt, præſertim bilioſis. Quoniam quidem ſolis, pituitoſum humorem, crudum glutinoſumq; colligentibus, eiuſmodi edulia ſunt accõmodata. Nam
      - *Corrodunt*, Incidunt.
      - *Subtiliant*, Inflammant.
      - *Attrahunt*, Reſoluunt.
      - *Cogitatiuam* facultatem deſtruunt.
      - *Ventriculo*, *Viſceribus*, *Oculis* — Obſunt.
    - *Acidi*, qui frigiditate, ſiccitateq; conſtant, & corporis tenuitate pollent. Quo fit, ut nutrimenti quidem parum, & excrementorum plurimum acidus uictus corporibus contribuat:
      - *Incidunt* craſſa.
      - *Obſtructiones* reſerant.
      - *Sordida* mundant.
      - *Bilioſis* conferunt febribus.
      - *Putredines* abijciunt.
      - *Vomitum* compellunt.
      - *Neruis* aduerſantur.
      - *Infrigidant*, Extenuant.
      - *Melancholicis* obſunt.
      - *Senium* accelerant.
      - *Concoctricem* facultatem attenuant.
    - *Auſteri*, & acerbi, qui cùm parum inter ſe differant, ſub uno & eodem genere componendi ſunt. Nam auſterum nil aliud eſſe comperimus, quàm acerbũ exolutum. Ideoq; auſterus & acerbus uictus cum terreſtris & craſsi exiſtat temperamenti, neceſſe eſt ut parum nutrimenti corporibus ſubminiſtret. Nam
      - *Extenuat*, Infrigidat.
      - *Craſſa* concipit.
      - *Sanguinem* minuit.
      - *Macie* afficit.
      - *Atrabiliarium* generat ſuccum.
      - *Aluum* ſiſtit.
      - *Ventriculum* confortat.
      - *Fluxiones* reprimit.
      - *Vlcera* ſolidat.
  - *Tactu.* Vide in ſequentibus ſub ſigno *a.*

## HIPP. ET GAL. II. APH. XXXVIII. ET AVIC. III. primi doct. ſecunda, cap. 7.

TANTIS *ſuauiora edulia uiribus pollent, ut nonnunquam deteriora excellentioribus anteferantur, cùm parum deterior potus aut cibus, ſuauior autem, melioribus quidem, ſed minus ſuauibus ſit præferendus. Quod non ob id ſolùm faciendum eſt, ut ægro gratificemur, ſed etiam quòd utiliora ipſi exiſtant. Nam quæcunq; cum uoluptate aſſumuntur, iſta uentriculus amplexatur & magis concoquit, ſicut illa quæ diſplicent, refugit. Vnde & nauſeæ, & flatus, & fluctuationes ſubſequuntur, tamen ea eſſe probæ ſubſtantiæ, & partes quidem principales ſalubres omnes neceſſe eſt.*

**A. Ciborum differentiæ à qualitate ſenſus tactꝰ ſumptæ, uariæ ſunt. Eorum namq; alij**

- *Calidi*, tum actu, tum potentia frigiditate affectis corporibus, in frigidis commorantibus locis, & in anni temporibus frigidis, competunt. Ideoq́ue corpora, quæ caliditate plurima referta ſunt, ab eiuſmodi uictus ratione abſtineant, præſertimque in anni temporibus & regionibus calidis. Nam cibi tales
  - *Corpora*
    - *Calefaciunt.*
    - *Siccant.*
  - *Sanguinem* comburunt.
  - *Elephantiaſim*, *Vitiligines*, *Lichenas*, *Calculos*, *Hecticam* febrē — Generant.

*IN ſanis enim ſimili, non contraria qualitate præditi cibi aſſumendi ſunt, ut naturale temperamentum eorum, qui rectè ualent, per ſimilia conſeruetur. Nam quæ in præſenti tabula conſcripta ſunt, ad ea hominum temperamenta referuntur, quæ ultra limites naturales, iam collapſa indicantur.*

- *Frigidi* ualde tum actu, tum potentia, uelut nix, omnino reprobandi ſunt. Quoniam etſi ex eis in iuuenum corporibus ſtatim non appareat nocumentum, eorum tamen malefica qualitas, paulatim, inſenſibiliterq; operatur, neque niſi aduentante ſenectute detegitur. Ideoq; frigidi cibi ijs tantùm corporibus competere uidentur, quæ exuberante caliditate afficiuntur, atque ijs, quæ in calidiſsimis commorantur regionibus, in anni temporibus calidis: aliter ſui frigiditate
  - *Ventriculo*, *Neruis*, *Cerebro*, *Articulis*, *Oſsibus*, *Dentibus*, *Iecinori*, *Matrici*, *Teſtibus* — Maximè nocebunt.
- *Sicci* tum actu, tum potentia inſalubres eſſe cenſentur. Quanquam humidis corporibus, humidaſq; incolentibus regiones, & in anni temporibus humidis competere uideantur. Nam
  - *Succum* ſanguinis depaſcunt.
  - *Sanguinem* generant
    - *Craſſum.*
    - *Frigidum*, ſi frigidi fuerint.
    - *Calidiorem*, ſi calidi fuerint.
  - *Corpus* exiccant.
  - *Vires* deijciunt.
- *Humidi* tum actu, tum potentia lubrici, glutinoſi craſsique, morboſi iudicantur. Quanquam ſiccis corporibus, in ſiccis morantibus regionibus, & anni temporibus ſiccis, competere uideantur. Verùm cùm putreſcibiles & craſsi exiſtant,
  - *Obſtruunt.*
  - *Putreſcunt.*
  - *Febres* generant.

## AVIC. PRIMA QVARTI, CAP. XXVI.

CIBI *qui ingerendi ſunt, ſicut actu calidiſsimi, ita etiam & tepidi eſſe non debent. Nam tepida omnia robur uentriculi ſoluunt. Quamobrem mediocriter calido uictu ueſcendum erit.*

## GAL. LIB. I. DE ALIMENT. FAC. CAP. DE LVPINO.

OMNIA *quæ humidioris ſunt ſubſtantiæ, exiguam corporis alimoniam largiuntur, quòd celeriter in halitus exhauriuntur, ac digeruntur, ut rurſus alio non multo pòſt ſit opus. Contrà dura & terreſtria, perdurabile, copioſum, ac uix diſſlabile alimentum ex ſe præbent. Quòd ſi glutinis nonnihil habeant, multò hæc omnia perficient efficacius. Conſtat item hæc non expeditè, promptéq; concoqui, ceu utique nec in ſanguinem commutari, nec aſsimilari ſolidis animalis partibus: ideoq; citò nutrire. Cùm uerò perdomita, confectaq; fuerint, corporibus haud parum contribuent nutrimenti.*

**B. Alimētorum ſeu ciborū quantitas concoctricis facultatis uiribus cōparari debet. Nam**

- *Moderata*, uidelicet ſecundum concoctricis facultatis robur, ea eſt, quæ cū ingeſta eſt, grauitatē nō afferat, neq; in uentriculo natet, nauſeā nō cōmoueat, neq; caninū comedendi deſideriū, neq; ingenij pigritia, neq; inſomnietas, neq; ipſius ſapor in ructib. poſt tēpꝰ reperiatur. Huiuſmodi náq;
  - *Cōcoquitur* benè.
  - *Bene* nutrit.
  - *Fortificat.*
  - *Impinguat.*
  - *Sanitatem* tuetur.
- *Immoderata*, uidelicet nimis
  - *Multa*, etſi alimenta ſint optimi, & plurimi ſucci, frigidos tamē morbos excitabit. Eſt enim repletio immodica tā cibi quàm potus omnino pernicioſa. Quāplurimi náq; homines nimia repletione ſuffocati interiēre. Alimentorum enim abundantia eo pacto naturalem noſtri corporis calorem ſuffocat, quo magna lignorum ſtrues incenſum ignem, & olei plus, quàm par ſit lucernæ, & lampadis flammam extinguit. Ideoq; eiuſmodi immoderatus uictus
    - *Cruditates* generat.
    - *Ventriculi* dolores procreat.
    - *Ructus* commouet, Suffocat.
    - *Iecur*, *Lienem* — Obſtruit.
    - *Compagines* afficit.
    - *Calculum* in renibus generat.
    - *Melancholicos* morbos generat.
    - *Aegritudines* pituitoſas procreat.
    - *Malos* parit abſceſſus, Nauſeam commouet.
    - *Ventriculi* & inteſtinorum profluuia excitat.
    - *Intellectum* & reliquas animales facultates deſtruit.
    - *Colicam* facit, Humores omnes corrumpit.
  - *Pauca*, etſi alimenta fuerint boni ſucci & ualde nutrientia, & tamē quoad cōcoctricis facultatis robur immodica & inſufficiēs, corpus omnino deſtruetur. Nā quemadmodū à multo ſuffocatur, ita etiā à pauco calor natiuus tabeſcere cogitur. Itaq; pauca quantitas ciborum
    - *Corpus* arefacit atque extenuat.
    - *Vitam* corripit, Vires deijcit.
    - *Hecticam* inducit.
    - *Maciè* afficit.
    - *Semen* exiccat.
    - *Bilem* tum flauam tum atram procreat.

C. Cùm

C.

Cùm ciborum diuerſitatem uitare hac ætate ſit difficile, ac penè impoſſibile, ordinem in eis obſeruare decet, quo uti expediat in diuerſorum alimentorū uſu, in eadem mēſa. Huius autem rei rationes inter ſe pugnantes ſunt. Quidam enim uoluerunt anteponenda eſſe alimenta difficilioris concoctionis, eis quæ facilius coquuntur: quoniam uenter calidior eſt in fundo, ea parte, qua carnoſior & iecori propior: tali igitur ordine alimenta ſunt ingerenda, ut æquo tempore omnia coquantur, ne crudum cocto miſceatur: id uerò fiet, ubi quod difficilius coquitur antecedat, & imam uentris partem, quæ calidior eſt præoccupet: quod uerò facilius coquitur, ſuperiorem & minus calidam. Quidam contrarium aſſerunt. Nam ea alimenta primo loco aſſumenda eſſe, quæ facilius coquuntur, ut cocta deſcendant, & reliqua deinde coquantur. nā ſi ea antecedant, quæ difficilius coquuntur, ea quæ faciliùs coquuntur interim ſuperata & cocta non deſcendent, inferioribus nondum coctis: duæq; inde ſequentur noxæ: prima, quòd coctum crudo miſcebitur: ſecunda, quoniam retentum, quod iam coctum eſt, corrumpitur, non gubernatum à natura. Verùm cum quiuis facilè agnoſcat, plus quàm duarum horarum tempore, uentrem onus in inteſtina deponere, quo tempore leuior ſenſim redditur uenter, & alimentū iam coctum corrumpi, ſi diutius quā par ſit, retineatur, conſentaneum eſt ea alimenta, quæ facilioris concoctionis ſunt, præcedere debere, Sint itaq; ex alimentorum diuerſitate alia

- *Priora: uidelicet*
  - Concoctu facilia
  - *Liquida*
  - *Lubrica*
  - *Subtilia*
  - *Humida*
  - Citò permeātia
  - *Corruptibilia*
  - *Cacochimica*
  - → *Hæ* enim pri⁹ ſumpta celeriter pertrāſeunt, & alijs commodè præeunt, & quaſi uiā muniunt. Poſtremò autem accepta unà ſecum alia in corruptionē trahunt, cùm concoctu facilia ſint.
- *Poſteriora: uidelicet*
  - *Cōcoctu difficilia*
  - *Craſſa*
  - *Aſtringentia*
  - *Sicca*
  - *Aromatica:*
  - → *Cùm* longiori tempore concoqui debeant.

## AVICENNA III. PRIMI DOCT. SECVNDA, CAP. II.

NIHIL *deterius eſt, quàm diuerſa nutrientia ſimiliter adiungere, & in comedendo tēpus prorogare, quoniā cùm poſtremū aduenit nutriens, primus iam incipit digeri cibus.*

D.

*Præparatio* eduliorum uires alimentitias uariat: & uel ſecundum

- *Alterationem* ſeu coctionem. Nam quæ
  - *Elixantur*
    - *Omnium* ſunt meliores. Nam elixatione omnia excrementa deponunt.
    - *Facilius* concoquuntur.
    - *Celerius* per uentrem deſcendunt.
    - *Minus* alunt.
    - *Exterius* redduntur humidiora, interius ſicciora.
  - *Aſſantur*
    - *In* ueru, uel furno
      - *In* bonitate ſecundum locum obtinent.
      - *Difficilius* coquuntur, digeruntur, atq; deſcendunt.
      - *Valde* nutriunt.
      - *Conſtantius* præbēt alimentum.
      - *Siccescunt* exterius, interius humeſcunt.
    - *Super* prunas, uel iuxta prunas
      - *Omnimodo* ſicciora redduntur.
      - *Difficulter* concoquuntur.
      - *Ventrem* ſiſtunt.
      - *Contrahunt* ignis quandam acrimoniam.
  - *Suffocantur* in patinis, uel olla, uel paſtillis
    - *Tertium* in bonitate locum habent.
    - *Omnes* prauum ſuccum præſtant.
    - *Difficile* ſuperantur à natura. Quapropter ius tantùm edendum eſt, quoniam multum præbet alimenti. Caro uerò prauum ſuccum præſtat, & ori uentris, & cordi nocet. Piſces uerò ſic ſuffocati uenenoſi ſunt, & praua inferunt ſymptomata, & quandoque mortem.
  - *Friguntur* in butyro uel oleo
    - *Poſtremū* in bonitate locū habēt.
    - *Difficulter* concoquuntur.
    - *Dura* redduntur ac ſicca.
    - *Nidorem* referunt.
    - *Nauſeam* concitant.
  - *Seruantur* ſale, aceto & aqua, deinde coquuntur
    - *Prauum* ſuccum præſtant.
    - *Caput* grauant.
    - *Facilius* coquuntur.
    - *Appetitum* uētriculi excitāt.
    - *Vim* ſiccandi habent.
    - *Senectutem* celeriùs inducūt.
- *Miſtionem.* Vide in ſequentibus ſub ſigno ß.

## ANNOTATIO EX AVICENNA III. PRIMI DOCT. II. CAP. VII. ET canticorum Par. ſecunda, textu decimonono.

*Nutrientia quæ temperaturam nacta ſunt remotiorē, ne corporibus à quibus ingeruntur officiāt, ſuis contrarijs corrigenda ſunt: nā calida cum frigidis, ſicca cum humidis, obſtruentia cum aperientibus, dulcia cum acetoſis, pinguia cum ſalſis ac acribus commiſceri debent.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0127-3 DFG

β.
*Præparatio* eduliorum ſecundum mixtioné uires alimentitias uariat. Quibuſdá enim edulijs, co qui guſtui ac gulę gratia, addunt ſal, oleũ, mel, ſaccharũ, aromata, &c. quæ condiméta appellátur. Sunt itaque ciborum condimenta aut

- *Succi*
  - *Liquidi*
    - *Pingues:* ut oleum
      - *Recens*
        - Maturum, dulce
          - *Humidum* eſt & moderatè calidum.
          - *Hepar* impinguat & auget.
          - *Aluum* lenit.
          - *Cibi* appetentiam proſternit.
        - *Immaturum* ſeu omphacinum
          - *Aſtringit* & frigefacit.
          - *Ventriculum* roborat.
          - *Aluum* cohibet.
          - *Sanis* corporibus aptiſsimum eſt.
      - *Antiquum*
        - *Maturum*
          - *Calidius* & potentius exiſtit.
          - *Inflammat.*
          - *Gutturi* incendium infert.
          - *Ciborum* condimentis minimè conuenit.
        - *Immaturum*, dum reliquum quippiam ſeruauerit aſtrictionis, miſtæ permanet facultatis: ubi uerò illam prorſus abiecerit, reliquo ſit ſimile.
    - Nõ pingues: & uel
      - *Acidi:* ut
        - *Acetum*
          - *Refrigerat*, incidit, penetrat, ſubtiliat atq; exiccat.
          - *Appetitum* excitat.
          - *Concoctionem* iuuat.
          - *Aquam* inter cutem generat affatim bibitum.
          - *Sitim* extinguit.
          - *Neruis*, *Ventriculo* frigido, *Melancholicis*, *Fœminis*, *Vtero* — *Obeſt.*
        - *Omphacinum*, ſuccus eſt uuæ acerbæ ſeu immaturæ:
          - *Frigidum* eſt & ſiccum.
          - *Cibi* auiditatem excitat.
          - *Ventriculum* roborat.
          - *Iecur* calidius recreat.
          - *Inflammatis*, *Aduſtis* — *Confert* magis quàm acetum.
          - *Cholericis*, *Sanguineis* — *Congruit.*
          - *Cibis*: *Calidis* rectè, *Frigidis* non rectè — *Commiſcetur:*
        - *Mureta* ſeu murıola, eſt ius, in quo decoquuntur piſces, quo utuntur ad intinctus, præſertim in mandendo ſyſimbrio agreſti, ſeu naſturtio aquatico, &c.
          - *Mirè* expetitur.
          - *Appetitum* comedendi excitat.
          - *Cibus* ori gratiſsimus.
          - *Ventriculum* confirmat.
        - ε. *Virentis* ſegetis ſuccus. Segetem nuper pullulantem in mortarijs terunt culinæ, quam prementes, ſuccum eliciunt, cui momentum aceti aut omphacini, ſucci'ue oxalidos adijciunt, prę terea polline piperis, gingiberis, nucis moſchatæ, cariophyllorum, aut id genus aliorum condunt. Noſtri uitulinam, hædinam, ueruecinam, gallinaceam, intingunt.
          - *Guſtum* mouet.
          - *Appetitum* excitat.
      - *Dulces*. Vide in ſequentibus ſub ſigno γ.
  - *Concreti*. Vide in ſequentibus ſub ſigno δ.
- *Aromata*. Vide in ſequentibus ſub ſigno ε.

- γ. *Succi* liquidi dulces ſunt
  - *Mel*
    - *Aereũ*, Manna appellatur
      - *Alit*, ſed minus ſaccharo.
      - *Magis* quàm ſaccharum detergit.
      - *Emollit* uentrem.
      - *Infantium* / *Vtero* gerentium — *Ventres* purgat, quantitate unius aut duarũ unciarum in iure diſſolutarũ.
    - *Apum*. aut
      - *Coctum* cũ aqua, quouſq; ſpumam omnẽ obiecerit. Hoc
        - *In* — *Calidis* corporibus facilè in bilem uertitur. / *Frigidis* naturis accommodatiſsimum eſt.
        - *Facilè* in corpus digeritur.
        - *Ad* concoctionem & diſtributionem conuenientiſsimum.
        - *Vrinam* mouet, Pectus mundificat.
        - *Bellè* nutrit ſi concoquatur.
        - *Obſtruit* affatim ſumptum.
      - *Crudum*
        - *Guſtui* acre exiſtit.
        - *Aluum* ad excretionem proritat.
        - *Vomitum* excitat, Inteſtina flatibus replet.
  - *Sapa*, ſeu uinum coctũ
    - *Nigrum*
      - *Multum* alit.
      - *Craſſum* præſtat ſuccum.
      - *Ventris* reumatiſsimum tollit.
      - *Obſtruit* ualentius.
      - *Ventriculo* aduerſatur.
      - *Inflat*, Difficilè coquitur.
    - *Album*
      - *Nigro* tenuius eſt.
      - *Magis* quàm cætera emollit aluum.
      - *Craſſum* ſuccum præſtat.
      - *Inflat*, Aegrè conficitur.
      - *Pectori* / *Pulmoni* — *Confert*.
      - *Veſicæ* ac renum — *Pruritui* / *Exulcerationibus* / *Eroſionibus* — *Opem* fert.
      - *Contra* uenena, quæ exulcerando necant, cum oleo potum: item — *Cicutam*, Meconium, Phanicum / *Concretum* in grumos lac / *Toxicum* — *Non* parum ualet.
    - *Medium*, medias ſortitur facultates.
- δ. *Succi* concreti ſunt
  - *Saccharum*, ad plurima obſonia admittitur:
    - *Calidum* eſt moderatè.
    - *Detergit*.
    - *Nec* ſitim efficit.
    - *Nec* ſtomacho noxium eſt.
    - *Magis* melle alit.
    - *Prodeſt* multis thoracis & pulmonis morbis.
    - *Digerit* / *Deſiccat* — *Sicut* mel.
    - *Guttur*, Pectus / *Pulmones* / *Aluum* — *Lenit*.
    - *Acida* retundit.
    - *Salſa* ſuauiora reddit.
    - *Auſteritatem* uincit.
    - *Acerba* miteſcere docet.
    - *Fatuis* & inſipidis ſenſum tribuit.
    - *Omnium* ſaporum domitor eſt.
  - *Sal*, inter condimenta primum & præcipuum locũ obtinet. Nam uita humana ſine eo degere nequit, &c. eſtque aut
    - *Marinum*
      - *Calidum* & ſiccum.
      - *Abſtergit*, Digerit.
      - *Reſoluit*, Aſtringit.
      - *Exiccat*, Attenuat.
      - *Aluum* ſtimulat.
      - *Appetitum* excitat.
      - *Inflammat*.
      - A putredine conſeruat.
    - *Foſſile*
      - *Marino*
        - *Craſſius* eſt.
        - *Magis* aſtringit.
        - *In* medicamentis magis competit.
      - *Laudabilius* quod calculis caret.

GAL. LIB. IV. DE SIM. MED. FAC.

OMNI *ſali obſcura quædam aſtringendi uis ineſt, qua eas, quæ condiuntur carnes conſtringit, denſatq́, potiſsimum ubi durus & minimè fragilis extiterit. Talis eſt exactiſsimus quidem foſſilis ferè omnis, minus autem illo marinus, tum qui multis in locis aquis leniter ſalſis areſcentibus prouenit.*

2. *Aromata*: ſunt

- *Cinnamomum*
  - *Calidum* eſt & ſiccum.
  - *Concoquit*, Emollit.
  - *Vrinam* mouet, Venenis reſiſtit.
  - *Cerebrum*, Ventriculum, *Hepar*, Splen } *Roborat.*
  - *Oculos* clarificat.
  - *Renibus*, *Veſicæ* } Conuenit.
- *Galanga*
  - *Calida* eſt & ſicca.
  - *Frigido* uentriculo opem fert.
  - *Ructus* acidos emendat, Attenuat.
  - *Flatus* expellit & conſumit.
  - Dolores { *Renum*, *Coli* } *Mitigat.*
  - *Venerem* ſtimulat, Vrinam pellit.
- *Cariophylli*
  - *Calidi* ſunt & ſicci, Ventriculum roborant.
  - *Omnibus* membris principalibus robur inducunt,
  - *Aluum* cohibent, Vomitum reprimunt.
  - *Oris* halitum emendant.
- *Macis*
  - *Calidus* eſt & ſiccus.
  - *Ventriculum* roborat.
  - *Vomitum* prohibet, Aluum ſiſtit.
  - *Vrinam* mouet.
  - *Nucis* moſchatæ facultates poſsidet.
- Nux myriſtica, ſeu Moſchata
  - *Calida* eſt & ſicca, Aſtringit.
  - *Ventriculum* roborat.
  - *Vomitum* atq; nauſeam ſedat.
  - *Oris* halitum commendat.
  - *Oculos* clarificat.
  - *Hepati*, *Spleni* } Confert.
  - *Vrinam* mouet, Aluum cohibet.
  - *Flatuoſitates* diſſoluit.
- *Piper*
  - *Nigrum*
    - *Calidum* eſt & ſiccum.
    - *Concoquit*, Abſtergit, Reſoluit.
    - *Appetitum* excitat, Flatus reſoluit.
    - *Frigidas* partes calefacit.
  - *Album*
    - *Nigro* acrius eſt.
    - *Venerem* ſtimulat.
  - *Longum*, eſt cæteris
    - *Humidius.*
    - *Minus* acre.
- *Gingiber*
  - *Calidum* eſt & humidum, Flatuoſitates diſcutit.
  - *Longiore* tempore calefacit quàm piper.
  - *Ventriculo* plus conuenit frigido.

### GAL. VI. DE SIM. MED. FAC.

*VBI totum corpus celeriter calefacere conſiliũ eſt, ea tunc exhibenda ſunt, quæ & celerrimè à caloris noſtri contactu incaleſcant, & promptiſſimè undiquaq; ferantur, quod à pipere tum albo tum nigro facilè perſpicitur. Verùm ubi partem quamuis refrigeratã calefacere ſtudemus, contrà agendũ: nimirum quæ tardè caleſcentia plurimo tẽpore perdurent, ea præbendo. Quod gingiber & longum piper agere facilius ualent: quoniã hæc plus humiditatis, illa uerò plus ſiccitatis in ſe continent. Nã ſicut ab aridis calamis flãma ſimul celerrimè accenditur, & undequaq; diſpergitur: eundem in modum, quæ à ſiccis poteſtate medicamentis editur caliditas. At quæ prodit ab humoribus, ceu ligna ſunt uiridia, & tardius accenditur, & durat diutius.*

- *Crocum*
  - *Concoquit*, Emollit, Subſtringit, Vrinam cit.
  - *Elegantem* colorem præſtat.
  - *Crapulæ* aduerſatut ex paſſo bibitum.
  - *Venerem* ſtimulat, Cor roborat.
  - *Obſtructiones* aperit, Pectus dilatat.
  - *Somnum* inducit, Partum accelerat, &c.
- *Aniſum*
  - *Calfacit* & exiccat, Oris halitum iucundum facit.
  - *Vrinam* mouet, Flatus diſcutit.
  - *Lac* mulieribus præbet, Venerem ſtimulat, Stomacho utile eſt.
- *Coriandrum*
  - *Largius* ſumptum, mentem non ſine periculo mouet, quare à copoſiore eius uſu abſtinendum.
  - *Ex* contrarijs compoſitum eſt facultatibus.

E. Diffe-

**F. Differentiæ alimentorum in ſpecie, ſumũtur uel à**

- *Plantis*: atq; uel
  - *Partibus* earundem: uidelicet
    - *Seminibus*
      - Cerealibus: ſunt
        - *Triticum.*
        - *Hordeum.*
        - *Alica.*
        - *Zea.*
        - *Typha.*
        - *Far.*
        - *Secale.*
        - *Auena.*
        - *Milium.*
      - *Leguminum*: ſunt
        - *Fabæ*, Piſa.
        - *Phaſeoli*, Lentes.
        - *Oryza*, Cicera, &c.
    - *Folijs* ſeu herbis: ut
      - *Lactuca.*
      - *Intibus.*
      - *Braſsica.*
      - *Beta.*
      - *Spinachia.*
      - *Blitum.*
      - *Atriplex.*
      - *Portulaca*, Malua.
    - *Floribus*: ut
      - *Buglosſi.*
      - *Borraginis.*
      - *Geniſtæ.*
      - *Sambuci.*
      - *Violarum.*
    - *Fructibus*
      - *Herbarum*: ut
        - Cucurbita.
        - *Melones*, Cucumeres.
        - *Pepones*, Fraga.
      - *Arborum*: ut
        - *Ficus*, Vua.
        - *Vuapaſſa*, Mala.
        - *Pira*, Ceraſa, &c.
    - *Radicibus*: ut
      - *Rapæ*, Napi.
      - *Raphani*, Paſtinacæ.
      - *Petroſelini*, &c.
  - *Integris*: uidelicet
    - *Arboribus.*
    - *Fruticibus.*
    - *Suffruticibus.*
    - *Herbis*, &c.
- *Animalibus*: & uel
  - *Integris*
    - *Terreſtribus*
      - *Greſsilibus*
        - Domeſticis: ut
          - *Vitulus.*
          - *Agnus.*
          - *Hœdus.*
          - *Ouis.*
          - *Veruex.*
          - *Porcus.*
          - *Bos.*
          - *Vacca.*
          - *Hircus.*
          - *Capra*, &c.
        - *Sylueſtribus*: ut
          - *Aper*, Lepus.
          - Ceruus.
          - Capreolus.
          - *Vulpes*, Dama.
          - *Capra ſylueſtris.*
          - *Vrſus.*
      - *Reptilibus*: ut Limaces.
    - *Aereis* ſeu uolatilib.
      - *Domeſticis*: ut
        - *Gallus*, Gallina.
        - *Pullus*, Capus.
        - *Anas*, Anſer.
      - *Sylueſtribus*: ut
        - *Phaſianus*, Perdix.
        - *Franquilinus.*
        - Coturnix, Turtur.
        - *Tetrago*, Grus.
        - *Merula*, Turdus.
    - *Aquatilibus*
      - *Marinis.*
      - *Fluuialibus.*
      - *Stagnatilibus.*
      - *Paluſtribus.*
  - *Partibus* eorundem. Vide ſignum ☙

De quibus omnibus ordine in ſequentibus.

# De Tritico, in genere.

*Triticum* inter fruges primum locum obtinet, ob id à quibuſdam populis id ſolum frumentum dicitur: eo potiſsimùm aluntur homines. Huius differentiæ ſumuntur à

- *Qualitate.* Sic aliud
  - *Ponderoſum.* *Durum.* *Denſum.* *Plenum.* *Flauum.* Nō friabile. — *Huiuſmodi* primum locum habet, & laudabilius eſt. Quoniam
    - *Calefacit.*
    - *Copioſiſsimi* eſt alimenti.
    - *Craſſum* ac lentum ſuccum præſtat.
  - *Leue* *Rarum* Molle *Vacuum* *Friabile* — *Illaudabile* & minus bonum eſt. Siquidem
    - *Minus* alit.
    - *Minus* craſſum ac lentum ſuccum præſtat.
- *Quantitate.* Nam aliud eſt
  - *Auctu* amplum, multumq; reddens.
  - *Ieiunum* quoddam, parumq; ferens.
- *Loco.* Sic aliud eſt aut
  - *Siculum.* *Aphricum.* *Thracium.* *Aſsyrium.* *Aegyptium.* — *Inter* hæc quinque genera, locum habet
    - *Primum.*
    - *Secundum.*
    - *Tertium.*
    - *Quartum.*
    - *Vltimum.*
  - *Germanicum.* *Gallicum.* *Italicum.* — *Ex* his præfertur Italicum.
  - *Ponticum, &c.* omnium leuiſsimum eſt, &c.
- *Tempore.* Nam ex triticis aliud prouenit
  - *Præcocius*: cuiuſmodi eſt in
    - *Eubœa* genus quoddam, quod intra dies quadraginta craſſatur atque perficitur.
    - *Achaia.* *Sicilia.* *Thracia.* — *Bimeſtre.*
  - *Serius*: cuiuſmodi eſt trimeſtre, ubiq; uulgatiſsimum & notiſsimum. Nam menſe Martio ſatum, terno hinc menſe planè matureſcit, atq; metitur. paucis radicibus paucisq; culmis omnino conſiſtit. Tenui ſolo ſeri debere agricolationis prudentiores exiſtimant. Nos ſæpius craſſa ac pingui terra ſatum, feliciſsimè proueniſſe uidimus.
- *Præparatione*, quæ uaria eſt. Ex tritico namque per uariam alterationem & miſtionem diuerſa ciborum genera conficiuntur. Paratur enim aut
  - *Integrū*: idque cum aqua aut
    - *Coquitur*: fit triticum elixum, quod ad ſaginandos porcos conducit: & ruſticorū potius eſt cibus. Nam
      - *Ventriculum* ualde grauat, eiq; languorem infert.
      - *Difficilè* concoquitur.
      - *Flatus* generat.
      - *Capiti* dolorem infert.
      - *Oculos* obtenebrat.
      - *Obſtruit* ſuo lentore.
      - *Tineas* in aluo generat.
      - *Craſſum* & lentum ſuccum præſtat, ſi ſuperetur.
    - *Maceratur*, & deinde exprimitur eius ſuccus, quo deniq; calore ſolis ſiccato, fit Amylum:
      - *Pectoris* & aſperæ arteriæ aſperitates leuigat.
      - *Exiguum* corpori præbet alimentum.
      - *Non* excalfacit.
      - *Panibus* lotis ſimilem habet facultatem.
      - *Cibus* gratus. *Vtilis* cibus ſpuendis humoribus qui ſunt in thorace. *Commodè* nutrit. *Lentum* ſuccum præſtat. — *Si* cum lacte, aut aqua aut iure carnis & ſaccharo coquatur.
  - *Fractum.* Vide in ſequentibus ſignum ✲

✲ Triti-

- *Triticum* fractũ, ſeu in tenuiſſimã farinã redactũ, paratur aut cũ
  - *Aqua* ita, ut formã acquirat aut
    - *Paſta*
      - *Maioris*. Fiũt panes, qui in furno aſſantur. Hi fiunt ex farina tritiia bene molita, moderata quãtitate fermenti atque ſalis & aquæ, abundè ſubacti, bis tamen. Primò ante fermẽtationem tota maſſa in magnũ deducta globum: ſecundò ſinguli panes uehemẽtius ſubigendi ſunt: deinde pannis cõtegendi, ne ab ambiẽte tangãtur adhuc calido, fietq; ut interim ſinguli panes iterum fermentẽtur, & in tumorem attollantur: ea uerò eſt occaſio mittendi panem in furno, cui non inſit uehemens flamma: ſiquidem ea præſente panis extimę partes uruntur, intimis adhuc crudis, ſicuti & tenuis ignis nunquam panes perficiet. Horum differentiæ tum in
        - *Genere*: ſumuntur ab
          - *Aetate*, atq; ſic panis aut
            - *Recens*
              - *Calidus*
                - *Nociuus* eſt.
                - *Flatuoſus* eſt.
                - *Tardè* concoquitur.
                - *Aegrè* deſcendit.
                - *Ventri* glutinis modo inhæret.
              - *Frigidus*: uidelicet tranſactis ſex uel duodecim horis poſt quã à clibano extractus fuerit. Huiuſmodi namq;
                - *Eſui* aptus eſt.
                - *Probè* concoquitur.
                - *Probè* alit.
                - *Facilè* deſcendit.
            - *Antiquus*
              - *Difficilè* coquitur.
              - *Parcius* alit.
              - *Ventrem* retinet.
          - *Præparatione*. Sic panis aut
            - *Lotus*
              - *Refrigerat.*
              - *Parum* nutrit.
              - *Ab* omni noxa obſtructionis longiſſimè abeſt.
            - *Bis* aſſus, quos Biſcoctos appellant
              - *Diutius* ſeruatur.
              - *Nauigantium* eſt cibus.
        - *Specie*: quæ ꝑ diuerſa materia, ex qua fit, uariam ſortitur appellatiõem. Vnde alius dicitur.
          - *Silignitis*, ex puriſſima & tenuiſſima farinæ parte, abſque fermento, fit panis albiſſimus
            - *Difficilè* omniũ coquitur.
            - *Difficilè* per uentrem deſcendit.
          - *Semidalitis*, ſecundũ locũ habet, & frequentiùs in uſu eſt, & recipit furfuris quã pauciſſimũ: fit ex moderata quãtitate fermenti, ſalis atq; aquę, deinde abũdè ſubigitur
            - *Minus* in uentre detinetur.
            - *Minus* alit.
            - *Moderatã* habet naturam.
            - *Probè* alit.
          - Αὐτόπυρος, ex toto ipſo tritico conficitur
            - *Nigrior* eſt.
            - *Minus* alit alijs.
            - *Celerius* per uentrem tranſit.
          - *Sordidus* fit tenuiore parte farinæ ſublata, multo furfure relicto cum pauca farina. Vocatur etiam panis medius
            - *Minus* adhuc alit.
            - *Celeriùs* adhuc per uentrẽ tranſit.
      - *Minoris*: fiunt apud Italos Vermiculi, Laganæ, Macarones, qui in iure carnium coquuntur.
        - *Craſſi* ſunt ſucci.
        - *Tardè* permeant.
        - *Hepar* obſtruunt.
        - *Calculos* generant.
    - *Pultis* —— Fit polenta
      - *Facilè* permeat à uentriculo.
      - *Iecur* obſtruit ac grauat.
  - *Lacte*, uel ſapa, additis ouis & ſale: & in forma uel
    - *Pultis* —— Fit polenta
    - *Paſtæ*: fiunt placentæ uariæ, quæ in butyro uel oleo friguntur
      - *Lenti* ſunt ſucci.
      - *Craſſum* ſuccum præſtant.
      - *Tardè* per uentrem deſcendunt.
      - *Difficilè* coquuntur.
  - *Melle*, additis aromatibus: fiunt Bellaria ſeu liba, in furno coquenda
    - *Lenti* ac craſſi ſunt ſucci.
    - *Difficilè* coquuntur, Dentibus nocent.
    - *Hepar* obſtruunt atq; inflammant.
    - *Senibus* tamen, & uentriculum frigidum uel pituitoſum habentibus conducunt, in pauca quantitate ſumpta.

## GAL. I. DE ALIMENT. FAC.

PVRI *panes ampliori fermento ſaturare, omniumq; maximè ſubigere par eſt, nec illicò poſt fermentum & ſubactionem coqui debent. Furfuracei uerò paucum fermentũ, leuis elaboratio breueq; interuallum ſufficit. Coquuntur item prolixius puri, citius furfuracei.* *Et eodem loco:*

PANES *autem ad concoctionem appoſitiſſimi ſunt, qui plurimùm fermentati, & approbè elaborati, in clibano igne moderato percoquuntur. Nam profuſior ignis primo ſtatim occurſu adurens exteriorem ſuperficiem, & in teſtæ modum indurat, crudis incoctisq; remanentibus interioribus partibus, quo fit ut panis tum ineptus prauus euadat. Qui autem longiore ſpacio undiq; æqualiter præaſſatur, hic & probè in uentriculo concoquitur, atq; ad ſequentes functiones accommodiſſimus euadit.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0133-5
DFG

# De Seminibus cerealibus.

*HORDEVM* maturius ſeritur quàm triticum, & primũ ex omnibus frumẽtis, erumpit à primo ſatu die plurimum ſeptimo, magisq; feſtinat, quàm triticũ. Exit uno folio. Id uerò eſt arundinaceum, ut cæterorum frumentorum, latiusq; folio tritici, ſcabrum, nititur permultis præcenuibusq; fibris, ſiue radicibus. Caulis erectus & humilior, quàm tritico aſperior, ruptuq; facilior, octonis geniculatus articulis. Sed non ante ſuprà dictum geniculorum numerum cõceptus eſt ſpicæ. Præterea quando folliculo abſoluta fuerit ſpica, quarto aut quinto die florere aiunt: totidemq; diebus ferè floret: defloreſcit autem cum tardiſsimè ſeptem. flos autem ei lanugineus, ut omnibus gerentibus ſpicam. Poſteaquam uerò defloruit, craſſatur, perficiturque cùm plurimùm intra dies quadraginta. Spicatur in uerſus, ſpicaq; illi minùs eminet à folijs. Habet in cacumine folium. Sunt autem eius folia ſcabra, granũ in ſtipula crinito textu ſpicatur, muniturq; uallo ariſtarum, aliàs duplici, aliàs quadruplici. Huius differentiæ ſumuntur à

- *Natura.* Sic hordeum aliud
  - *Denſum*, *Ponderoſum*, *Plenum*: *Probum* ac laudabile eſt. Huiuſmodi namq;
    - *Frigidum* eſt & ſiccum, in gradu primo.
    - *Tenuem* ſuccum, & nõ malum generat.
  - *Gracile*, *Rugoſum*, *Laxum*, *Leue*: *Improbum* & illaudabile eſt. Hoc namq; minus alit, & minus bonum ſuccum generat.
- *Arte*, quatenus ſcilicet ex eo uaria ciborum genera ꝑparantur. Paratur enim uel
  - *Integrum*
    - *Vnà cũ corticibus*, idque cũ aqua coquitur, donec grana aut
      - *Intumeſcant* ualde: fit aqua hordei: uidelicet triginta partibus aquę, & una hordei mundi, in olla lento igne coctis.
        - *Febricitantibus* utilis.
        - *Morbis* uentriculi & iecoris calidis conueniens potus.
        - *Humectat.*
        - *Detergit.*
        - *Pauciſsimum* alimenti præbet.
        - *Biloſis*, *Sanguineis*: *Accomodata.*
      - *Rumpantur*, fit cremor hordei: uidelicet uiginti partibus aquæ una hordei mundi, tandiu coctis, donec grana non ſolũ intumeſcant, ſed etiã rumpantur.
        - *Eſt* cibus & potus.
        - *Morbis* acutioribus accommodatus.
        - *Detergit.*
        - *Humectat.*
        - *Morbis*, qui ſeptimo die finiuntur, conuenit.
    - *Mundatum* à corticibus: fit ptiſana hordeacea: uidelicet uigintiquinq; partibus aquæ & una hordei. hordeum primùm macerantes in aqua, & hordeum ipſum à cortice mundamus exteriori, deinde lẽto igne ebullire permittim⁹, donec aqua & hordeũ in unam conſpirent ſubſtantiã, quæ æqualis, mollis, & lenis fit. Addimus interim ſalis & aceti parum, ſæpe etiam ſaccharum
      - *Valde* nutrit.
      - *Humectat.*
      - *Bonum* ſuccum præſtat.
      - *Frigida* eſt.
      - *Facilè* à natura ſuperatur.
      - *Pectori* accommodata.
      - *Hecticis* & languidis in acutis morbis conuenit.
      - *Pectus* lenit.
      - *Sputum* facilem reddit.
      - *Tuſsim* ſedat.
      - *Non* inflat.
  - *In farinam redactũ*, cum aqua, in forma uel
    - *Paſtæ*: fit panis
      - *Sanis* non utilis, niſi in magna annonę caritate cõficitur.
      - *Parum* corpori præbet alimentum.
      - *Refrigerat.*
      - *Aegrotantibus* præſertim hecticis confert, cum fermento & ſale confectus.
      - *Vtilis* his, qui iecoris calida intemperie laborant.
    - *Pultis*, fit polenta: uidelicet farina hordei depurata & aqua addito ſale, quã deinde lento igne paramus, addẽtes ſaccharũ
      - *Cibus* utilis extenuatis ui caloris.
      - *Infrigidat.*
      - *Humectat.*

ALICA (inquit Plinius) res Romana eſt: hancq; palmam frugum indubitanter Italiam contingere: fieri autem pluribus locis, ſicut Veronenſi Piſanoq; agro: ſed laudatiſsimam in Campano, eſſe autẽ Zeam, hoc eſt, ſemen ex qua conficiatur, quæ feliciter prouenit in Campania. Plerique omnes eruditiores alicam Romanam eandem eſſe cum chondro Græcorum putant: ferèq; omnes medicorum Græcorum interpretes chondron, Alicam interpretantur. Huius uires alimentitiæ uariant, tum quatenus ſumuntur à

- *Natura* ſimplici. Sic
  - *Valenter* alit.
  - *Succum* parit lentum.
  - *Aluum* cohibet.
- *Arte*. uarij enim cibi ex ea cõficiũtur. Præparatur enim aut
  - *Integrũ*: & mundatũ, ptiſanæ hordeaceæ modo
    - *Multum* alit.
    - *In* tẽperaturis biliosis proximũ à ptiſanæ alimento eſt.
  - *In farinam redactũ*: cum aqua in forma
    - *Paſtæ*
      - *Aſſandæ* in furno: fit panis
        - *Abundè* nutrit.
        - *Craſſum* & lentum ſuccum præſtat.
        - *Tardius* ſubſidet.
        - *Noxius*, quibus
          - *Iecur* facilè obſtruitur.
          - *Renes* ad calculos gignendos apti ſunt.
      - *Frigendæ* in butyro uel oleo, fiunt placentæ, ab Italis Frittelli appellatæ
        - *Craſsi* ſunt ſucci.
        - *Difficilè* coquitur.
        - *Aegrè* deſcendunt.
    - *Pultis* addito mulſo aut ſapa, & ſale, fit polenta.
      - *Craſſum* & lentum generat ſuccum.
      - *Valenter* alit.
      - *Iecur* obſtruit.
      - *Calculos* generat, &c.

ZEA

ZEA apud Romanos ſummo in honore fuit: ex ea præſtantiſsima atq; ſaluberrima Alica cõficitur. Hæc multis Italiæ locis proueniebat, lætiſsimè ſed præcipuè in Campania laudatiſsima erat. Quidam non indocti putant Zeam hodie eſſe, quam Itali Speltam uulgò uocitant. Semen tritico perquàm ſimile. Maturè ſeri debet, ſolo pingui & læto. Radice eſt multiplici, atq; alta, culmoq; numeroſo conſtat. Granum tunica multiplici integitur, quod & facillimum, & omnibus animalibus gratiſsimum traditur. Multi pro Farre eo utuntur.

- *Hordeo* ualentius nutrit.
- *Ori* gratior hordeo exiſtit.
- *Ventriculo* quàm hordeum utilior eſt.
- *Panis* ex ea factus minus alit quàm triticeus.

IDEM *de olyra perſuadeas. Nam ſpecies eſt & ipſa Zeæ, uerùm minus nutrit.*

TYPHA tritico perquàm ſimilis eſt: maturè ſeritur, intraq; dies quadraginta cùm plurimùm, poſteaquam defloruerit, craſſatur, perficiturq;: quin & multiplici folliculo includitur, & omnium leuiſsima. nam & in ſimplici culmo aſſurgit, & ſolo proinde tenui continetur, nec ſolum pingue lætumque deſiderat. In Aſia largè prouenit. Huius quoq; uires uariãt. Nam conſiderata ſecundum

- *Naturam* ſuam
  - *Manifeſtè* calefacit.
  - *Multum* nutrit.
  - *Non* magno negocio conficitur.
- *Præparationis* modum, uariè mutatur. Nam parata
  - *Integra*, & cum aqua, addita ſapa, aut defruto ſaleq; (ut triticũ elixum) coquitur
    - *Ventriculum* ualde grauat.
    - *Difficulter* concoquitur.
    - *Aegrè* à uentriculo deſcendit.
    - *Nutrit* admodum ſi ſuperetur.
  - *Fracta* ſeu pinſita, aut molita, cum aqua, modico fermento & ſale, in panes
    - *Succum* parit melancholicum.
    - *Panis*
      - *Non* boni odoris.
      - *Niger.*
    - *Ruſticorum* cibus.

FAR inter hyberna frumenta adnumeratur: quod purgari non poteſt niſi toſtum, in uaginulis ſuis ſeruatur ad ſatus, atq; non torretur. Genicula ſena habet: caret autem ariſta. Ex omni genere frumentorum duriſsimum, & cõtra hyemes firmiſsimum: patiturq; frigidiſsimos locos, & minus ſubactos, uel æſtuoſos, ſitienteſq;. Far hordeo ponderoſius, uulgatiſsimum frumentum Romanis extitit. Farris itaq;

- *Natura*
  - *Tritico* ferè correſpondet.
  - *Facilius* cõcoquitur quàm triticum.
  - *Bonum* generat ſuccum.
- *Accidens* ſeu præparatio illius ſeminis facultatem retinet, ex quo conficitur.

HAC *ætate non modò far ipſum naturale ſemicontuſum eſitant, uerùm ex Zea & Alica confectum mandunt.*

SECALE, ſubalpinis gentibus familiare, fœcundum, ſed gracili ſtipula, nigritia triſte, ſed pondere præcipuũ. Naſcitur qualicunq; ſolo, cum centeſimo grano: maximè uerò ſolum gracile deſiderat. Pingui autem terra & læta gaudet. rarò ſeritur, niſi ad aliarum frugum uinciendos manipulos. Nam & culmo aqua madefacto & ſtipula utuntur quidam uitilium uice feſtucandis uitibus. Vulgatiſsimum & commune multis terris & prouincijs hyemalibus frumentum. Stipula & culmo eſt triticeo, graciliore ac proceriore, ſpica nõ erecta, ſed inclinante ſemper, quia longior: quare ærugine infeſtári non debet. Item ariſtis non minus horrida, granum quoque gluma ueſtitur, quod explicitum ſublongum & fuſcum apparet, tenue, triſte & ſtrigoſum. Huius uires ſumuntur à

- *Natura* propria Sic
  - *Difficilè* coquitur.
  - *Flatuoſos* ſpiritus parit.
  - *Glutinoſum* ſuccum generat.
- *Accidentali*, præparatiõe acquirit. Conficiuntur enim ex eius farina
  - *Panes* qui Secalacei uocantur
    - *Ruſticis* & infimæ mediæq; plebi paruarum urbium gratiſsimus cibus.
    - *Potentiorum* & procerum menſis abdicatur.
    - *Tritico* mixtus aluum emollit.
    - *Nigri* & ponderoſi ſunt.
    - *Dentibus* lentorem repræſentant.
    - *Stomacho* ingrati.
    - *Ocioſis* ac ſtudioſis inſignem grauitatẽ afferunt.
    - *Difficillimè* conficiuntur.
    - *Obſtructionibus* uiſcera implicant.
    - *Calculos* in renibus gignunt.
    - *Mali*, craſsi, lenti & melancholici ſunt ſucci.
    - *Ruſticorum* corpora ualidiora reddunt.
  - *Bellaria* ſeu Liba cum melle & aromatibus
    - *Craſſum* ac lentum ſuccum generãt.
    - *Hepar* obſtruunt.
    - *Dentibus* nocent.
    - *Aegrè* conficiuntur.

AVENA genicula quædam habet, & folio & ſtipula triticum imitatur, & in cacuminibus dependentes paruulas ueluti locuſtas gerit, in quibus ſemen continetur. Semen continuum & bifidum cernitur, acerbiq; eſt ſaporis. Melius cultis erumpit, & nonnunquam quæ prius germinis infœcunda eſſet, ſi diligenter colatur, germinat, copioſaq; redditur: in totumq; frugale ſolum deſiderat. Seritur menſe Martio, & metitur poſt triticum, ſecale atq; hordeum demeſſum. Spica eſt rara, & molli, flore candicãte, ſemine uiſcoſo & multipliciter tunicato, radiceq; multiplici, & numeroſa, &c. Huius uires alimentitiæ ſumuntur ab

- *Actione*, ſeu natura propria
  - *Egregiè* calefacit.
  - *Exiccat.*
  - *Tenuius* alit corpus quàm typha.
  - *Equorum* cibus eſt.
  - *Ad* ſaginandos anſeres conducit, &c.
- *Præparatione* accidentali. Paratur enim uel
  - *Integra* mundata à corticibus: atq; coquitur uel in iure carnium, uel in aqua, additis butyro & ſale. Et ſic
    - *Calefacit.*
    - *Exiccat.*
    - *Difficilè* concoquitur.
    - *Ventrem* neq; aſtringit, neq; emollit.
    - *Parum* nutrit.
  - *In* farinam redacta cum aqua in forma
    - *Panis*
      - *Mali* eſt ſucci.
      - *Tenuiter* alit.
      - *Difficulter* concoquitur.
      - *Inſuauis* eſt, &c.
    - *Pultis*
      - *Craſsioris*, additis butyro, ſale, aut etiam iure carnium: fit apud Germanos cibus (dictus *habermuſs*)
        - *Non* ingratus.
        - *Saluberrimus.*
        - *Exiccans.*
        - *Calefaciens.*
        - *Flatus* diſsipans.
        - *Ventrem* ſiſtens.
        - *Catarrhoſis* conueniens.
      - *Liquidioris*: fit apud nos oſſa
        - *Siccat* modicè.
        - *Calefacit.*
        - *Parum* nutrit.
        - *Non* inſalubris, & minimè ingratus cibus, præſertim ſi cum iure carnium coquatur.

MILIVM numeroſa radice, altaq;, ac multiplici culmo exurgit. folio eſt arundinaceo, floſq; et lanugineus, & circa ipſam ſemen floſculũ habet. Gerit item iubam. Maturatur perficiturque à flore quadraginta diebus. alij paucioribus uolũt. Leuem ſolidamq; terrã deſiderat. Cæterùm huius quoque uires ſumuntur à

- *Natura* propria
  - *Frigidum* eſt & ſiccum.
  - *Parum* alit.
  - *Mali* eſt ſucci.
  - *Ventrem* ſupprimit.
  - *Magis* alit / *Promptius* coquitur / *Minus* aluum cohibet } quàm panicum.
- *Præparatione* accidentali. Siquidem paratum
  - *Integrũ*: atque uel in
    - *Iure* carnium: fiunt apud nos offæ
      - *Aluum* aſtringit.
      - *Non* boni eſt ſucci,
    - *Lacte*: fit cibus
      - *Non* ingratus.
      - *Aluum* cohibens.
      - *Non* admodum mali ſucci.
      - *Vrinam* cit.
  - *Fractum*, ſeu pinſitum, cum
    - *Aqua*, & in formam paſtæ ſubactum, fiũt panes qui
      - *Leuiter* alunt.
      - *Refrigerant.*
      - *Omnino* expertes ſunt lentoris atq; pinguedinis.
      - *Aridi* & friabiles ſunt.
      - *Aluo* humentiori reſiccandæ admodum idonei.
      - *Minus* cæteris frugibus nutrit.
      - *Ruſticorum* & pauperum cibus.
      - *Ingrati.*
    - *Lacte*, fit polenta, quæ
      - *Magis* nutrit, quàm in aqua coctum.
      - *Magis* craſſum & lentum ſuccum generat.
      - *Minus* mali ſucci eſt.
      - *Aluum* aſtringit.
      - *Vrinam* cit, &c.

PANICVM *ſimile eſt milio, minus tamen nutrit.*

GAL. X. DE ALIM. FAC.

MILIVM *ad omnia panico eſt præſtantius, ſuauiusq; editur, facilè concoquitur, uentrem minus ſiſtit, magis nutrit.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0136-3

# De Leguminibus.

*Legumina* ſunt, ex quibus panes non fiunt, inter quæ FABAE maxima ſemper fuit authoritas. Atq; hæc aut

- *Viridis* ſeu recens
  - *Cruda*
    - *Frigida* eſt & humida.
    - *Flatuoſa* eſt magis.
    - *Humidiorem* & excrementoſiorem ſuccum generat.
    - *Ventriculum* grauat.
    - *Suſpiria* & prauas inducit meditationes.
    - *Crudos*, craſſos & pituitoſos ſuccos generat.
  - *Cocta* cum carnibus bouinis, uel in iure carnium, aut in aqua, butyro & ſale, addito petroſelino
    - *Non* admodum flatuoſa.
    - *Leuius* alit quàm ſicca.
    - *Paucum* ſuccum, ſed inconſtantem præſtat.
    - *Humidius* alimentum præſtat & excrementoſius.
    - *Ocyus* aluum ſubit quàm ſicca.
- *Sicca*: & uel
  - *Integra*
    - *Elixa*
      - *Flatuoſa* admodum eſt.
      - *Fungoſam* generat carnem.
      - *Craſſum* generat ſuccum.
      - *Caput* dolore tentat.
      - *Aegrè* concoquitur.
    - *Toſta*
      - *Minus* flatuoſa.
      - *Craſsiorem* ſuccum præſtat.
      - *Difficilius* coquitur.
  - *Fracta* ſeu molita, aut modo
    - *Craſſo*
      - *Freſſa* ab Italis appellatur.
      - *Minus* quàm integra inflat.
      - *Paucum* alimentum, ſed inconſtantem præſtat.
    - *Tenui*. Ex eius namq; farina, butyro & ſale fit puls
      - *Detergit* inteſtina.
      - *Cum* melle faciei maculas delet.

*PISVM in re eſcaria magnam habet gratiam. Eſt omnium maximè fragiliſsimum: quippe æruginē uehemētiſsimè ſentit: quia multifolium, terrenum, amplum, uagumq́; eſt*: implet enim locum totum, etiam ſi amplo interuallo poſitum ſit: & frigoribus & gelationibus id obnoxiū maximè, quia radice imbecilla cohæreat. Seritur uerno tempore. Facilem & elutam terram deſiderat, tepidamq́ue, & cœlum frequentis humoris. Cæterùm piſa uariè quoq; parantur, aut

- *Viridia* & recētia
  - *Cum* ſuis ſiliquis ſeu ualuulis: uidelicet cum aqua, butyro & ſale, addito nonnunquā pane cibario, craſſo modo inciſo
    - *Magis* ſunt flatuoſa.
    - *Non* infimam authoritatem in menſis elegantioribus obtinent.
    - *Humidiorem* & excremētoſiorem ſuccum præſtant.
  - *A* ſiliquis ſuis diſpoliata, cum carnibus aut pullis, uel in iure carnium
    - *Minus* flatuoſa.
    - *Magis* grata, & minus dura quàm ſicca.
    - *Ocyus* deorſum deſcendunt.
    - *Crudum*, craſſum, pituitoſum & excrēmentoſum ſuccum generant.
- *Sicca* & adulta
  - *Cum* corticibus: & uel cum
    - *Carne* ſuilla ad ſpiſsitudinem coquitur
      - *Craſſum* & pituitoſum præſtant ſuccum.
      - *Aegrè* concoquuntur.
      - *Non* æquè ut fabæ inflant.
      - *Ventriculum* aggrauant.
      - *Segnius* quàm fabæ per aluum ſecedunt.
      - *Non* detergunt.
      - *Cibus* non ingratus.
    - Aqua, butyro & ſale: fiūt iuſcula, addito pane
      - *Minus* nutriūt.
      - *Minus* inflant.
  - *Sine* corticibus. Cocta enim colo transfunduntur, deinde cum butyro, ſale, modico pipere & croco fit puls liquida, uel ſpiſſa, put placuerit
    - *Minus* inflant.
    - *Facilius* concoquuntur.
    - *Craſſum* ac lentum ſuccum præſtant.
    - *Ventriculum* non aggrauant.

PHASIOLVS adoleſcit eouſq; in hortis, ut rami ſufficiant operi topiario, ſiliqua fœnigræci longiore toroſioreq́;, in qua continentur ſemina, renunculis ſimilia, nec colore uno, ſed ex parte rufeſcentia. Seruntur in omni terra ab idibus Octobris in calendas Nouembris. Hi autem præparantur aut

- *Virides* cum ſuis ſiliquis & thecis, atq; ex oleo & garo manduntur, & interdum uino addito
  - *Aluum* emolliunt.
  - *Facilius* deſcendunt.
  - *Excrementoſiorem* ſuccum præſtant.
  - *Ad* uomitiones idonei.
- *Sicci*, eo modo quo piſa
  - *Minus* quàm piſa inflant.
  - *Facilius* quàm piſa excernuntur.
  - *Non* leuius piſis nutriunt.
  - *Spiritus* cient.
  - *Aegrè* coquuntur.

**LENS** maximè inter legumina fertilis eſt: cuius duo genera in Aegypto inueniũtur, alterum rotundius nigriusq;, alterum ſua figura. Seritur menſe Nouembri ſolo tenui magis quàm pingui, & cœlo utiq; ſicco. Huius quoq; uires alimentitiæ ſumuntur à

- *Natura* propria. Nam cũ ex cortice & lente cõſtet, habet quidem
  - *Cortex* in
    - *Summa* ſuperficie uim irritandi & perturbãdi uentrem, quod docet eius prima lentium elixatio.
    - *Corpore* corticis uim non paruam aſtringendi.
  - *Lens* uim
    - *Aſtringendi* minus quàm cortex.
    - *Generandi* craſſum, terrenum & melancholicum humorem.
- *Præparationis* modo. Coquitur enim aut
  - *Cum* ſuis corticibus, atq; aut
    - *Leniter* & ſemel tantùm cum aqua, & ſale aut garo
      - *Aluum* ſoluit.
      - *Parũ* aut nihil nutrit.
    - *Vehementer* ſeu bis: in iure carnium, uel aqua, ſale, & pauco aceto
      - *Aluum* ſiſtit.
      - *Ventriculum* & inteſtina mirè roborat.
      - *Menſtrua* ſiſtit.
      - *Lienterijs*, *Dyſenterijs* — *Medetur* abſq; aceto.
      - *Melancholicis*, *Quartanis*, *Cancris*, *Varicibus* — *Nocet*.
  - *Abſq;* corticibus: & uel cum
    - *Iure* carnium
      - *Magis* nutriunt.
      - *Minus* aſtringunt.
      - *Craſſum* ac improbum pariunt ſuccum.
      - *Bilem* atram, *Cancrum*, *Elephantiaſim* — *Generant*.
      - *Tardè* deſcendunt.
      - *Oculorum* aciem aridis natura hebetat: humidioribus uerò uiſum tuetur.
    - *Carnibus* optimis, uel ſuillis ſale conditis
      - *Vitia* lentis ſic maximè corriguntur.
      - *Cibus* magis conueniens.
      - *Minus* malum ſuccum præſtat.

**ORYZA** *ſeritur quibuſdam Italiæ locis*: folijs carnoſis, porro ſimilibus, ſed latioribus, altitudine cubitali, flore purpureo, radiceq; gemmeæ rotunditatis, magna parte temporis reſidens in aquis, milij modo effundẽs iubam. Huius uires uariant tum ratione

- *Naturæ* ſuæ: uidelicet quatenus ſua natura conſtat, Sic namq;
  - *Terrenam* habet ſubſtantiam.
  - *Aſtringit*.
  - *Craſſum* præbet alimentum.
  - *Difficilè* concoquitur.
- *Artis*, quatenus ſcilicet uaria ex ea ciborũ genera conficiuntur. Paratur enim
  - *Integra*: & uel cum
    - *Iure* carnium, uel cum carnibus pinguibus fiunt iuſcula, addito pane
      - *Minus* aſtringit.
      - *Minus* terrenam habet ſubſtantiam.
      - *Leniter* nutrit.
      - *Boni* eſt ſucci.
    - *Lacte*
      - *Vaccina*, atq; ad ſpiſsitudinem uſq; cocta, & deinde comeſta cum ſaccharo & cinnamomo
        - *Cibus* ualdè gratus.
        - *Magis* aſtringit, quàm ſi cum pingui iure elixatur.
        - *Mediocriter* nutrit.
        - *Boni* eſt ſucci.
        - *Difficilè* concoquitur.
        - *Difficilè* deſcendit.
        - *In* poſtremis menſis exhibetur.
      - *Amygdalarũ* dulciũ, addito ſaccharo
        - *Melius* nutrit.
        - *Bonum* ſuccum præſtat.
        - *Cibus* non ingratus.
        - *Aſtringit*, &c.
  - *Pinſa* ſeu molita, cum butyro recenti, uitellis ouorum elixis, atq; diſcerptis cum caſeo recenti, & ſaccharo, ualidè interim ligneo inſtrumento ſubactis: fit cibis albus
    - *Guſtui* gratiſſimus.
    - *Plurimum* alimentũ præſtat, ſed craſſum.
    - *Aegrè* concoquitur.

CICER

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0138-4
DFG

**CICER** Græci ἐρέβινθοι appellant. Huius uires quoq; uariant tū ratione
- *Natura*, Nā
  - *Maturū*
    - *Album*
      - *Abſtergit.*
      - *Inflat.*
      - *Craſſum* generat ſuccum.
      - *Semen* auget.
      - *Venerem* ſtimulat.
    - *Rubrum*
      - *Omnes* albi facultates ualentius habet.
      - *Vrinam* cit & menſtrua.
    - *Nigrum*
      - *Calculos* in renibus euidenter frangit.
      - *Vrinam* & menſtrua potentius ducit.
  - *Immaturum*, recens & uiride
    - *Alijs* magis flatulentum.
    - *Alijs* magis excrementoſum.
- *Artis*, quatenus uidelicet uariè præparatur. Nam aut
  - *Elixa* cū
    - *Iure* carnium, additis radicib. petroſelini, iuſcula
      - *Detergunt.*
      - *Renes* mundificant.
      - *Vrinam* / *Menſtrua* } Ciunt.
      - *Calculos* in renibus frangunt.
      - *Arenulas* excernunt.
      - *Colorem* emendant.
      - *Partus* expellunt.
    - *Carnibus*
      - *Flatulenta* ſunt.
      - *Craſſum* præbent alimentum.
      - *Semen* generant.
      - *Lac* augent.
  - *Frixa* ſeu toſta
    - *Craſſum* admodum ſuccum præſtant.
    - *Concoctu* difficilia ſunt.
    - *Fœtidum* ructum pariunt.
    - *Tardius* excernuntur.

**CICERCVLA**, minūti eſt ciceris, inęquales angulos habens, ueluti piſum. Seritur mēſe Ianuario ac Februario, ſolo læto, cœloq; humido.
- Craſſam & terrenam habet naturam.
- Flatus generat.
- Non detergit.
- Renes non mundat.
- Aegrè concoquitur.
- *Somnia horribilia repræſentat.*

**LVPINVS**
- *Duram & terreſtrem ſubſtantiam habet.*
- Tardè concoquitur.
- Terrenum ac craſſum præbet alimentum.
- Deſcendit tardè per uentrem.
- Ventrem neq; aſtringit, neq; laxat.
- Diſcolorem hominem exhilarat.
- Veſcitur à paucisſimis, & cum oleo, aceto & ſale.

**FOENVM GRAECVM**
- Iumentorum pabulum eſt.
- Aluum emollit, ex aceto & garo manſum.
- Caput ferit.
- Ventrem ſubuertit.
- Vim abſterſoriam obtinet.
- Eundem in cibo uſum præbet, quem lupinus.

**ERVVM**, Græcis ὄροβος uocatur: quod niſi in ſumma aliorum ſeminū penuria in cibatum hominis uenit
- Pecudum pabulum eſt.
- Inſuaue eſt.
- Craſſum ac prauū alimentū præſtat.
- Boū ſaginandorū eſt cibus.
- Cū melle paratū craſſos in thorace & pulmone humores expurgat

**SEMEN LINI**, Græci λίνον uocant.
- Hodie in magno medicinæ uſu eſt.
- Difficilè concoquitur.
- Graſſæ ſubſtantiæ cibus eſt.
- Stomachum lædit.
- Aluum neque mouet neq; cohibet.

**SEMEN CANABIS**
- Flatuoſum eſt.
- Caput implet.
- Caput grauat.
- Difficilè concoquitur.
- Praui eſt ſucci.
- Stomachum lædit.
- Calidum & medicamentoſum eſt.

**SESAMVM**
- Calidum ordine primo, & humidum ſecundo.
- Pinguis eſt ſubſtantiæ.
- Citò fit oleoſum.
- Stomachum ſubuertit.
- Craſſum præbet alimentum, & quod non facilè coquatur.
- Lac auget.
- *Sitim excitat.*
- *Celeriter implet.*
- *Halitus grauitatem facit.*

**VITEX**, Græcis λύγος uel ἄγνος appellatur: quoniam matronæ in in Theſmophorijs Athenienſium, caſtitatem cuſtodientes, huius folijs cubitus ſibi ſternunt
- Refrigerat & ſiccat.
- Compeſcit uenereorum impetus.
- Nutrimentum corpori leue præbet.
- Inflationibus egregiè aduerſatur.
- Capiti noxium non eſt, ut canabis.

**SEMEN PAPAVERIS**
- Refrigerat non inſegniter.
- Fluxiones tenues à capite ſiſtit.
- Alimoniæ aut parum aut nihil effatu dignum ſuggerit.
- Saporem affert, ſi immoderatius ſumatur.
- Difficulter concoquitur.
- Somnium conciliat modicè ſumptum.
- Quæ tuſsi ex thorace & pulmone expuuntur, inhibet.

**VICIA**, Grecis βικίον dicitur
- In cibis hominum non idonea.
- Faſtidium in cibatu adfert.
- Difficulter concoquitur.
- Aluum aſtringit.
- Improbum ac craſſum ſuccum parit.
- Bilem atram generat.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0139-3
DFG

# De Alimento, quod ab herbis ſeu plantarum folijs ſumitur.

- *Quoniam* authoritatem LACTVCAE præcipuam inter olera Græci pariter ac Latini fuiſſe ſcripto prodiderũt, ab ea meritò initiũ ſumendum uenit. Eſt itaq; lactuca aut
  - *Domeſtica*, ſatiua: cuius alij triá tantùm genera faciunt. Vnum lati caulis: alterum rotundi: tertium Laconicon: cuius folium carduo ſimile eſſe. Alij coloris genera complura tradunt: nigras enim eſſe, albas & rubentes, item purpureas, criſpas, Cappadocas, Græcas. candidas olim cæteris prælatas ſatis conſtat. Atræ, à copia lactis ſoporiferi. Virentes & ſubfuſcas cum exprobratione amaritudinis peſsimas appellant noſtra ſecula: candidas uerò capite prægrandes, folioque innumeras, & in orbem porrectas gulæ proceres nunc probãt, ut ſuauiſsimas. Huius uires conſiderantur tum ratione
    - *Naturæ* ſuæ
      - *Frigida* eſt & humida in ſecundo ordinẽ.
      - *Mediocrem* inter bonũ & malum ſuccũ præſtat.
      - *Calorem* & bilem attemperat.
      - *Somnum* inducit.
      - *Ventrem* compeſcit.
      - *Aluum* neq; aſtringit neq; laxat.
    - *Artis*, quatenus præparatur. Paratur enim aut
      - *Cruda*, cũ oleo, ſale & aceto, editúrque in acetarijs.
        - *Sitim* ſedat.
        - *Ardorem* extinguit.
        - *Per* uentrem celerius deſcendit.
        - *Magis* infrigidat.
        - *Oculos* obtenebrat.
        - *Ebrietatem* arcet, ſi ſuperingeratur alijs cibis.
      - *Cocta*, ſeu elixa, uel
        - *Simpliciter*: & à quibuſdã ſic editur in cœna
          - *Somnum* cõciliat potiſsimùm ſenib.
          - *Facilius* concoquitur quàm cruda.
        - *Cum* carnibus pinguibus
          - *Facilè* concoquitur
          - *Bonum* ſuccũ generat.
          - *Facilè* p uẽtrẽ deſcẽdit.
  - *Agreſtis*
    - *Refrigerat*
    - *Prauum* ſuccum generat.
    - *Febricitantibus* utilis.
    - *Genitale* ſemen extinguit.

- INTYBVS ſeu Endiuia
  - *Satiua*, ſeu hortenſis. Seritur poſtremis Iunij diebus: aut primis Iulij, item Auguſto. Aliter enim ſatæ ad ſemen properant. Huius uires tum ratione
    - *Naturæ* propriæ
      - *Frigida* & ſicca in ſecundo ordine.
      - *Subamara* eſt.
      - *Moderatè* aſtringit.
      - *Intemperaturis* calidis ipſius hepatis utilis.
      - *Bilem* extinguit.
    - *Præparationis.* Nam tempore
      - *Hyberno*, in fictilibus uaſis cooperta ſeruatur: uel terra obruitur, ut eximium candorẽ & ſuauem teneritudinem acquirat: quæ deinde editur in acetarijs cum oleo, ſale & aceto
        - *Frigida* eſt in fine primi.
        - *Guſtu* inſipida eſt.
        - *Hepati* eſt amica.
      - *Aeſtiuo*, editur cum oleo, ſale & aceto in acetarijs
        - *Frigida* eſt in ſecundo.
        - *Subamara* eſt.
        - *Bilem* extinguit.
        - *Hepati* magis quàm hyemalis confert.
        - *Lactucæ* facultatibus correſpondet.
  - *Agreſtis*, quæ Cicorium dicitur. Hæc etiam cum oleo, ſale & aceto editur in primis menſis: & uel
    - *Cruda*
      - *Refrigerat.*
      - *Appetitum* excitat.
      - *Obſtructiones* iecoris aufert.
    - *Cocta*, præſertim cum ſuis radicibus.
      - Ab ijs edi debet, qui uentriculum non adeò robuſtum & ualidum habent.
      - *Appetitum* excitat.
      - *Hepatis* obſtructſones aperit.
      - *Bilis* feruorem extinguit.
      - *Refrigerat.*

BRAS-

**BRASSICA** à Latinis ueterib. priuatum olus dicitur: à quibuſdã quaſi Paſsica dicitur, quòd à ſcápo minutatim præſiccetur, & paſſa fiat. Caules etiam appellantur. Seritur toto anno, quoniam & toto ſecantur, eduntúrq;, & præſertim Autumno, uindemiarũ tẽpore. Huius ſunt plures ſpecies: aut

- *Extenſa*
  - *Cruda*
    - *Frigida* eſt & ſicca.
    - *Ebrietatem* arcet.
    - *Vrinam* cit.
    - *Fœtidam* reddit urinam.
    - *Viſum* hebetat.
    - *Vapores* ſupprimit, ne in caput aſcendant.
    - *Vlcera* ſanat, impoſita.
  - *Cocta*, ſeu elixa
    - *Semel* tantum, in iure carnium. Nam prima elixationis aqua, cui oleum & ſal additum ſit
      - *Ventrem* emollit.
      - *Fœtidam* urinam reddit.
      - *Menſes* mouet cum melle.
    - *Bis* uel ter, prima aqua abiecta
      - *Ventrem* ſiſtit.
      - *Melancholicum* ſanguinem generat.
      - *Viſum* hebetat.
      - *Animi* mœrorem inducit.
      - *Cordis* anguſtiam parit.
      - *Dentibus* & gingiuis nocet.
- *Capitata*
  - *Cruda*. Editur namq; in acetarijs cũ oleo, ſale & aceto
    - *Crapulam* & ebrietatem arcet.
    - *Aegrè* concoquitur.
    - *Ventriculum* inflat.
    - *Appetitum* excitat.
  - *Cocta*; & uel
    - *Recens*, cum carnibus ſuillis
      - *Craſſum* & melancholicum generat ſuccum.
      - *Difficilè* concoquitur.
      - *Viſum* hebetat.
      - *Somnia* terribilia repræſentat.
    - *Salita*, cum carnibus porcinis
      - *Sitim* inducit.
      - *Inflat.*
      - *Ructus* commouet.
      - *Atram* generat bilem.
      - *Difficulter* concoquitur.
      - *Putridum* generat ſuccum.

**BETAE** tria genera habentur, atrum, album & rubrum. Poſtrema in uſus medicos tantùm adhibetur, Alba uerò præfertur. Huius uires ſumuntur à

- *Natura* propria
  - *Calida* eſt & ſicca in primo.
  - *Abſterſoriæ* eſt naturæ.
  - *Aluum* ad excretionem ſtimulat.
  - *Paucum* alimentum præſtat.
- *Præparationis* modo. Coquitur enim aut
  - *In* iure carnium: & uel
    - *Leniter*, uel ſemel tantùm: quæ iuſcula
      - *Detergunt.*
      - *Ventrem* proritant.
      - *Iecur* ab obſtructionibus liberant.
      - *Citò* per uentrem deſcendunt.
      - *Lienoſos* iuuant.
      - *Pituitam* è cerebro purgant naribus attracta, & maximè ſuccus eius.
    - *Diutius*, ita ut eius ſubſtantia tantùm edatur
      - *Ventrem* comprimit.
      - *Stomacho* noxia.
      - *Parum* alimenti præbet.
      - *Iecoris* obſtructo prodeſt, ſi cum aceto & ſinapi edatur.
  - *Cum* fabas
    - *Alimentum* corpori præbet, quod ex amborum facultate miſturã obtinet & temperaturam.
  - *Cum* carnibus, addito pipere & ſale
    - *Ventriculo* minus noxia.
    - *Ventrem* nonnihil aſtringit.
    - *Paucum* alimentum præſtat.

**SPINACHIA**, ut arbitror, à ſemine ſpinoſo & aculeato dicitur. ubiq; lętiſsimè prouenit, maximè tamen locis riguis: ubi uſq; in admirationem amplitudinem adipiſcitur. Tonſura proficere certum eſt, hyemesq; uel horridas & inclementes tolerat. Hæc diuerſo modo paratur, aut

- *Integra*: & uel
  - *Elixa*, in
    - *Iure* carnium. fiunt iuſcula ſeu offæ cum pane
      - *Refrigerat* atque humectat primo ordine.
      - *Parum* alit.
      - *Aluum* leuiter emollit.
      - Pectori & pulmoni calido confert.
    - *Aqua*, cum pane craſsè inciſo: deinde reiecta aqua, paratur cum butyro feruenti & ſale, & editur
      - *Frigidum* ac humidũ paucumq; alimentum præſtat.
      - *Aluum* lenit.
      - *Raucitati* & aſperæ arteriæ morbis confert.
  - *Aſſa* in paſtillis, cum butyro, ouis, ſale & caſeo recenti
    - *Magis* nutrit.
    - *Minus* uentrem mollit.
    - *Succum* non innocentem præſtat.
    - *Cibus* non ingratus.
- *Minutim* conciſa. Incoquitur primò aqua leniter: deinde cultello minutim conciſa, in globulos redigitur, ſed prius manibus, aut aſſerculis aqua omni, & uligine lenta, quæ ineſt plurima, exactè expreſſa. Deinde aut coquitur in olla cum butyro largiori & ſale, lento igne, ligulaq; identidem uerſatur: aut frigitur in ſartagine ex butyro & ſale
  - *Leniter* alit.
  - *Succum* innocentiorẽ quàm Atriplex aut blitum præſtat.
  - *Aluum* quibuſdam emollit.
  - *Thoracis* uitijs prodeſt.
  - *Veſicæ* nocet.

**BLITVM**, olus iners, ac ſine ſapore aut acrimonia ulla. Paratur ex butyro ſeu oleo, ſale & aceto,

- *Frigidum* & humidum in ſecundo ordine.
- *Exiguum* corpori præbet alimentum.
- *Aluum* emollit.
- *Stomacho* ingratum.
- *Succum* præſtat aquoſum, & cucurbitæ ſimilem, non tamen adeò frigidum.

**ATRIPLEX**, Græcis ἀτράφαξις dicitur, ubiq; prouenit. Huius uires ſumuntur à

- *Natura*
  - *Primo* ordine refrigerat, ſecundo uerò humectat.
  - *Omnis* qualitatis expers.
- *Præparatione*. Coquitur enim cum
  - *Iure* carnium
    - *Refrigerat* atque humectat.
    - *Aluum* emollit.
    - *Ventriculum* infeſtat.
    - *Vliginoſam* & aquatilem naturã obtinet.
    - *Parum* alit.
    - *Hydropicis* / *Ictericis* } Nocet.
  - *Butyro* ac garo, addito aceto
    - *Ventriculum* minus infeſtat.
    - *Exiguum* corpori præbet alimentum.
    - *Frigidum* & humidum alimentũ pręſtat.
    - *Similem* naturam blito obtinet.

**PORTVLACA**, exit poſt cucurbitam, & Ianuario menſe ſeritur. eius ſunt genera duo. Vnũ quod in uinetis paſsim prouenit, & ternis quaternisúe in terra ſeſsilibus colliculis ſerpere uidetur: quæ ſi excolatur, folia ampliat. Alterum uerò eſt, quod ſatiuum appellatur, & ubiq; in hortis excolitur, & in Autumnum perdurat. Folia huic mirè ampla, carnoſaq;, & caules ampliores emicant: utraque guſtatu inſulſa & fatua ſentitur. Editur aut

- *Cruda* in acetarijs æſtiuo tempore cum aceto, oleo, & ſale
  - *Frigefacit*.
  - *Stomachum* corroborat.
  - *Appetitum* excitat.
  - *Viſum* hebetat.
  - *Sitim* extinguit.
  - *Biliosas* uomitiones cohibet.
  - *Inflammationes* extinguit.
  - *Parciſsimè* nutrit.
  - *Veneris* deſiderium fugat.
- *Cocta* cum gallinaceis pullis, aut lautioribus carnibus æſtate
  - *Refrigerat* atque humectat.
  - *Cibus* utilis his, quibus os uentriculi, atq; iecur bile æſtuq; incandeſcunt.
  - *Parciſsimè* alit.
  - *Venerem* inhibet.
  - *Lentum* ſuccum præſtat.
  - *Dentium* ſtuporem perſanat.
  - *Ardores* extinguit.

MALVA

**MALVA**
- Humida eſt.
- A refrigerandi facultate manifeſtè abeſt.
- Lentum ſuccum præſtat.
- Facilè ſubducitur / Venerē mollit — Præſertim ſi largiſsimè ex oleo & garo ſumatur.
- Eſui inepta,
- Moderatum calorem præſtat.
- Ad clyſteria conficienda utilis.
- Tuſsim & pectoris aſperitates lenit.
- Interaneis & ueſicæ utilis.

**SONCHVM** aliqui aſperam cicerbitam uocant: cuius ſunt duo genera, alterum ſylueſtre, ſpinis horridius: alterum tenerius, ac mollius, cibis expetitum.
- Refrigerat.
- Ventriculi eroſiones lenit,
- Lac elicit.
- Venenis repuguat.

**OXALIS** lapathi, ſeu rumicis genus eſt: cuius ſunt genera duo. unū quod longioribus eſt folijs, & ſylueſtri in pratis naſcenti ſimilis: alterum rotundioribus & acidioribus. Recentiores utraſque acetoſas & acidulas appellant. Vere præſertim & æſtatis caloribus carnes, piſces & oua ex earum ſucco eduntur. Tonderi bis terq; in anno mirè gaudet, lætiusq; ſic prouenit.
- Frigida eſt in primo, & ſicca in ſecundo.
- Cibi auiditatem auget.
- Gratiores eſcas reddit.
- Sitim extinguit.
- Paucum ſuccum præſtat, nec uald e malum.
- Ab humorum putredine præſeruat cū aceto, tempore æſtatis.
- Peſte graſſante utilis eſt,

**SOLANVM**
- Eſui ineptum.
- Praui ſucci eſt
- Valde refrigerat, nimirum ordine ſecundo,
- *Exigui eſt alimenti.*

**BVGLOSSVM** & Borrago cruda cum reliquis herbis in acetarijs eduntur. Item parata cum ſaccharo, in forma ſyrupi uel conſeruę, aut cum iure carnium, Sunt
- *Calida & humida in primo.*
- *Stomacho utilia.*
- Triſtitiam & tremorem cordis remouent.
- Melancholicis conferunt.
- Cordis affectibus proſunt.
- Cor exhilarant.
- Sanguinem purificant.

**SION** ſeu Lauer
- Calidum eſt.
- Medicamentum potius quàm alimentum.
- Paucum ſuccum præſtat & calidum.
- Renes mundificat ab arenulis & pituita.
- Obſtructiones aperit,
- Menſes cit.
- Pituitam attenuat,
- Vtilis ſtomacho.
- Pectori nocet.

**APIVM**, uulgò petroſilinum
- Calidum eſt & ſiccum.
- Vrinam prouocat,
- Eſt inter cætera olera familiariſsimum.
- Ori & ſtomacho eſt gratum.
- Flatus diſſoluit.
- Hepatis obſtructiones aperit.

APIVM *paluſtre, quod à Dioſcor. Eleoſilinum appellatur, & à uulgaribus Apiū, eaſdem poſsidet facultates, quas uulgo Petroſilinū nuncupatū, tum ori inſuauius eſt. quamobrem non comeditur niſi coctum ſit, ſicut & ſium.*

**SMYRNIVM**
- Calidius quàm apium eſt. Calidum & ſiccum in tertio.
- Vrinas ualentius prouocat quàm apium.
- Menſes mulieribus mouet.

**HIPPOSELINVM**
- Ori gratum eſt atq; ſuaue.
- Apio longè acrius & calidius exiſtit, longeq; efficacius urinam mouet.
- Menſes mulieribus ciet.
- Obſtructiones tum hepatis tum lienis aperit.

**ERVCA**
- Manifeſtiſsimè calfacit.
- Cum lactuca comedenda eſt. nam ita, feruori par frigus admixtum temperamentum æquat.
- Genitale ſemen auget.
- Coeundi appetitum excitat.
- Capiti dolorem infert.
- Sanguineis & biloſis eſt inimica.

**NASTVRTIVM**
- Calidum eſt & ſiccum.
- Pulmonem mundificat.
- Aſthmaticos iuuat.
- Hepar & uentriculum calfacit.
- Venerem excitat.

**VRTICA**
- *Calida eſt & ſicca.*
- Tenuibus conſtat partibus.
- A nemine ut cibus ſumi meretur.
- Vt obſonium ac medicamentum aluum deijcit.

**GINGIDIVM**
- Stomachum admodum iuuat.
- Collapſam appetentiam, ſi cum aceto ſumatur, excitat.
- Vrinam ualenter ciet.
- Viſcera obſtructione liberat.
- Siccum eſt in ſecundo, & non admodum calidum: quoniam amarum & aſtringens eſt.

**FOENICVLVM**
- Calidum eſt & ſiccum.
- Lac elicit.
- Vrinam prouocat,
- Viſum acuit.
- Aegrè concoquitur,
- In obſonijs utiliter miſcetur.
- Aceto uel aceto & muria aſſeruatur.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0143-1

**MELISSOPHYLLVM**
- Calidum eſt & ſiccum.
- Pituitoſis ac atra bile affectis confert.
- Suauiter redolet.
- Cor lætificat.
- Nauſeam & uomitum ſedat.

**MENTHA**
- Calida eſt & ſicca.
- Conſtringit ac ſiſtit.
- Tineas in uentre necat.
- Vomitiones, & ſingultus ſedat.
- Ventriculum roborat.
- Appetitum exacuat.

**SALVIA**
- Calida eſt & ſicca.
- Viſum acuit.
- Vrinam prouocat.
- Aluum ſiſtit.
- Ventrem roborat.

**OCIMVM**
- Mali eſt ſucci.
- Stomacho obnoxium eſt.
- Aegrè concoquitur.
- Odore cardiacos iuuat.
- Inflat tum uentrē, tum etiam aluum.

**ANETHVM**
- Calidum eſt & ſiccum.
- Somnum conciliat.
- Flatus expellit.
- Viſum hebetat.
- Aluum & uomitiones ſiſtit.
- Genituram reſtringit.
- Vrinam cit.

**AMARACVM**, quam uulgò Maioranam dicunt.
- Calidum eſt & ſiccum.
- Vrinam prouocat.
- Iecinoris obſtructionibus prodeſt.
- Odorem ſuauiſsimum ſpirat.
- Caput & cerebrum roborat.
- Contumaces flatuoſitates ſoluit.
- Viſum acuit.

**SISYMBRIVM**
- Calidum eſt & ſiccum, & menthæ modo odoratum.
- Vrinam prouocat.
- Calculos pellit.
- Tineas in aluo necat.
- Singultum ſedat & tormina.
- Ventriculum roborat.

**SATVREIA**
- Calida eſt & ſicca.
- Ventriculum frigidum roborat.
- Flatuoſitates expellit.
- Viſum acuit.
- Pectoris excreationes educit.

**SERPYLLVM**
- Calidum eſt & ſiccum.
- Menſes & urinam trahit.
- Tormina ſedat.
- Ventriculum roborat.

**ROSMARINVM**
- Calidum eſt & ſiccum.
- Ventriculum roborat.
- Aluum ſiſtit.
- Viſum acuit.
- Morbum regium ſanat.

**RVTAE** authoritatem in cibis fuiſſe, certi authores tradunt: nunc nemo uelit attigiſſe. Nam
- Pictores ea utebantur in cibis, propter uiſus claritatem.
- Venerí aduerſatur.

**CAVCALIDEM** credit Ruellius eam eſſe herbam, quam Perſinum nothum nuncupant
- Calentis eſt naturæ.
- Cruda ac cocta editur oleris uice.
- Sale condita ſeruatur.
- Vrinam cit.

**CRITHMVM** uulgus Cretam marinam appellat. naſcitur in locis maritimis, maximè ſiccis & ſabuloſis.
- Cibi auiditatem excitat.
- Calculos renum comminuit.
- Vrinam cit.
- Abſtergit.
- Morbo regio medetur.
- Obſtructiones aperit.
- Colorem corporis gratiorem facit.
- Saporis eſt odorati & iucundi.
- Editur crudum & coctum.

**LAPSANA** olus eſt trium foliorum, quo exercitum Cæſaris duraſſe in fame, diutinam obſidionem toleraſſe, Plinius inter braſsicas ſylueſtres retulit. Quibuſdam gentibus cibus eſt familiaris: ut Methonenſibus.
- Prauum ſuccum generat.
- Plus alit quàm rumex.
- Stomacho utilior quã rumex.
- Leuiter aluũ molllit cocta in cibo.

**OROBANCHE**
- Refrigerat ordine primo.
- Leguminibus in coquendo addita, facilius percoquitur.
- Editur cruda & cocta, ut Aſparagi.

**SILIQVASTRVM**
- Calefacit uehementer.
- Inſulsis, ſi modicè additur, gratum ſaporem conciliat.
- Tenella folia acetarijs miſcentur.
- Saporem & odorem acrem uibrat.
- Non leuē gratiã adfert, ſi miſceatur intinctibus.
- Tædia animæ emendat.
- Graueolentos ructus cohibet.

**PIMPINELLA** in pratis copioſiſsimè prouenit
- Calefacit.
- Editur in acetarijs.
- Odorem peponis refert.
- Vrinam pellit.
- Calculos renum comminuit.
- Tabidis utiliſsima.

**LVPVS SALICTARIVS** apud Belgas in maxima eſt authoritate: ex eo enim potus ſuos concinnant. eius cauliculi Vere inchoante erumpentes coquuntur, eduntúrque aſparagorum modo ex oleo, aceto & ſale.
- Refrigerat.
- Bilis ferųorē extiguit.
- Sanguinē purgat.

**ERYNGIVM**
- Calore eſt temperatum.
- Editur crudum & coctum.
- Folia guſtatu aromaticũ quidpiam referunt, quæ condita ſale in principio manduntur.
- Crapulam arcet, præſumptum.
- Cordis uitijs mirè opitulatur.
- Radices ſtomachum roborant.
- Venerem excitant.

**EBVLI** folia, uel caules cocti
- Pituitam bilemq́; detrahunt.
- Radix in uino cocta, & in cibis data, hydropicos adiuuat.

**ASPARAGORVM CAVLICVLI**
- Vrinam pellunt.
- Lienem minuunt.
- Amici ſtomacho.
- Leuiter alunt.
- Apponuntur prima menſa cocti, atq; cum oleo, aceto & ſale parati.
- Obſtructiones hepatis & aliorum uiſcerum aperiunt.
- Neq; calefaciunt, neq; refrigerant.
- Ventrem molliunt.
- Venerem ſtimulant.

**FVMARIA**
- In menſis nullos uſus habet, ſed in medicina.
- Obſtructiones uiſcerum aperit, } Si cum ſero lactis tēperetur.
- Scabiem emendat,
- Aluum mollit.
- Vrinam pellit.

De Flo.

# De Floribus.

**BORRAGINIS** ſeu **BVGLOSSI** flores eduntur in acetarijs cum oleo, aceto & ſale: & in uinũ conijciuntur.
- Animi hilaritatem & uoluptatem augent.
- Triſtitiam abigunt.
- Atræ bili aduerſantur.
- Naturæ ſunt calentis & humentis moderatæ.
- Sanguinem purificant.

**GENISTAE** flores
- Strumas auferũt, ſi cum melle roſaceo, aut ſorbili ouo deuorentur.
- Induratos lienes reſoluunt, præſertim eorum oxymel.
- Proſunt Iſchiadicis, podagricis, calculoſisque.
- Modus à drachmis duabus ad quinq;.

**SAMBVCI** flores in cibos ueniunt apud quoſdam. Nam culinæ oua in ſartagine fricta, floribus aſpergunt. quæ eo modo parata, nõ ingrata ſunt. Quinetiam conſuetudo inualuit, addere eos flores cadis, in quibus reponitur acetũ, quo retundi uim illam omnium domatricem aliqua ex parte putant. Sambucatum dicunt, quemadmodũ piperatum, cui additur piper.

**VIOLAE** purpureæ acetarijs interpoſitæ
- Refrigerant.
- Odorem ſuauiſsimum ſpirant.
- Folia cocta atque comeſta, aluum emolliunt.

**ROSAE** ſaccharo cõdiuntur: quibus nonnulli ſingulis ferè diebus (præſertim æſtatis caloribus) utuntur matutino. Rhodij ſaccharum appellant.

**CROCVM** uarios & præclaros in eſculentis hominum uſus obtinet. Nam
- Suauiores cibos reddit.
- Coloris elegantiam præſtat in iuſculis ſumptum.
- Crapulam arcet.
- Cordi eſt amiciſsimum.
- Hilaritatem præſtat.
- Caput leniter ferit.
- Calidum ordine ſecundo.
- Somnum facit.
- Venerem ſtimulat.

# De fructibus, in genere & ſpecie.

*Fructus* tũ in
- *Genere*
  - *Corpori* non bonum ſuccum præſtant.
  - *Parum* ſucci corpori præbent.
  - *Citò* corrumpuntur.
  - *Febres* interdum generant.
  - *Quarundam* partium morbos nonnunquam efficiunt.
  - *In* malam corruptionem & ueneficam interdum naturam tranſeunt.
  - *Omnibus* literis operam nauantibus / *Quietis* / *Ociosis* — *Maximoperè* obnoxij ſunt.
  - *Conferunt* — *Iter* agentibus / *Vehementer* exercitatis / *Bile* rubra refertis — *Si* rarò & modicè eis utantur.
- *Specie*, uel
  - *Herbarum*: ut
    - Cucurbita.
    - Melones.
    - Pepones.
    - Cucumeres.
    - Mala inſana.
    - Anguria.
    - Fraga.
  - *Arborum*: quorũ alij
    - *Humidi*, qui tanquam nudi ſoli exponuntur, qui conſtant cute & carne.
      - *Molli*: ut
        - Ficus.
        - Caricæ.
        - Vua.
        - Mora.
        - Iuniperi fructus.
        - Myrthi fructus.
        - Mala.
        - Pira.
        - Cotonea.
        - Punica.
        - Citrea.
        - Aranziæ.
        - Limones.
        - Zizipha.
        - Myxa.
        - Capparis.
      - *Molli* quidẽ, ſed duro ligno intus cõcluſo: ut
        - Ceraſa.
        - Pruna.
        - Perſica.
        - Meſpila.
        - Palmæ fructus.
        - Oliuæ.
    - *Sicci*, firmo putamine, tanquam teſta & cruſta muniti, quorum cortex eſt
      - *Durus* ligneus: ut
        - Iuglandes.
        - Auellanæ.
        - Amygdalæ.
        - Piſtacia.
        - Nux pini.
      - *Minus* durus: ut
        - Caſtaneæ.
        - Glandes.
        - Siliqua.

# De Fructibus herbarum in ſpecie.

CVCVRBITARVM multæ ſunt ſpecies, quarum alię meliores, aliæ peiores ſunt. Nunc ſeruntur in hortis, quas Turcicas, Neapolitanas, ſerotinas & hybernas uocant. mirè expetuntur à gula tum magnatum tum pauperum. Eduntur namq; aut

- *Crudæ* rarò, & ferè à nemine. Quoniam
  - *Inſuaues* ſunt.
  - *Alimentum* præbent aquoſum, frigidum & tenue.
  - *Difficilè* concoquuntur.
  - *Stomachum* lædunt.
  - *Ventriculo* pondus frigidum inferunt.
- *Coctæ*
  - *Elixæ*: aut in
    - *Iure* carnium
      - *Febricitantibus* utiles.
      - *Refrigerant.*
      - *Parum* alunt.
      - *Tenuem* ſuccum præſtant.
      - *Non* ægrè coquuntur.
    - *Lacte*, additis ſale & ſaccharo: fit cibus gratus guſtui.
      - *Infrigidans.*
      - *Probè* nutriens.
      - *Hecticis* utilis.
      - *Reualeſcentibus* / *Bilioſis* morbis } Vtilis.
  - *Frixæ* in ſartagine cum butyro uel oleo
    - *Non* adeò aquoſæ.
    - *Paucum* ſuccum præſtant.
    - *Difficilius* coquuntur.

## GAL. DE ALIMENT. FACVLT.

QVEMADMODVM *cucurbita pura quantum in ſe ipſa eſt, ſuccum, qui in totum corpus alendi gratia diſtribuitur, habet qualitatis ad ſenſum expertem: ita cum alicui eorum, quæ uehementem habent facultatem, fuerit iuncta, facilè illi aſſimilatur, ut ſi cum ſinapi ſumpta fuerit, ſuccus qui ex utroq; in corpus diſtribuetur, acris cum manifeſta caliditate erit. Eadem ratione ſi cum ſalſo quopiam manſa fuerit (ut quidam in patinis cum ſalſamento ſtruunt) ſuccum in corpore ſalſum generabit.*

PORRÒ *ſecantur cucurbitæ deraſo cortice in tenuia filamenta, quæ ſiccata ſeruantur ad uſum.*

MELONES, à malis, quaſi pomeos dicũtur. Qui præ dulci ſuauitate manduntur, Succrini quaſi ſuccharati appellantur. Circa horum culturã Itali, Hiſpani, & Narbonenſes præcipuè uerſantur.

- *Non* admodum facilè in uentre corrumpuntur ut pepones.
- *Choleram* morbum generant.
- *Guſtui* grati.
- *Ante* reliquos cibos eduntur, ne uentrem conuertant.
- *Succum* malum præſtant.
- *Facilè* ſubducuntur.
- *Vomitum* prouocant.
- *Refrigerant.*
- *Sitim* ſedant.
- *Vrinam* mouent.
- *Renes* mundant.
- *Febricitantibus* non admodum inutiles.

PEPONES

- *Infrigidandi* uim habent, & magis quàm melones.
- *Facilius* quàm melones corrumpuntur.
- *Minus* boni ſucci habent / *Minus* uentrem ſubducunt / *Minus* urinam ciunt } Quàm melones.
- *Pituitam* detergunt.
- *Renes* mundant.

CVCVMERES expetuntur hodie mira uoluptate potentioribus, æquè ac plebi crudi. Deraſo namque cortice taleolis diſſecantur, atq; cum oleo, aceto & ſale in acetarijs comeduntur. Porrò immaturi aceto & ſale conduntur, atq; in alienos menſes ſeruantur.

- *Magis* melonibus infrigidant.
- *Difficilius* quàm melones coquuntur.
- *Gelidum* ſimul ac craſſum in uenas diffundunt ſuccum.
- *Minus* detergunt quàm melones.
- *Vrinam* minus mouent quàm melones.
- *Febres* malignas accendunt.

## GAL. LIB. DE BONI ET MALI SVCCI.

INTER *fructus quoq; cucumeres, pepones, melopeponesq; annumerantur, quorum nullus boni ſucci eſt. Quòd ſi celeriter concoqui perficiq; non poßint, in ſuccum fere lethabilem, uenenis ſimilem uertuntur.*

## IBIDEM.

QVI *cucumeres bellè concoquunt, cùm eo ipſi ſiſi affatim ijs ſe impleuerint, ijs tandem longo temporis tractu gelidum & craſſum humorem in uenis aceruari contingit, qui in ea coctione, quæ fit in uenis, haud facilè mutationem in probum ſanguinem recipiant. Proinde omnibus praui ſucci edulijs cenſeo abſtinendum, quantumuis probè à nonnullis conficiuntur. Nobis enim non aduertentibus, prauus ſuccus ex ipſis in uenis colligitur, qui poſtea exiguam ad putreſcendum occaſionem nactus febres malignas accendit.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0146-8

**MALA inſana**
- *Frigida* ſunt & humida
- *Lentum* præbent alimentum & melancholicum.
- *Obſtructiones* generant.
- *Aegrè* concoquuntur.

OPINIO *eſt quorundam recentiorum, quòd eiuſmodi malorum ſucco in cibis operato uenus maximè concitetur, aſſeruntq́, à multis expertum eſſe.*

**ANGVRIA**
- *Frigida* eſt & humida.
- *Vrinam* cit.
- *Renum* arenulas eijcit.
- *Ventriculo* frigido obeſt.
- *Febrium* calores extinguit.
- *Gutturis* ſcabritiem leuigat.
- *Sitim* ſedat.
- *Animam* recreat.

FRAGA, quidam fructum terræ nominant. exeunt paſſim in ſyluis & ſemitis, æſtate inchoante, nulla cura laboranda, ſed ultrò ſeſe porrigentia. Rusticulæ puellæ ea legunt, cōportantq; in urbes corticib. arborum incluſas. Hæc maximè in delicijs ſunt fœminarū. Edunt enim ea aut ex
- *Vino* & ſaccharo inſperſo
  - *Refrigerant.*
  - *Sitim* ſedant.
  - *Parum* nutriunt.
  - *Facilè* per uentrem deſcendunt.
  - *Facilè* corrumpuntur.
- *Lacte*, ſaccharo inſperſo
  - *Caput* tentant.
  - *Facilè* corrumpuntur.
  - *Abundè* nutriunt ſi non corrumpantur.

**CARDVS pinea ſeu cinara**
- *Calida* eſt & ſicca.
- *Ventriculo* competit.
- *Vrinam* prouocat.
- *Flatuoſitates* diſſoluit.
- *Obſtructiones* aperit.
- *Ventrem* roborat.
- *Renes* mundat à pituita & arenulis.

# De Fructibus arborum.

FICVVM genera uaria ſunt. aliæ enim candidæ, aliæ nigræ, alię rubētes, aliæ purpureæ. Albæ fertilitate & prouētu copioſo. Sunt quæ ſub hyemem matureſcunt, ſunt ſerotinę & pręcoces: inueniuntur & hybernæ quibuſdā prouincijs, ſed ingenio, nō natura. Sunt biferæ & triferæ: plerūque cū meſſe ac uindemia maturantur. Cōmendantur imprimis quos Maſſilia alit. Itaq; ficus
- *Recentes*
  - *Facilè* conficiuntur.
  - *Facilè* deſcendunt.
  - *Abſtergunt.*
  - *Arenulas* à renibus propellunt.
  - *Tenue* ſeu leue alimentum præſtāt.
  - *Flatus* generant.
  - *Aluum* leniunt.
  - *Sudorem* mouent.
  - *Omni* ferè noxa uacant.
- *Siccæ*: ſunt caricæ
  - *Improbum* & excrementoſum ſanguinem generant.
  - *Abſtergunt.*
  - *Incidunt.*
  - *Extenuant.*
  - *Reſoluunt.*
  - *Concoquunt.*
  - *Iecori* / *Lieni* — *Inflammatione* obſeſſis officiunt.
  - *Pediculos* multos generant.
  - *Educendis* è pectore proficuæ ſunt.
  - *Proſunt* deſtillationibus in fauces & thoracem.
  - *Flatuoſæ* ſunt.

## GAL. LIB. II. DE ALIMENT. FACVLT.

MEDIOCREM *uentriculo moleſtiam inferrent flatuoſitatibus quas generant, niſi etiam celerem deſcenſum eſſent adeptæ: cuius beneficio celeriter peruadentibus, flatus quem excitant, non diu manet, atq, in eo minus cæteris fructibus autumnalibus lædere conſueuerunt.*

## IBIDEM DE VVIS.

FICVS *& uuæ, quemadmodum inter fructus autumnales principatum obtinent, ita fugacibus omnibus magis nutriunt, minimumq́, praui ſucci ſunt, præſertim cum exactam maturitatē fuerint adeptæ. Nutritionis autem maximo argumento ſunt ij, qui uinearum fructum cuſtodiunt, qui cum duos menſes ſolis uuis ac ficubus, quorum cuſtodiæ præſunt, ueſcantur (niſi fortè panis quidpiam cum illis addant) corpulenti tamen admodum fiunt: at caro, quæ ex ipſis gignitur, haudquaquam eſt firma ac denſa, quemadmodum ea, quæ ex carnibus fit, ſed laxa eſt, & præhumida: ob id celeriter etiam, cum ueſci ipſis deſierint, conſtringitur ac conſidet.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0147-4
DFG

VVA, in colore, figura, ſapore, amplitudine, acini mollitie, ac duritia calli differẽtias innumeras facit. Aliæ enim purpureo lucẽt colore: aliæ fulgent roſeo, nitentq; uiridi. Candidæ enim ac nigræ uulgares. Sunt quę maximè tumeant. Sunt quæ paruæ acino & exiles. Aliæ porrò rotundantur acino, aliæ prælongo porriguntur. Alibi duriore callo, alibi prętenerę acino, Vuarũ itaq; alię

- *Maturæ*
  - *Recẽtes:* & uel
    - *Crudæ*
      - *Flatuoſæ* ſunt.
      - *Paucum* alimentum præſtant.
      - *Difficilè* coquũtur, ſi in uentre remorentur.
      - *Capitis* dolorem afferunt.
      - *Ventrem* diſtendunt.
    - *Coctæ* cũ butyro, addito pane craſsè inciſo
      - *Minus* flatuoſæ.
      - *Magis* nutriunt.
      - *Ventrem* minus diſtendunt.
  - *Aſſeruatæ*
    - *Penſiles*
      - *Meliores* ſunt recentibus.
      - *Caput* non offendunt.
      - *Non* flatuoſæ.
      - *Ventrem* minus diſtendunt.
    - *Paſſæ.* Fiunt duobus modis: aut ui ſolis, quod faciunt, ipſis in palmite relictis retorto pediculo racemi, donec marceſcãt, racemus & uuę: aut in lixiuium ipſas ſæpe fundẽtes, deinde exponẽtes ſoli æſtuanti. Harum aliæ
      - Dulces
        - *Calidiores* ſunt.
        - *Ventrem* medio modo roborant atq; aſtringunt.
        - *Conualeſcentibus* proſunt.
        - *Ventriculo*, *Iecori*, *Inteſtinis*, *Pituitoſis* humoribus — *Conferunt.*
        - *Validius* alunt quàm uuæ.
      - Auſteræ ac acerbæ
        - *Frigidiores* ſunt.
        - *Ventrem* roborant.
        - *Ventrem* aſtringũt.
- *Immaturæ*
  - *Acidæ*
    - *Magis* cæteris infrigidant.
    - *Aliquam* habent tenuitatem partium.
  - *Auſteræ*
    - *Frigidæ* ſunt & craſſarum partium.
    - *Diutius* refrigerant & aſtringunt.
    - *Minimè* uentrem pertranſeunt.

## GAL. DE ALIMENT. FACVLT.

VVAE *ficubus minus alunt, maximumq́; id ipſis ineſt commodum, quòd uelociter ſubſideant. Quocirca ſi aliquando retineantur, grauiter lædunt, cùm id maturis ficubus non inſit. Hæ namq; etſi non magnoperè deorſum concedant, modò probæ in uentriculo coctæ fuerint, innoxium corpori dant alimentũ, quorum neutrũ uuis adeſt: neq; enim retentæ probè concoquuntur: & dum in iecur uenasq́; diſtribuuntur, crudum ſuccum generant, qui nõ facilè in probũ ſanguinem mutetur.*

## IBIDEM.

EANDEM *uuæ paſſæ cum alijs uuis rationem obtinent, quàm caricæ cũ ficubus. Multæ enim ſiunt dulces, acerbæ autem omnino paucæ. Plurimæ uerò ex dulci auſteraq́; qualitate ſunt miſtæ: quanquam dulces nonnihil auſteræ quoq; qualitatis habent, & auſteræ dulcedinis. Propterea quemadmodum caloris diſcrimen nihil ad paſſularum uirtutem facit, ita nec magnitudo: ſola enim guſtabilis qualitas, omnem facultatem poteſt diſcernere.*

MORA, in nouiſsimis florere ſpectantur, & inter prima matureſcere. Arbor exacto frigore germinat. Trini ſunt ijs colores, candidus primò, mox rubeus, maturis niger. Morus algida loca reformidat: nec ubiq; prouenit: & eſt uel

- *Domeſtica:* cuius fructus
  - *Maturi*
    - *Crudi*
      - *Refrigerant.*
      - *Parum* nutriunt.
      - *Facilè* per uentrem deſcendunt, prima menſa ſumpti.
      - *Facilè* corrumpuntur: præſertim poſt alios cibos ſumpti.
      - *Ventrem* leuiter molliunt.
      - *Vrinam* prouocant.
    - *Cocti* cũ
      - *Butyro*, & pane craſsè inciſo
        - *Cibus* non ingratus.
        - *Exiguũ* corpori prębet alimentum.
        - *Ventrem* leuiter laxant.
      - *Sacchara* in forma ſyrupi. Fit Diamoron: ad
        - *Depaſcẽtia* oris ulcera, *Dentium* affectus, *Gingiuarum* noxas — *Proficit* gargarizat⁹.
  - *Immaturi*
    - *Aſtringunt.*
    - *Frigidi* ſunt & ſicci.
    - *Sanguinis* & bilis feruorẽ extinguunt.
    - *Corrumpuntur* omnino.
- *Agreſtis*, & rubus propriè appellatur: cuius fructus
  - *Minus* grati guſtui.
  - *Non* adeò facilè corrumpuntur.
  - *Ventrem* uehementius aſtringunt.
  - *Liberalius* ingeſti, capitis dolorem inferunt.
  - *Alui* excrementa non expellunt.

- IVNIPERI fructus
  - *Calidum* præſtat ſuccum, ſed paucum.
  - *Flatus* generat.
  - *Capitis* grauitatem & dolorem inducit.
  - *Extenuat* / *Detergit* } *Craſſos* & lentos humores.
  - *Vrinam* mouet.
  - *Hepar* & renes purgat.
  - *Largiter* eſus, ſtomachum mordet.
- MYRTI fructus
  - *Refrigerat* atque aſtringit, uerùm magis aſtringit quàm refrigerat.
  - *Aequè* tenuiter ac fructus iuniperi nutrit.
  - *Aluum* ſiſtit.
- MALORVM ſeu pomorum alia
  - *Sapida*
    - *Dulcia*
      - *Exquiſitè.* Horum uires ſumuntur à
        - *Natura* propria
          - *Minus* frigida / *Meliorem* ſuccum præſtant } *Quàm* cætera mala.
          - *Exiguum* corpori præbent alimentum.
        - *Præparationis* modo. Parãtur enim uel
          - *Integra*
            - *Aſſa* in
              - *Cineribus*
                - *Minimè* flatus generant.
                - *Humidum* & tenue præſtant alimentum.
              - *Paſtillis*, à corticibus, ac interioribus, ſeminibusq́; repurgata, atque pomis minutim cõciſis impleta, additis uuis paſſis, ſaccharo, butyro, & cinnamomo, &c.
            - *Condita* ſaccharo
            - (Paſtillis … / Condita ſaccharo) } *Hoc* modo parata;
              - *Guſtui* ualde amica.
              - *Facilè* concoquuntur.
              - *Melancholicis* & triſtib. pſunt.
              - *In uentre* nõ tardantur.
          - *In* particulas inciſa atque mundata à corticib. & ſeminibus: atque aut
            - *Elixa*, cum butyro, & pauco ſale, addito ſaccharo
              - *Citius* per uentrem deſcendunt.
              - *Facilè* ſuperantur.
              - *Exiguũ* corpori præſtãt alimentũ.
            - *Aſſa* in paſtillis, cum butyro, cinnamomo, zingibere, ſaccharo, & pauco ſale
              - *Facilè* cõcoquuntur.
              - *Stomacho* nõ ingrata.
              - *Leniter* nutriunt.
            - *Frixa* in butyro, fiũt placentæ,
              - *Rotundæ.* Poma in latas teſſellàs incidũtur, deinde paſta liquida, ex farina & aqua facta, oblinita, in butyro friguntur.
              - *Oblongæ.* Poma in longũ minutim inciduntur, deinde farina triticia aſperguntur, & in butyro friguntur.
              - } *Placentæ iſtæ*
                - *Cibus* ſecũdis menſis gratus.
                - *Minus* humidũ ſuccum præſtant.
                - *Appetitum* bibẽdi excitant.
      - *Non* exquiſitè, ſed cum pauca auſteritate
        - *Ventrem* roborant ſua ſubſtantia.
        - *Cor* roborant odore.
    - *Auſtera*, & acerba
      - *Cruda*
        - *Frigida* ſunt.
        - *Craſſioris* ſunt ſubſtantiæ.
        - *Tardius* per uentrem deſcendunt.
      - *Cocta*, ſiue elixa, ſiue aſſa
        - *Citius* per uentrem deſcendunt.
        - *Inſipidis* ſimilia fiunt, quorum eſt aquoſa ſubſtantia.
    - *Acida*
      - *Cruda*
        - *Frigidiora* ſunt dulcibus.
        - *Minus* flatuoſa quàm dulcia.
        - *Minus* in uentre morantur, quàm auſtera.
      - *Cocta* ſeu aſſa
        - *Febricitantibus* non inutilia.
        - *Parum* nocuum præſtant alimentum febricitantibus.
  - *Inſipida*
    - *Stomacho* nequaquam utilia.
    - *Cibo* omnino iniucunda.

## GAL. LIB. II. DE ALIMENT. FACVLT.

CAETERV'M *optima genere poma non ſunt antè colligenda, quàm in arboribus maturuerint. Concoctu enim ſunt difficilia, frigida, tardi tranſitus, & praui ſunt ſucci, ut interim omittam quòd ſuccũ etiam habent frigidum, ac leuiter craſſum. Quæ uerò bellè matura, in hyemem atq; proximũ uer aſſeruantur, ea ſæpe in morbis maximum afferunt præſidium, uel cataplaſmatis modo cum farina admota, aut in calidis cineribus mediocriter aſſata, aut pulchrè in aqua bullientis uaporib. percocta. Danda autẽ ſunt ſtatim à cibo, & aliquando etiam cũ pane ad uentriculum ſtomachumq́; corroborandum.*

- **PIRA**
  - *Dulcia* (ex quibus laudantur aromatica parua, quæ Muſcatellina uocantur)
    - *Cruda*
      - *Media* ſunt temperaturæ, ad calidius nonnihil accedentia.
      - *Cor* roborant.
      - *Os* uentriculi roborant.
      - *Sitim* ſedant.
      - *Concoctionem* iuuant.
      - *Vapores*, ad caput aſcendentes, reprimunt.
    - *Cocta*, eo modo quo mala: uidelicet
      - *Integra* aſſa in cineribus uel olla: tum cōdita ſaccharo
        - *Guſtui* & ſtomacho grata.
        - *Salubria* ſunt.
      - *In* partes diuiſa: atq; uel
        - *Elixa* cum butyro & modico ſale
          - *Succum* ſatis laudabilem generant.
          - *Sitim* ſedant.
        - *Aſſa*, in paſtillis cum cinnamomo, ſaccharo, pauco zingibere, & butyro
          - *Modicè* alunt.
          - *Stomacho* non ingrata.
        - *Frixa* in butyro, prius farina aſperſa
          - *Ventriculum* corroborant.
          - *Appetitum* excitant.
          - *Mediocriter* alunt.
  - *Auſtera*
    - *Cruda*
      - *Refrigerant.*
      - *Aſtringunt.*
      - *Ventrem* retinent ante reliquos cibos aſſumpta.
      - *Emolliunt* uentrem, poſt cibum ſumpta.
    - *Cocta* elixa, ſiue aſſa
      - *Ventriculum* roborant.
      - *Guſtui* & ſtomacho non ingrata.

- **MALA COTONEA**, Græcis Chryſomela appellantur. Hæc aut
  - *Dulciora* (quę Struthia uocantur)
    - *Cruda*
      - *Frigida* ſunt & ſicca.
      - *Aſtringunt.*
      - *Paucum* ſuccum præſtant, atq; craſſum & terrenum.
      - *Tardè* permeant.
      - *Difficilè* concoquuntur.
      - *Fluxum* uentris cohibent.
      - *Vomitum* ſedant.
      - *Eſui* inepta.
    - *Cocta*
      - *Integra*
        - *Aſſa* in
          - *Cineribus*
          - *Paſtillis*, cum uuis paſsis, cinnamomo, ſaccharo, & pauco zingibere impleta.
        - *Saccharo condita*
        - Et
          - *Ventriculo* palatoq; grata ſunt.
          - *Ventrem* roborant.
          - *Cunctis* cordis affectibus conferunt.
          - *Sitim* extinguunt.
      - *Diuiſa* atque uel redacta in
        - *Particulas*: & ſic aut
          - *Elixa* cum butyro, ſaccharo uel ſapa, modico ſale & cinnamomo.
          - *Aſſa* in paſtillis, cū butyro, ſaccharo, cinnamomo, paſſulis.
          - *Condita* ſaccharo uel melle, additis caryophillis & cinnamomo.
          - *Quæ* quidem
            - *Stomachum* corroborant.
            - *Crapulam* & ebrietatem auferunt.
            - *Vapores* caput petentes reprimūt, ſecundis menſis.
        - *Carnē*, qua deinde per cribrū tráſlata, fiūt placētæ cū ſaccharo, in furno aſſæ: uel electuariū ad ſpiſsitudinē coctū
          - *Ventrem* corroborant.
          - *Vomitum* & lienteriam ſedant.
          - *Concoctionem* iuuant.
        - *Succum*, ex quo fit cum ſacharo uel ſyrupus ſeu miua, uel conditum, ſiue electuarium clarum & tranſparens
          - *Ventriculum* roborant.
          - *Vomitum* ſedant.
          - *Appetentiam* excitant.
          - *Concoctionem* iuuant.
          - *Cor* roborant.
  - *Acida*
    - *Cruda*
      - *Frigidiora* ſunt.
      - *Aſtringunt* uehementius.
      - *Difficilius* coquuntur.
      - *Tardius* permeant.
      - *Eſui* inepta.
      - *Ventrem* cohibent ſi prius edantur.
      - *Laxant*, ſi pòſt edantur.
    - *Cocta*, ut dulciora. Similem uim obtinent, niſi quòd uehementius aſtringunt, &c.

**MALA PVNICA**
- *Dulcia*
  - *Parum* nutriunt.
  - *Stomacho* non inutilia.
  - *Febricitantibus* minimè conueniunt, propter caliditatem & flatuoſitatem quàm inducunt,
  - *Aluum* leniunt.
  - *Pectus* & ſpiritualia membra humectant.
  - *Vrinam* prouocant.
  - *Os* uentriculi abſtergunt.
- *Media*
  - *Ventriculo* utiliora, quàm cotonea mala.
  - *Nauſeam* & uomitum cholericum tollunt.
  - *Sitim* ſedant.
  - *Acutis* febribus maximè conferunt.
  - *Guſtui* cæteris præſtantiora.
- *Acida*
  - Cruda
    - *Magis* quàm cætera urinam prouocant.
    - *Cæteris* frigidiora ſunt.
    - *Bilis* feruores extinguunt.
    - *Fluxiones* ad uiſcera currentes impediunt.
    - *Abſtergunt.*
    - *Conſtringunt.*
    - *Pectori* / *Ventriculo* — *Frigida* nocent.
    - *Acutis* febribus plus cæteris opem ferunt.
    - *Inflammationes* extinguunt.
    - *Vapores* caput petentes inhibent.
  - *Condita.* Fit namq; ex ſucco eius & ſaccharo ſyrupus granatorum, qui
    - *Ad* ſanguinis feruorem ſupprimẽdum optimus eſt.
    - *Corrigit* leuem putredinem.
    - *Febres* bilioſas iuuat, & quæ ex pituitoſis multam flammam inuehunt.

**MALA CITREA**, mala etiam Medica appellantur. Horum pars
- *Externa* cortex eſt
  - Cruda
    - *Pallida* eſt, aromatica & dura.
    - *Concoctu* difficilis eſt.
    - *Aliorum* alimentorum concoctionem adiuuat.
    - *Siccat* & calefacit ordine ſecundo.
    - *Peſtilentem* aerem odore reficit.
  - *Cocta* atq; ſaccharo condita
    - *Concoctionem* adiuuat.
    - *Venenis* reſiſtit.
    - *Eaſdem* uires, quas cruda obtinet.
- *Media*, quæ ueluti caro eſt, colore alba, inſipida ferè
  - *Cruda*
    - *Dura* eſt.
    - *Difficilis* concoctionis.
    - *Parum* nutrit.
  - *Parata* cum *Saccharo* uel melle, fit conditum. / *Aceto*, oleo & ſale. — *Eaſdem* uires, quas cruda, obtinet.
- *Interna*, uel
  - *Succus*
    - *Acidus*
      - *Crudus*
        - *Refrigerat* & ſiccat ordine tertio.
        - *Non* editur.
      - *Paratus* cum ſaccharo in forma ſyrupi
        - *Aeſtum* ac feruorem bilis flauæ febrium ardentium & peſtilentialium mitigat.
        - *Sitim* uehementem reſtinguit.
        - *Putrefactionibus* reſiſtit.
    - *Dulcis*
      - *Eſui* aptus.
      - *Parum* nutrit.
  - *Semen*
    - *Digerit.*
    - *Siccat* ordine ſecundo.
    - *Venenis* reſiſtit.

- ARANZIA, Citrangula & poma aurea etiam uocātur: quorum pars
  - *Exterior* ſiue cortex
    - *Cruda*
      - *Calidior* quàm Citri cortex.
      - *Nullum* præſtat alimentum.
    - *Condita* ſaccharo uel melle
      - *Ventriculum* frigidum roborat.
      - *Pauciſsimum* præſtat alimentum.
      - *Aegrè* concoquitur.
  - *Interior*, ſiue ſuccus
    - *Dulcis*
      - *Guſtui* gratus.
      - *Aquoſum* & paucum alimentum præſtat.
      - *Ventrem* nonnihil roborat.
      - *Ad* quandam caliditatem uergit.
      - *Pituitoſis* & melancholicis febribus opem fert.
      - *Obſtructiones* reſecat.
    - *Acidus*: atq; is ſumptus
      - *Solus* & ſine alijs cibis
        - *Nullum* præſtat alimentum.
        - *Refrigerat.*
        - *Sitim* extingit.
        - *Aſtringit.*
      - *Cum* alijs cibis: uidelicet cum
        - *Carnibus*, uel piſcibus, quibus inſpergitur ſuccus
          - *Guſtum* mouet.
          - *Appetitum* excitat.
          - *Stomacho* gratus.
          - *Vomitum* cohibet, &c.
        - *Saccharo* & pane comeſtus
          - *Bilem* in uentre ſupprimit.
          - *Ardorem* / *Sitim* — Sedat.
    - *Medius* inter dulcem & acidum
      - *Sitim* extinguit.
      - *Vomitum* cohibet.
      - *Febricitantibus* confert.
      - *Guſtui* gratior eſt.
      - *Appetitum* excitat.
      - *Guttur* lenit.

- LIMONVM pars
  - *Exterior* ſiue cortex
    - *Pallida* eſt.
    - *Citreo* malo ſimilis colore.
    - *Difficilè* concoquitur.
    - *Odoris* ſuauitate commendatur, ut citrum.
    - *Acrior* citri cortice.
    - *Facultate* parum diſsimilis citreo malo.
  - *Interior*, ſiue ſuccus acidus: & uel
    - *Crudus*
      - *Frigidior* ſicciorq; citri ſucco habetur.
      - *Acutis* febribus repugnat.
      - *Appetitum* excitat.
      - *Craſſos* humores incidit.
      - *Vomitum* & nauſeam ſedat.
    - *Paratus*: uel
      - *Cum* ſalſamentis & obſonijs miſtus
        - *Appetitum* excitat.
        - *Guſtum* mouet.
        - *Vomitum* reprimit.
      - *In* forma ſyrupi
        - *Vehementius* infrigidat & penetrat quàm ſyrupus acetoſitatis citri.
        - *Contra* putrefactionem ualet.
        - *Contra* uermes.
        - *Contra* uehementiam caloris febrilis, & alios crudos humores ualet.

- ZIZIPHA, à Galeno Serica, uulgò Iuiubæ appellantur.
  - *Temperatæ* ſunt naturæ.
  - *Parum* nutriunt.
  - *Difficilè* permeant, ob lentorem.
  - *Iecur* & lienem obſtruunt.
  - *Thoracis* & pulmonis morbis à tenui & calida fluxione excitatis, utiles.
  - *Difficilè* concoquuntur.
  - *Ventriculum* lædunt.
  - *Mulierum* atq; infantium effrenatorum eſt cibus.

- MYXA, quæ Sebeſtena appellantur
  - *Parum* nutriunt.
  - *Lentum* ſuccum præſtant.
  - *Calidas* fluxiones in thoracem & pulmonem cohibent.
  - *Temperatæ* naturæ ſunt.
  - *Tuſsientibus* conferunt.
  - *Gutturi* exaſperato auxiliantur.
  - *Ventrem* laxant.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0152-1

- **CAPPARES**
  - *Retentes*
    - *Magis* quàm ſaliti alunt.
    - *Obſtructiones* magis quàm ſaliti aperiunt.
    - *Mali* ſunt ſucci.
    - *Minus* calidi quàm ſaliti ſunt.
  - *Saliti* ad nos deferuntur, ne corrumpantur, deinde in aqua macerati, uel modicè elixati, depoſito ſale, eduntur cum oleo & aceto.
    - *Calidi* ſunt & ſicci.
    - *Appetitum* excitant.
    - *Iecoris* & lienis obſtructiones aperiunt.
    - *Ventris* pituitam detergunt.
    - *Tenue* alimentum præbent & paucum.
    - *Reſoluunt.*
    - *Aperiunt.*
    - *Abſtergunt.*
    - *Aſthmaticis* proſunt.
    - *Alui* tineas necant.

- **CERASA**
  - *Acida*
    - *Cruda*
      - *Recentia*
        - *Refrigerant.*
        - *Facile* ſuperantur.
        - *Facilè* per uentrem deſcendunt.
        - *Sitim* ſedant, & extinguunt.
        - *Ventrem* ac iecur calidum attemperant.
        - *Appetitum* excitant.
        - *Incidunt.*
        - *Ventriculo* pituitoſo conferunt.
      - *Aſſeruata* ſeu ſicca
        - *Bilis* feruorem reprimunt.
        - *Ardenti* ſiti repugnant.
        - *Ventriculum* cohibent.
        - *Linguæ* ſcabritiem leuigant.
        - *Cibi* appetentiam reſtituunt.
    - *Parata*
      - *Condita* ſaccharo, & ſeruantur nonnunquam in liquida, à nonnullis in ſolida forma
        - *Selectiſſimum* alimentum medicamentoſum.
        - *Ventriculum* / *Iecur* — *Calidum* contemperant.
      - *Cocta* cum butyro, pane craſſe inciſo, & ſaccharo
        - *Exiguum* alimentum præſtant, & frigidum.
        - *Sitim* ſedant.
        - *Appetitum* excitant.
        - *Ventrem* & iecur contemperant, &c.
  - *Dulcia*
    - *Appetitum* commouent.
    - *In* uentre non tardantur.
    - *Non* facilè in uentre corrumpuntur.
    - *Aluum* molliunt.
    - *Aquoſum* ſanguinem generant.
    - *Mollia* citius putreſcunt.
    - *Dura* meliora habentur.

- **PRVNA**
  - *Cruda*
    - *Dulcia*
      - *Magis* uentrem ſoluunt.
      - *Facilè* concoquuntur.
      - *Facilè* deſcendunt.
      - *Minimum* alimenti corpori præbent.
      - *Frigida* ſunt & humida.
    - *Acida* & auſtera
      - *Magis* uentrem aſtringunt.
      - *Sitim* extinguunt.
      - *Refrigerant.*
      - *Appetitum* excitant.
    - *Media*
      - *Guſtui* grata.
      - *Appetitum* excitant.
      - *Aluum* mediocriter laxant, &c.
  - *Cocta*: & uel
    - *Recentia*, cum ſaccharo
      - *Aluum* emolliunt.
      - *Refrigerant*, &c.
    - *Sicca*
      - *Aluum* mediocriter laxant.
      - *Exiguum* corpori alimentum præbent.
      - *Refrigerant*, &c.

MALA

**MALA PERSICA duorũ generũ ſunt:**

- *Duracina*, dicuntur quæ externa ſuperficie lanuginoſa ſunt, quædam lanugine carent: & hæc uel
  - *Separabilia* ab oſsibus: aut
    - *Cruda*
      - *Refrigerant* atq; humectant.
      - *Facilè* per uentrem deſcendunt.
      - *Prauum* ſuccum generant.
      - *Prima* menſa ſumi debent.
    - *Cocta*
      - *Recentia*
        - *Integra*, & uel
          - *In* butyro frixa & cũ ſaccharo comeſta
            - *Guſtui* grata.
            - *Facilè* per uentrem deſcendunt.
            - *Paucum* & prauum alimentum præſtant.
          - *Sacchаro* condita
            - *Ventrem* roborant.
            - *Appetitum* excitant.
            - *Oris* odorem bonum faciunt.
        - *Inciſa*, & uel
          - *Cum* butyro & ſaccharo cocta.
          - *In* paſtillis, cum butyro, cinnamomo, zingibere, & ſaccharo aſſa.
          - *Hic* ſanè cibus
            - *Gratus* eſt.
            - *Paucum* tamen prauumq; ſuccum generat.
      - *Sicca* cum butyro, ſaccharo, cinnamomo, zingibere, &c.
        - *Plus* nutriunt.
        - *Aegrius* concoquuntur.
        - *Tardè* permeant.
        - *Malum* ſuccum præſtant.
  - *Inhærentia* oſsibus
    - *Aegrius* concoquuntur.
    - *Febres* generant.
    - *Humores* putridos generant.
- *Chryſomela*, id eſt, aurea mala: quorum alia
  - *Præcoqua* ſeu Pręcocia: quoniã ante alia ſui generis mala maturãtur
    - *Refrigerant* atq; humectãt.
    - *Minus* mala quàm perſica.
    - *Minus* facilè corrũpuntur.
  - *Armenica*, quæ Præcocijs minora ſunt, & magis aromatica, & guſtui omnibus gratiora
    - *Refrigerant* atq; humectant.
    - *Cæteris* omnibus meliora ſunt.
    - *Suauiora* guſtui.
    - *Stomacho* utiliora.
    - *Non* ſicut perſica facilè corrumpuntur.
    - *Meliorem* ſuccum præſtant.

## GAL. DE ALIM. FACVLT.

PERSICORVM *ſuccum facilè corrumpi & penitus noxium eſſe pronunciamus. Quamobrem poſt alios cibos minimè mandenda ſunt, ut quibuſdam mos eſt. Nam in ſuperficie natantia, citò corrumpuntur. Quare huius quoq; dicti meminiſſe decet: Omnia uidelicet cibaria prauum ſuccum, cum humiditate & lubricitate obtinentia, & facilè deorſum deſcendentia, prima menſa ſumenda eſſe: nam ſi poſtremò aſſumantur, unà ſecum alia in corruptionem trahunt.*

**MESPILA & SORBA**

- *Aſtringunt*, & quidem meſpila uehementius quàm ſorba.
- *Medicamentoſa* magis quàm alimentoſa.
- *Ventrem* conſtipant / *Singultum* pariunt — *Largius* ſumpta.
- *Frigida* ſunt & ſicca.
- *Aluum* præaſſumpta, retinent.
- *Parum* uel nihil alunt.

**PALMAE fructus ſeu DACTYLI**

- *Maturi*
  - *Recentes*
    - *Flatumq;* generant.
    - *Caput* grauant & calefaciunt.
    - *Nocentiores* ſunt.
  - *Sicci*
    - *Iecur* / *Lienem* — *Obſtruunt.*
    - *Pulmonis* morbis proſunt.
    - *Caput* grauant.
    - *Ventriculi* os aliquo modo mordent.
    - *Craſſum* omnino generant ſuccum.
    - *Flatum* generant.
    - *Difficilè* concoquuntur.
- *Immaturi*
  - *Flatum* generant copioſum.
  - *Difficilè* coquuntur.
  - *Ventrem* aſtringunt.

**OLIVAE**
- *Maturæ*: eduntur cum ſale
  - *Temperatæ* ſunt caliditatis.
  - *Humorem* generant melancholicum.
  - *Nullam* manifeſtam habent aſtrictionem.
  - *Mæſtitiam* pariunt.
  - *Dolorem* cordis generant.
  - *Parum* nutriunt.
  - *Ventriculum* molliunt.
  - *Facilè* putreſcunt.
- *Immaturæ*. Hæ condiuntur muria, additis anetho, thymo & folijs lauri: à quibuſdã muria tantùm cõdũtur, edũturq; cũ oleo & ſale.
  - *Aſtringunt*.
  - *Os* uentriculi roborant.
  - *Appetitum* excitant.
  - *Humores* craſſos & melancholicos generant.
  - *Vomitum* / *Aluum* fluentem — Cohibent.
  - *Aegrè* concoquuntur.
  - *Sitim* excitant.

**IVGLANDES ſeu NVCES**
- *Crudæ*
  - *Recentes*
    - *Humidiores* ſunt.
    - *Detergunt*.
    - *Aſtringunt*.
    - *Citius* concoquuntur.
    - *Nõ* adeò oleoſam poſsident facultatem.
    - *Qualitatis* quodammodo ſunt expertes.
  - *Antiquæ*
    - *Calidæ*.
    - *Ventriculum* exulcerant, frequentius ſumptæ.
    - *Aſtringunt*.
    - *Facilius* quàm auellanæ concoquuntur.
    - *Parum* nutriunt.
- *Paratæ* cum
  - *Caricis*, additis rutæ folijs
    - *A peſte* præſeruant, ſi mane antè alios cibos edantur, pauco uino diluto ſuperbibito.
  - *Mica* panis, in aqua uel iure carnium madefacta, ac allio pauco & ſale, omnia ſimul malaxata, & ſenſim aqua infuſa calida, uel iure piſcium, fit ſalſamentum
    - *Guſtui* gratum.
    - *Capitis* efficit dolorem.
    - *Humores* aſſat frequens eius uſus.
    - *Appetitum* excitat.

**AVELLANAE**
- *Crudæ*
  - *Craſsiorem* ſuccum quàm nuces præſtant, ac magis terrenum.
  - *Difficilius* concoquuntur quàm nuces.
  - *Frigidæ* ſunt.
  - *Minus* oleoſæ ſunt.
  - *Bilem* generant.
  - *Capitis* dolores inducunt.
- *Aſſæ* in cineribus
  - *Melius* coquuntur.
  - *Suauiores* ſunt.
  - *Os* uentriculi roborant in poſtremis menſis.
  - *Fumos* in caput aſcendentes arcent.

**AMYGDALAE**
- *Crudæ*
  - *Dulces*
    - *Modicè* nutriunt.
    - *Tenuem* ſuccum præſtant.
    - *Attenuant*.
    - *Thoracem* & pulmonem detergunt.
    - *Iecoris* obſtructiones auferunt.
    - *Modicè* calidæ ſunt.
    - *Abſtergunt*.
    - *Soporem* inducunt.
    - *Viſum* clarificant.
    - *Recentes* cum ſuo putamine, humida ſtomachi uitia recreant.
  - *Amaræ*
    - *Attenuant* magis quàm dulces.
    - *Detergunt*.
    - *Craſſos* ac lentos humores incidunt.
    - *Viſcera* purgant.
    - *Humores* è pulmonibus ac thorace ſputis expectorant.
    - *Ebrietatem* arcent, ſi quinq; uel ſeptem præſumantur.
- *Coctæ*: ex ijs namq; uaria ciborum genera conficiuntur: ſcilicet
  - *Amygdalata*: maxalatis uidelicet amygdalis, aqua ſuperaddita, ac per linteũ colato ſucco, deinde ſaccharo addito, & igne lento feruefactis
    - *Parum* nutrit.
    - *Somnum* conciliat.
    - *Tenuè* ſuccum præſtat.
    - *Pectus* lenit.
  - *Panes* marſici, qui ex amygdalis dulcibus, ex aqua roſacea macer atis, ſubactisq; conficiuntur: quibus aliquando pineæ addun tur. Sacchari autem dimidia omnium pars eſſe debet.
    - *Vires* recreat.
    - *Bonum* præſtat alimentum.
    - *Semen* auget.
    - *Pectus* lenit, &c.
  - *Paſtilli*, &c. uidelicet piſtis ijs, & additis uuis paſsis, ſaccharo, & aqua roſacea.
    - *Bonũ* & laudabilẽ ſuccũ præſtat.
    - *Pulmonem* lenit.
    - *Semen* auget.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0155-8

**PISTACIA,** quæ etiam Fiſtica appellantur
- *Parum* alunt.
- *Semen* generant.
- *Iecur* ab obſtructione liberant.
- *Neq;* aſtringunt neq; emolliunt uentrem.
- *Calida* ſunt & humida.
- *Pectoris* humiditates eijciunt.
- *Renes* purgant.
- *Ventriculum* corroborant.
- *Nauſeam* fugant.
- *Venenis* repugnant, cum uino cocta.
- *Venereis* medicamentis utiliter interponuntur.

**NVX Pini**
- *Parum* calida & non parum humida.
- *Craſſum* præſtat ſuccum & multum.
- *Semen* generat.
- *Capitis* dolorem inducit.
- *Ventriculum* debilitat.
- *Prodeſt* humoribus, à thorace & pulmone ſpuendis.

**CASTANEA** agreſtis fructus eſt, eaq; aut
- *Cruda*
  - *Recens* & uiridis
    - *Craſſum* ſuccum præſtat.
    - *Difficilè* coquitur.
    - *Tardè* permeat.
    - *Valde* aſtringit.
    - *Sputionem* impedit.
    - *Tuſsim* generat.
    - *Flatus* parit.
  - *Antiqua* ſeu areſacta
    - *Difficilius* quàm recens concoquitur.
    - *Minus* flatuoſa.
- *Cocta*: atq; uel
  - *Elixa*
    - *Omnibus* eſt melior.
    - *Non* aſtringit.
    - *Facilè* concoquitur, ac per uentrem deſcendit.
    - *Flatum* paucum generat.
    - *Boni* ſucci eſt.
    - *Valde* nutrit.
    - *Craſsi* ſucci eſt, ſed non mali.
  - *Aſſa* in cineribus
    - *Minus* flatuoſa eſt.
    - *Paulò* difficilius concoquitur quàm elixa.
    - *Bonum* præſtat alimentum.
    - *Abundè* nutrit.

**GLANDES**
- *Crudæ*
  - *Vehementer* aſtringunt.
  - *Craſſum* ſuccum præſtant ac malum.
  - *Porcorum* cibus familiaris.
- *Coctæ*
  - *Elixæ*
    - *Meliores* ſunt crudis ac aſsis.
    - *Minus* acerbæ / *Minus* malæ — *Quàm* crudæ.
    - *Minus* aſtringunt quàm aſſæ.
    - *Facilius* ſuperantur quàm aſſæ.
  - *Aſſæ*
    - *Minus* ſunt flatuoſæ quàm elixæ.
    - *Meliores* quàm crudæ.
    - *Facilius* coquuntur quàm crudæ.

**SILIQVA**
- *Recens*
  - *Facilè* deſcendit per uentrem.
  - *Parum* nutrit.
  - *Porcorum* cibus eſt.
  - *Prauos* generat ſuccos.
- *Sicca*
  - *Stomachum* roborat.
  - *Difficilius* concoquitur.
  - *Ventrem* retinet.
  - *Prauos* generat ſuccos.
  - *Vrinam* prouocat.
  - *Lignoſa* exiſtit.

De Ra-

# De Radicibus.

**RAPAE**
- *Crudæ*
  - *Flatus* generant.
  - *Parum* alunt.
  - *Crudum* aceruant ſuccum.
- *Coctæ* : & uel
  - *Integrè*, in cineribus, atque cum oleo, aceto & ſale comeſtæ
    - *Minus* flatuoſæ.
    - *Parum* alunt.
    - *Appetitum* excitant.
    - *Ventrem* neque ſiſtunt neque molliunt.
  - *Inciſæ* atque elixæ uel
    - *In* iure carnium
      - *Ventrem* neq; ſoluunt, neque retinent,
      - *Celerius* coquuntur.
      - *Parum* alunt.
      - *Vrinam* parum mouent.
      - *Venerem* ſtimulant.
    - *Cum* carnibus porcinis, uel pinguibus
      - *Fungoſam* carnem generant.
      - *Non* ualde craſſum alimentum præbent;
      - *Ventrem* neq; ſiſtunt, neq; mouent.
    - *Cum* aqua, butyro & melle, additis ſale, pipere, caryophillis & croco
      - *Celerius* concoquuntur.
      - *Humores* craſſos extenuant.
      - *Flatus* magis diſcutiunt.
      - *Fungoſam* generant carnem.

**NAPI**
- *Calidi* ſunt & humidi.
- *Crudam* pituitam prouocant.
- *Venerem* augent.
- *Pectus* dilatant.
- *Vrinam* ciunt.
- *Modicè* alunt.

**RAPHANUS** Græcis, Latinis radicula dicitur: cuius
- *Folia*
  - *Calefaciunt*, Extenuant, Vrinam mouent.
  - *Arenulas* à renibus purgant cum oleo & aceto manſa.
  - *Prima* menſa ſunt aſſumenda.
- *Radix*
  - *Calefacit* ſupra ſecundum ordinem.
  - *Extenuat* pituitam.
  - *Coctionem* aliorum adiuuat.
  - *Aluum* ſubducit, cum ſale, aceto & oleo prima menſa ſumpta.
  - *Excrementa* auget, Flatus generat.
  - *Ventrem* turbat, Aegrè concoquitur.
  - *Dentibus* nocet, Ructus commouet.
  - *Oculis*, *Capiti* } Nocet.
  - *Vrinam* cit.

**PASTINACA**
- *Alba*
  - *Cruda*
    - *Difficilè* concoquitur in uentre.
    - *Prauum* generat ſuccum.
  - *Cocta*
    - *Elixa*
      - *In* iure carnium
        - *Manifeſtè* calefacit.
        - *Minus* quàm rapæ alit.
        - *Aegrè* conficitur.
        - *Vrinam* pellit.
        - *Paucum* alimentum præſtat.
      - *Cum* carnib. porcinis, uel butyro & ſale
    - *Aſſa* in cineribus, deinde uino immerſa
    - (Cum carnib. porcinis, uel butyro & ſale; Aſſa in cineribus, deinde uino immerſa) *Hæc*
      - *Prauum*, calidũ, & nõ lentũ, nec craſſum præſtat alimentũ,
      - *Vrinam* cit.
      - *Stomacho* utilis,
      - *Appetitum* excitat.
      - *Venerem* ſtimulat.
      - *Immodicè* ueſcentibus prauum generat ſuccum.
- *Rubra*
  - *Cocta*, deinde cum aceto & ſale, uel etiam oleo in primis menſis comeſta
    - *Guſtui* grata eſt.
    - *Appetitum* excitat.
    - *Stomacho* amica.
    - *Vrinam* cit.
  - *Condita* ſaccharo uel melle, additis cinnamomo, zingibere, caryophillis, coriandro & aniſo, &c. & ſecundis menſis comeſta
    - *Stomacho* & guſtui grata.
    - *Ventriculum* calefacit atq; roborat.
    - *Coctionem* adiuuat.
    - *Appetitum* excitat.
    - *Vrinam* pellit.
    - *Non* improbum ſuccum præſtat.
    - *Venerem* excitat.

- PETROSELINI radices
  - *Cruda*
    - *Eſui* ineptæ.
    - *Calefaciunt.*
    - *Vrinam* mouent.
    - *Obſtructiones* auferunt, &c.
  - *Elixa* in iure carnium
    - *Stomacho* gratæ.
    - *Obſtructiones* hepatis, lienis & renum aperiunt.
    - *Vrinam* pellunt.
    - *Arenulas* ex renibus educunt.
    - *Parum* alunt, &c.

- SISER, aut
  - *Elixum* / *Aſſum* in cineribus
    - *Deinde* cum oleo, aceto & ſale comeſtum
      - *Parum* alit.
      - *Vrinam* cit.
      - *Obſtructiones* aperit.
      - *Ventriculum* iuuat.
      - *Appetitum* excitat.
  - *Frixum* in butyro, prius tamen elixum, dein liquida paſta, ex farina, aqua & uino facta, intinctum frigitur in butyro
    - *Craſſum* & flatuoſum ſuccum præſtat.
    - *Carnem* generat leuem, ut napi, & quæ facilè diſſoluatur.
    - *Vrinam* mouet.
    - *Venerem* ſtimulat.

- ARON, cuius radicem quidam mandunt elixam cum aceto, oleo & ſale
  - *Craſſos* humores extenuat.
  - *Sputum* craſſum ac uiſcidum expulſioni parat.
  - *Paucum* ſuccum neq; bonum præſtat.
  - *Medicamentoſa* potius quàm alimentoſa eſt.

- DRACONTIVM
  - *Medicamentoſum* eſt.
  - *Eſui* ineptum eſt.
  - *Parum* nutrit.
  - *Craſſos* ac lentos humores in pulmone & thorace incidit eijcitq́;.

- ASPHODELVS
  - *Facultatem* tenuandi & aperiendi habet, quemadmodum & Dracontij radix.
  - *Editur* contra ſerpentium morſus, elixus ter aut quater, deinde additis aceto, oleo & ſale.
  - *Ictericis* confert.
  - *Magnitudine*, figura, & amarore ſcillæ radici ſimilis eſt.

- BALBISCVLENTI
  - *Appetitum* excitant.
  - *Humores* ſputioni parant.
  - *Incidunt.*
  - *Extenuant.*
  - *Succos* generant craſsiores.
  - *Semen* genitale augent.
  - *Ad* uenerem alacriores reddunt homines.
  - *Flatus* ac tormina excitant, niſi probè fuerint concocti.

- CAEPA
  - *Cruda* ac cum pane comeſta
    - *Succos* crudos multos generat.
    - *Pituitam* tenuem auget.
    - *Paucisſimum* præbet alimentum.
    - *Extenuat* craſſos humores thoracis & pulmonis, & eos ſpuitioni parat.
    - *Capitis* dolorem infert.
  - *Cocta*
    - *Elixa*
      - *Cum* carnibus
        - *Copioſius* alit.
        - *Non* adeò crudum præbet alimentum.
      - *In* aqua & butyro, additis ſapa, pipere, croco & caryophillis
        - *Facilè* coquitur & per uentrem deſcendit.
        - *Calidum* ſuccum præſtat.
        - *Capitis* infert dolorem.
    - *Frixa* cum ſapa uel melle, & butyro uel oleo
      - *Facilè* concoquitur.
      - *Alimentum* calidius præſtat.
      - *Capitis* dolorem infert.
    - *Aſſa* in cineribus, deinde aceto, oleo & ſale menſa
      - *Appetitum* excitat.
      - *Vrinam* mouet.
      - *Renes* mundat ab arenulis & pituita.

POR-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0158-6

- PORRVM
  - *Domeſticum*
    - *Crudum* à ruſticis cum pane editur.
    - *Extenuat.*
    - *Calefacit.*
    - *Vrinam* & menſtrua cit:
    - *Ructus* commouet.
    - *Inflat.*
    - *Atrabilarium* generat ſuccum.
    - *Caput* offendit.
    - *Pectus* dilatat.
  - *Syluestre*
    - *Magis* calefacit.
    - *Alui* tineas necat & educit.
    - *Caput* infeſtat.
    - *Gingiuas* & dentes corrumpit.
    - *Viſum* hebetat.
    - *Mordicat* & inflat.
    - *Atrabilarium* generat ſuccum.

- ALLIVM
  - *Crudum*
    - *Valde* calidum eſt.
    - *Nullum* præſtat alimentum.
    - *Colicum* dolorem ſedat à frigore aut à flatu.
    - *Flatus* diſcutit.
    - *Capitis* generat dolorem.
    - *Vocem* clarificat.
    - *Alui* tineas necat.
    - *Vrinam* cit.
    - *Venerem* excitat.
    - *Morboſis* partib. dolorem infert.
    - *Vtero* gerentibus nocet.
  - *Coctum*
    - *Elixum*
      - *Pauxillum* præbet alimentum & extenuantem.
      - *Capitis* dolorem infert, &c.
    - *Aſſum*
      - *Flatus* diſcutit.
      - *Capitis* dolorem facit, &c.

- TVBERA, eduntur elixa in aqua & ſale breui tempore, deinde abiecta aqua, rurſus in alteram calidam aquam tranſlata, additis oleo, uel butyro, pipere, zingibere & pauco aceto
  - *Frigida* ſunt & inſipida.
  - *Aqueum* præſtant alimentum, ſed craſsius quàm cucurbita.
  - *Boni* ſucci ſunt Galeno.
  - *Melancholici* ſucci ſunt Auicennæ.
  - *Facilè* corrumpuntur in uentriculo.
  - *Aegrè* concoquuntur.
  - *Colicam* faciunt.
  - *Venerem* excitant.

- FVNGI
  - *Nigri*, & qui in locis putridis & fimoſis naſcuntur, uitandi ſunt. Quoniã
    - *Apoplexiam* / *Paralyſim* / *Colicam* / *Inſpirandi* difficultatem / *Venenorum* ſymptomata — Efficiunt.
    - *Vrinam* retinent.
  - *Albi*, Boleti uocati, probè parati, edi poſſunt, rarò tamen
    - *Frigidi* ſunt in tertio gradu.
    - *Pituitam* augent.
    - *Craſſum*, frigidum & humidum præſtant alimentum.
    - *Parantur* ut tubera.
    - *Poſt* hos uinum uetus & meracum bibendum.

- RADIX ENVLAE
  - *Calida* eſt & ſicca.
  - *Craſſam* ex pectore pituitam educit.
  - *Genitale* minuit ſemen.
  - *Capitis* dolorem aufert.
  - *Vrinæ* ſtillicidia emendat.
  - *Triſticiam* & mœrorem fugat.
  - *Concluſa* foramina aperit.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0159-4

# De Carnibus, in genere & ſpecie.

- **Caro in**
  - *Genere.* Vide in ſequentibus, ſub ſigno A.
  - *Specie.* Sic caro animaliū aut
    - *Terreſtriū*
      - *Quadrupedū:* & uel
        - *Domeſticorum.* Vide in ſequentibus, ſub ſigno B.
        - *Sylueſtriū:* uidelicet
          - *Apri*
            - *Bonum* ſuccum præſtat, ſi probè concoquatur.
            - *Siccior* eſt, quàm domeſtica.
            - *Hyeme* magis conuenit.
          - *Leporis*
            - *Melancholicum* ſanguinem generat.
            - *Difficilè* concoquitur, Triſticiam affert.
            - *Paucum* alimentum & malum præſtat, Iuuenis non reprobatur.
            - *Temperamento* calida eſt & ſicca.
          - *Vulpis*
            - *Prauum* ſuccum & bilioſum generat.
            - *Eſui* inepta ob fœtorem & acrimoniam.
          - *Cerui*
            - *Domeſtici*
              - *Minus* ſicca quàm montani.
              - *Temperantior* eſt.
              - *Caſtratorum*
                - *Parum* ſicca.
                - *Non* excrementoſa.
                - *Non* inſalubris.
            - *Montani*
              - *Senis*
                - *Sicca* eſt atque terrena & frigida.
                - *Difficilis* concoctionis.
                - *Prauum* & melancholicum ſuccum præſtat.
                - *Elixa* edenda eſt, ob ſiccitatem.
              - *Iuuenis* & pinguis
                - *Melior* eſt.
                - *Laudabilior* pars ea eſt, quæ circa lumbos eſt.
                - *Minus* excrementoſa.
          - *Capreoli*
            - *Bonum* ſuccum præſtat.
            - *Guſtui* ſaporoſa eſt, Facilè concoquitur.
            - *Laudabilem* generat ſanguinem.
          - *Damæ*
            - *Media* eſt inter ceruinam & ueruecinam.
            - Ceruina tanto { *Humidior*, *Mollior*, *Facilioris* cōcoctionis } *Quanto* ueruecina { *Siccior.* *Durior.* *Difficilioris* concoctionis. }
            - *Elixa* optima eſt, & aſſa non mala.
          - *Cuniculi*
            - *Sicca* eſt minus leporina.
            - *Minus* mali ſucci eſt leporina.
            - *Alimentum* præſtat ſiccum & malum & paucum.
            - *Domeſtici*
              - *Minus* ſicca eſt quàm ſylueſtris.
              - *Excrementoſa* eſt.
              - *Guſtui* minus grata.
          - *Erinacei*
            - *Calida* eſt & ſicca, Vrinam mouet.
            - *Paucum* & malum ſuccum præſtat, Difficilè concoquitur.
            - *Confert* Elephantiaſi, Anaſarcæ & conuulſis, ad quæ utilior eſt in furno areſacta, in puluerem redacta ac bibita.
          - *Vrſi*
            - *Glutinoſiſſima* eſt.
            - *Aegrè* concoquitur.
            - *Peſſimum* præbet alimentum.
      - *Reptilium:* uidelicet cochlearum
        - *Dura* eſt, Difficilè concoquitur.
        - *Melancholicum* ſuccum præſtat.
        - *Eduntur* frixæ in oleo, addito pipere.
        - *Eduntur* etiam bis elixatæ, prima aqua abiecta, ſecundæ uerò, additis pipere, croco, & caryophillis: atque hoc modo paratæ non contemnendum alimentum præbent.
    - *Volatilium*
      - Aereorum
        - *Domeſticorum.* Vide in ſequentibus, ſub ſigno C.
        - *Syluestrium.* Vide in ſequentibus, ſub ſigno D.
      - *Aquaticorū:* uidelicet
        - *Anſerum*
          - *Minus* excrementoſa quàm anatum.
          - *Meliores* ſunt, qui annum non exceſſerunt.
          - *Plus* fibroſa quàm anatum.
          - *Alæ* & uentriculus eliguntur.
          - *Edenda* eſt cum ſalſamentis, quæ acetum recipiunt.
        - *Anatum*
          - *Domeſticorum*
            - *Calida* & humida eſt.
            - *Multum* præſtat alimentum, ſed excrementoſum.
            - *Difficilè* coquitur.
          - *Volatilium*
            - *Frigidior* eſt.
            - *Difficilius* coquitur.
            - *Non* adeò excrementis abundat.
    - *Aquatilium.* Vide in ſequentibus, ſub ſigno E.

- A. *Caro* in genere. Harum differentiæ ſumuntur ab
  - *Aetate.* Sic caro animalium aut
    - *Lactantium*, & quidem
      - *Siccorum* animalium
        - *Temperata* ferè.
        - *Concoctu* facilis.
        - *Boni* eſt ſucci.
        - *Bonum* ſanguinem præſtat.
      - *Humidorum*
        - *Humida*, *Lubrica*, *Excrementoſa*, *Pituitoſa*, *Glutinoſa*, *Craſſi* ſucci — *Eſt.* Nam carnes ubi in lucem editæ ſunt, mucoſæ ſunt, & præcipuè humidiorum animaliũ, ut agni & ſuis. Verùm hœdi & uituli, & quæ natura ſunt ſicciores, multò melius coquuntur, &c.
    - *Non lactantium*: & uel
      - *Iuuenum*
        - *Probatiſſima* eſt.
        - *Bonum* ſuccum præſtat.
        - *Facilè* concoquitur.
      - *Senum* ac decrepitorum
        - *Malum* ſuccum præſtat.
        - *Dura*, *Sicca* — Eſt.
        - *Difficilè* concoquitur.
        - *Melancholicum* & glutinoſum ſuccum præſtat.
  - *Habitu.* Sic caro animalium aut
    - *Pinguium*
      - *Malum* ſuccum præſtat.
      - *Humida* & glutinoſa eſt.
      - *Difficilè* concoquitur.
      - *Excrementoſa*, *Lubrica* — Eſt.
      - *Nauſeam* parit.
      - *Facilè* ſaturat.
    - *Macilentorum*
      - *Exiguum* præſtat alimentum.
      - *Sicca*, *Neruoſa* — Eſt.
      - *Malum* ſuccum generat.
    - *Mediocrium*
      - *Probatiſſima* eſt.
      - *Facilè* concoquitur.
      - *Bonum* & laudabilem ſuccum præſtat.
  - *Sexu.* Nam cato
    - *Maſculi*
      - *Calidior* eſt.
      - *Siccior* ac fibroſior exiſtit.
    - *Fœminæ*
      - *Frigidior*, *Humidior*, *Mollior* — Eſt.
  - *Præparatione.* Nam
    - *Aſſa* in ueru
      - *Abundantius* alit.
      - *Vires* reficit ſi digeratur.
      - *Aegrè* concoquitur.
    - *Elixa*
      - *Mollis* ac lenis exiſtit.
      - *Boni* eſt ſucci.
      - *Celeriter* nutrit.
    - *Frixa*
      - *Mala eſt.*
      - *Malum* ſuccum præſtat.
      - *Difficilè* concoquitur.
    - *Macerata*, quæ maceratio fit carnibus aeri appenſis, quæ eſt ueluti fermentatio ipſarum. Macerantur autem carnes
      - *Parum* ſeu non diu, & ſic eduntur elixæ aut aſſæ, recentes
        - *Omnium* optima eſt.
        - *Saluberrima* eſt.
      - Diu
        - *Simpliciter*, Facilè corrumpuntur.
        - *Seruatæ* ſale, aceto
          - *Prauum* ſuccum præſtat.
          - *Caput* grauat.
          - *Facilius* coquitur.
          - *Appetitum* excitat.

- B. Caro animalium domeſticorum: ui deliset
  - *Vituli*
    - *Lactentis*
      - *Temperata* eſt, Facilè concoquitur.
      - *Puriorem* ſanguinem generat.
      - *Rubeam* à uentriculo fugat bilem.
    - *Non* lactentis
      - *Bonum* ſuccum præſtat.
      - *Facilis* concoctu eſt.
      - *Melior* eſt bubula.
  - *Agni*
    - *Lactentis*
      - *Humida* — *Eſt.*
      - *Viſcida.* — *Eſt.*
      - *Excrementoſa* — *Eſt.*
      - *Mucoribus* plena — *Eſt.*
      - *Craſſi* ſucci — *Eſt.*
      - *Aſſa* melior eſt quàm elixa.
    - *Non* lactentis
      - *Melior* eſt, Facilè concoquitur.
      - *Bonos* parit ſuccos.
      - *Copioſius* alit.
  - *Caſtrati*, ſeu ueruecis
    - *Iuuenis*
      - *Omnium* optima eſt.
      - *Bonum* ſuccum præſtat, & copioſum & conſtantem.
      - *Facilè* concoquitur, Saluberrima eſt.
    - *Senis*
      - *Mala* eſt.
      - *Difficilè* concoquitur.
      - *Melancholicum* ſuccum præſtat.
  - *Hœdi*
    - *Melior* eſt caprina & hircina.
    - *Bonum* ſuccum præſtat.
    - *Facilè* concoquitur.
    - *Conualeſcentibus* conuenit.
    - *Vitulina* excellentior habetur.
    - *In* humiditate & ſiccitate temperata eſt.
  - *Ouis*
    - *Praui* ſucci eſt, Redolet hircos.
    - *Excrementoſa*, Ructus commouet.
    - *Dilabitur* priuſquam concoquitur.
  - *Porci*
    - *Lactentis*
      - *Humida* eſt, Eſui inepta eſt.
      - *Succum* generat pituitoſum, mucoſum & lentum.
      - *Excrementoſa.*
      - *Calculum* generat.
      - *Editur* aſſa.
    - *Non* lactentis
      - *Iuuenis*
        - *Recens*
          - *Omnium* carnium aptiſsima eſt ad nutriendum, ſi concoquatur.
          - *Bonum* generat ſuccum, & lentum.
          - *Valde* nutrit.
          - *Humanæ* carni perſimilis eſt. Optima eſt annalis.
        - *Salita*
          - *Lentoris* minus participat.
          - *Difficilius* concoquitur & permeat.
          - *Sitim* excitat.
          - *Melancholicum* ſuccum præſtat, Morbis renum nocet.
          - *Omnium* optima eſt caſtratorum, ſed duorum annorum.
      - *Senis*
        - *Malum* ſuccum præſtat.
        - *Difficilè* concoquitur.
        - *Glutinoſa* eſt.
  - *Bouis*
    - *Craſſæ* eſt ſubſtantiæ.
    - *Craſſum* ſuccum & melancholicum præſtat.
    - *Difficilè* concoquitur.
    - *Tardè* permeat.
    - *Frigidior* eſt hircina & ueruecina.
  - *Tauri*
    - *Peior* omnibus habetur.
    - *Craſſa*, fibroſa, dura, ſicca, & nidoroſa eſt.
    - *Praui* ſaporis & ſucci exiſtit.
  - *Vaccæ*, penitus mala, præſertim antiqua.
  - Capræ
    - *Praui* ſucci eſt & craſsi.
    - *Acrimoniam* quandam guſtu refert.
  - *Hirci*
    - *Domeſtici*
      - *Coeuntis.* Nidoroſior eſt.
      - *Caſtrati.* Aliquatenus emendatur.
    - Montani
      - *Siccior* eſt quàm domeſtici.
      - *Minus* nidoroſa.
  - *Equi*
    - *Eſui* inepta, & inſuauis eſt.
    - *Difficilè* concoquitur.
    - *Aſininæ* proxima eſt.
  - *Aſini* iuuenis ac pinguis
    - *Praui* ſucci eſt.
    - *Difficilè* concoquitur.
    - *Excrementoſa* eſt.
    - *Ventrem* ſubuertit.
    - *Ceruinæ* proxima eſt.
  - *Cati* pinguis
    - A' quibuſdam editur aſſa.
    - *Excrementoſa* eſt.
    - *Fœtida.*
    - *Guſtui* ingrata.

C. Caro

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0162-7
DFG

**C. Caro uolatiliũ domeſticorũ aereorum: uidelicet**

- Caponum
  - *Temperata* eſt in ſuis quatuor qualitatibus.
  - *Plurimi* eſt alimenti.
  - *Venerem* auget.
  - *Omnibus* uolatilibus præſtat.
  - *Optimum* præſtat ſuccum.
- *Gallinarum*
  - *Primum* bonitatis locum habet inter omnes carnes, quæ ſanis hominibus adhibentur.
  - *Temperata* eſt.
  - *Plurimum* & optimum ſuccum præſtat.
  - *Colorem* natiuum roborat.
  - *Sanguinem* probum generat.
  - *Omnibus* tẽperaturis peridonea exiſtit.
- *Pullorum*
  - *Bonum* ſuccum præſtat.
  - *Facilè* concoquitur & digeritur.
  - *Tenuis* eſt ſubſtantiæ.
  - *Editur* æſtatis tempore aſſa aut elixa cum ſucco agreſtæ, ne ob ſubſtantiæ tenuitatem facilè aut corrumpatur, aut diſſoluatur, & attemperandi gratia.
- *Gallorum*
  - *Iuuenum*, id eſt, nondum coeuntium. Bonitate capis confertur in omnibus, præterquam in ſaporis ſuauitate.
  - *Vetuſtorum*
    - *Parum* alit.
    - *Prauum* ſuccum præſtat.
    - *Ventrem* proritat, maximè eius ius.
- Columbarum
  - Domeſticarum
    - *Omnibus* ſunt deteriores.
    - *Difficilè* coquũtur.
    - *Vaporoſum*, craſſum, melancholicum & excrementoſum ſuccum præſtat.
    - *Febres* affert putridas.
    - *Capitis* dolores affert.
    - *Dyſentericis* confert.
    - *Senibus* conuenit.
    - *Pituitoſis* amica.
    - *Semen* auget.
    - *Calida* & humida.
    - *Iuuenum* præfertur.
  - *Montanarum*, id eſt, palumborum
    - *Omnium* meliores ſunt.
    - *Excrementis* minus abundant.
    - *Craſsiorem* ſuccum præſtant, ſed minus excrementoſum.
- *Pauonum*
  - *Indorum*
    - *Guſtui* gratiſsima.
    - *Multi* ac boni ſucci eſt.
    - *Probè* concoquitur.
    - *Conſtans* præbet alimentum.
  - *Hiſpanorum*
    - *Difficilius* coquuntur.
    - *Fibroſæ* ſunt.
    - *Succum* præſtant craſſum, ſiccum & cõſtantem.
    - *Melancholicis* morbis obſunt.
    - *Pulli* eligendi unius anni.

COLVMBORVM *capita (ut Raſis in 4. Aphoriſmorum, & Auenzoar 1. & 2. Theiſir atteſtati ſunt) omnino abijci debent. nam & ipſis proprietas ineſt, ut capiti dolorem inferant. Præterea notandum quidem, quòd & columbos, & paſſeres, Gal. 4. de Sanitate tuenda, febrientibus exhibet: quanquam pro paſſeribus minutas omnes auiculas pleriq; intelligunt.*

AVIVM *omnium genus leuiſsimum cibum præſtat, ſi ad quadrupedes conferatur. Volucrium tamen caro ob facilem concoctionem præcipuam laudem meretur. Porrò in omnibus uolucribus animalibus, ut & in quadrupedibus ſcire in uniuerſum oportet, quòd caro adoleſcentium longè præſtantior eſt, quàm ætate declinantium. Florentium uerò inter utraq; media. Noxia uero eſt admodum nouellorum, diuerſaq; ratione admodum uetulorum. Etenim eorum dura, ſicca eſt caro, ideoq; & concoctu difficilis, & exigui alimenti. Contrà nuperrimè editorum corpora mucoſa, eoq; excrementis plena ſunt, leuius tamen per aluum ſubeunt. Hæc enim in cunctis animalibus nouiſſe te uelim, communiter namq; omnibus, & ex æquo hæ differentiæ, quas ab ætate ſumpſimus, inhærent. Gal. lib. 3. de Alim. fac.*

**D. Caro uolatiliũ ſylueſtrium: uidelicet**

- *Phaſianorum*
  - *Plurimum* alimentum præſtat, & modicè conſtans.
  - *Facilè* concoquitur.
  - *Extenuatis* cibus præſtantiſsimus & conualeſcentibus.
  - *Probè* admodum reficit uires, Temperata exiſtit.
  - *Mediæ* inter perdicem & capum eſt complexionis.
- *Perdicum*
  - *Sicca* eſt, Facilè concoquitur.
  - *Bonum* ſuccum & multum præſtat, & modicè conſtantem.
  - *Venerem* excitat, Probum & multum ſanguinem auget.
  - *Corpus* impinguat, Ventriculum humidum exiccat.
  - *Retentricem* facultatem roborat.
  - *Infrigidatis*, *Conualeſcentibus*, *Sanguine* carentibus — *Optimè* conuenit.
- *Gallinarum* agreſtium
  - *Succum* — *Copioſum*, *Laudabilem*, *Modicè* conſtantem — *Præſtat.*
  - *Facilè* concoquitur, Saporoſa eſt.
  - *Conualeſcentibus* idonea.
  - *Perdicibus* aliquanto craſsius præbet alimentum.
- *Starnarum*
  - *Perdici* ſimilis eſt.
  - *Non* adeò multum & laudabilem præſtat ſuccum.
- *Attagenum* ſeu Franquiliniorum
  - *Magno* precio habentur.
  - *Probè* alunt, Facilè concoquuntur.
  - *Alimentum* eorum ſuaue guſtui, Boni ſunt ſucci.
  - *Principibus*, nobilibusq́; dilectiſsima.
- *Coturnicum* ſeu Qualearum
  - *Calidum* ſuccum præbet & excrementoſum.
  - *Semen* auget. Venerem ſtimulat.
  - *Febres* putridas generat frequens eius uſus.
  - *Citò* in uentriculo putreſcit.
  - *Temperatis* intemperatisq́; eſt inconueniens.
  - *Coquitur* difficilè, Spaſmum, tetanum commouet.
- *Turturum*
  - *Siccum* alimentum præſtat, Facilè ſuperatur.
  - *Bonum* & multum ſuccum præſtat, Guſtui grata.
  - *Humidioribus* natura corporibus prodeſt.
  - *Memoriam* reparat, Ingenium acuit.
  - *Ventrem* auget, Retentricem facultatem roborat.
- *Ortiginũ*
  - *Calore* turturi ſimilis eſt.
  - *Difficilius* concoquitur.
  - *Prauum* ſuccum & melancholicum præſtat.
- *Porphyrionum*
  - *Bonum* generat ſanguinem
  - *Venerem* auget
  - *Debilibus*, *Conualeſcentibus* — *Conuenit.*
  - Modicum corpori præſtat alimentum
  - *Tridentinis* hæ aues capiũtur motibus, & uulgò uocantur Coturni. Sunt enim perdicibus multò maiores, his roſtrum & crura rubent. Ideoq́; meritò Porphyriones appellari poſsint.
- *Tetragonum*
  - *Aemulatur* carnẽ ſylueſtrium gallinarum
  - *Guſtui* amicatur
  - *Concoquitur* facilè
  - *Vberius* alit.
  - *Tetragones* aues, quas Erithotaonas aliqui appellauêre, Tridentinis alpibus frequentiores habentur, nullis carentes notis, à Plinio lib. 10. cap. 22. aſsignatis, Incolæ uulgò Cedrones has aues uocant.
- *Turdorum*
  - *Bonum* ſuccum præſtat.
  - *Facilè* coquitur.
  - *Modicè* conſtans præbet alimentum.
- *Merularum*
  - *Probum* ſanguinem generat.
  - *Compar* turdorum carni.
- *Alaudarum*
  - *Difficilè* coquitur.
  - *Prauum* ſuccum præſtat.
- *Ficedularũ*
  - *Prauum* ſuccum præſtat.
  - *Difficilè* coquitur.
- *Carduellorum*, *Pardellorum*, *Paſſerculorum* uiridium — *Omnes* prauum ſuccum generant.
- *Hirundinum*
  - *Praui* ſucci eſt.
  - *Guſtui* ingrata.
- *Caudæ* tremulæ
  - *Praui* eſt ſucci.
  - *Guſtui* ingrata.
  - *Vſta* calculoſis cum uino bibita prodeſt.
- *Gruum*
  - *Dura* eſt & fibroſa.
  - *Melancholicum* ſuccum præſtat.
  - *Difficilis* eſt concoctionis.
  - Frigidi & ſicci eſt temperamenti.
  - *Malum* ſuccum generat.
  - *Pluris* eſt excrementi quàm alimenti.
- *Strutionis*
  - *Praua* eſt guſtui & alitioni.
  - *Difficilis* concoctionis.
  - *Craſsi* & mali ſucci.
- *Lacuſtrium* ſeu fluuialium auium
  - *Frigida*, Difficilè concoquitur.
  - *Frigidum* & craſſum ſuccum præſtat & excrementoſum.
  - *Plurimum* nutrit, ſi concoquatur.

*NON mediocris differẽtia eſt inter ea uolatilia, quæ in ſtagnis, paludibus, lacuſtribusq́, degunt, & ea q̃ in montibus, aut ſiccis locis uagãtur. Nã pro portione locorũ, animaliũ carnes aut ſiccæ, & excremẽtis uacuæ, ac cõcoctu faciles, aut humidæ, & excrementitiæ, cõcoctuq́, difficiles redduntur. Gal. 5. de Alim. facult.*

# De Piſcibus, in genere & ſpecie..

**E.** Caro animalium aquatiliũ frigidior eſt & humidior, quam terreſtriũ & uolatiliũ animalium. Horum differentiæ in

- *Genere*, ſumuntur à
  - *Loco* in quo degũt. Sic piſciũ alij
    - *Marini*
      - *Pelagij*, qui merè profundum habitant, & uentis agitantur potiſsimùm borealibus
        - *Meliores* ſunt fluuialibus.
        - *Minus* pituitoſam naturam habent.
      - *Litorales*. Minus boni ſunt.
    - *Fluuiales*: & uel degentes in fluuijs
      - *Magnis*, petroſis, limpidis, quorum aquæ celerrimè currunt, & qui uentis borealibus perflantur
        - *Facilius* coquuntur.
        - *Meliores* ſunt.
        - *Minus* uiſcoſam ac lentam habent naturam, & minimè excrementoſam.
        - *Magis* guſtui grati.
      - *Paruis*, quorum terra eſt cœnoſa, aut prope magnas ciuitates
        - *Deteriores* ſunt.
        - *Excrementoſi* ualde.
        - *Fœtidi* ſunt.
    - *Lacuſtres*, quorum lacus aut
      - *Fluunt* & aliunde aquas ſuſcipiunt.
        - *Minus* mali ſunt, quàm lacuſtres, qui neq; fluunt, neque aliunde aquas ſuſcipiunt.
      - *Non* fluunt, neq; aliunde aquas ſuſcipiunt. Peſsimi omnium ſunt.
  - *Tempore*. Nam
    - *Iuniores*
      - *Humidiores*.
      - *Facilioris* ſunt concoctionis.
      - *Minores* ſunt.
    - *Seniores*
      - *Duriores*.
      - *Difficilioris* ſunt concoctionis.
      - *Maiores* ſunt.
  - *Victu*. Nam pleriſque herbarum, ac bonarum radicum copia ſuppetit, iiſque præſtantiores eam ob cauſam ſunt. Alij è conuerſo herbis ueſcuntur limoſis, maliq; ſucci radicibus. Ideoque qui in fluminibus populoſarum urbium, hominum quadrupedumq; fimo & prauis id genus eſcis uictitant, extremum prauitatis gradum tenent. Cuius rei argumentum eſt, ut capti citius putreſcant, & deterrimum edant odorem. Quamobrem & inſuauiores ſunt, & concoctu contumaciores, parumq; boni alimenti & multum excrementi corporibus tribuunt.
  - *Præparatione*. Nam
    - Elixi, omnium meliores ſunt.
    - *Aſſi*, in bonitate ſecundum locum habent.
    - *Suffocati*, tertium in bonitate locum habent.
    - *Frixi*, poſtremum in bonitate locum habent.
    - Conditi ſale
      - Cabdi ſunt & ſicci.
      - *Sitim* excitant.
      - *Sanguinem* adurunt.

*IN omnibus præparationibus & ſalſamentis ſiue liquaminibus, addenda ea, quæ facultatem habent calefaciendi & extenuandi, ut ſanguis ex piſcib. genitus, minus ſit pituitoſus, & deinde alitioni ſit accõmodatior.*

- *Spetie*: ſũt aut
  - *Sanguinei*: quorum degunt alij in aquis
    - Dulcibus
      - *Fluentibus*. Vide in ſequentibus ſignum A.
      - *Congregatis*: uidelicet
        - *Stagnis* & piſcinis: ſunt
          - *Lupus*, *Cephalus*, *Rhombus*: *De* quibus uide infrà. Non æquè boni, ut qui in fluentibus aquis ſunt.
          - *Anguilla*, de qua uide infrà
            - *Inſalubres* ſunt.
            - Cordi, *Ventri*: *Noxiæ* ſunt.
            - *Lentum* ſuccum præſtant atq; malum.
            - *Podagricis* & calculoſis ualdè nocent.
            - *Fœminarum* menſes tardant.
          - *Caprio*, de quo infrà.
          - *Rana*, &c. à Medicorum legibus ad cibos quotidianos tranſlata eſt: omnib. ferè anni menſib. ſubit menſas. Solis poſteriorib. aliquando in cibo placuerunt: nunc toto corpore dempto capite, & interaneis & ſummis pediculis placent. Elixantur, & in ſartagine friguntur aſperſa farina: aut aqua elixantur, ſale & aceto additis.
            - *Facilè* coquuntur.
            - *Bonum* ſuccũ præſtant, frigidum parum, ſed humidũ.
            - *Hecticis* utiliſsimæ ſunt.
            - *Affatim* alunt, ſi probè perficiantur.
            - *Aduerſus* maleficia uenenorum accommodatæ.
            - *Sunt* ſplendidæ fœminę hodie, quę iis utuntur, ut bene curato, & ſuccoſo ſint corpore.
        - *Lacubus*: ſunt
          - *Perca*, Lucius, Carpio; *Barbus*, Tinca, Truta; *Lãpetra*, ſeu muſtella: *De* quibus infrà.
    - *Salſis*. Vide in ſequentibus ſub ſigno B.
  - *Exangues*. Vide in ſequentibus ſub ſigno C.

A. *Piſcium*

**A. *Piſcium* alij in aquis dulcib. fluentibus degunt: & uel in**

- ***Oſtijs* earũ: ut**
  - *Aurata*, in oſtijs fluminũ degit, & in mari, ac in ſtagnis marinis, cuius loca ad ſupercilia attinentiã ſplendentia, auri referunt colorem, palmi magnitudine capitur, & ad cubiti longitudinem augetur. Lato eſt corpore & compreſſo, ſquamis intecto, colore uario, dorſum cœruleũ ſubnigrũ, & uentrem lacteum habet. Editur elixa in aqua & uino, aut aqua & aceto aſſatur in craticulis butyro uel oleo inſperſa, deinde cum aceto & pipere editur, aut reponitur in panatellis, cum pipere, ſale & macere, aut frigitur in butyro uel oleo, & cum ſucco arantij editur
    - *Boni* eſt ſucci, & non multi.
    - *Facilè* coquitur.
  - *Mugil*, qui Cephalus etiam dicitur. Piſcis eſt ſquamoſus, cubiti magnitudine, aut paulo maiore: os ſine dentibus, & labra tenuia, quaternis branchijs, dorſum latum, nigricans, uenter candidus, in mari, ſtagnis, & oſtijs fluminum gignitur. Agilis admodum eſt, & mira celeritate mouetur. Nutritur alga, herbis, radicibus, & ſordibus
    - *Guſtui* gratus.
    - *Non* facilè ſuperatur.
    - *Tardè* è uẽtre deſcendit.
    - *Prauum* ſuccum præſtat.
  - *Vmbra*, Romanis notus eſt piſcis, ſquamis latioribus intectus, & denticulatus, lapidẽ in capite fert, ſaxa frequentat: coracino ſimilis eſt, ſed maior, & uerrucã habet in mento. Agilis piſcis eſt atq; uorax. Capitur iuxta oſtia fluuiorum, & in alto mari. Caput umbræ in ſumma gratia habetur, elixum in uino, aqua & aceto, in paſtillis ſeruatur, cum caryophillis, cinnamomo & ſale, &c.
    - *Bonum* præſtat ſuccum, præſertim eius caput.
    - *Difficilè* concoquitur.
    - *Ventriculo* languenti incommodat.
- ***Fluminibus*: ut**
  - *Salmo*, carnem habet rubeam, ut aringi & quædam troctæ, ſed adhuc ipſis rubidiorem. Piſcis hic uerus Erythrinus eſt. In Rheno plurimi capiuntur
    - *Guſtui* gratiſsimus.
    - *In* optimorum piſcium cenſu habetur.
    - *Facilè* in uentre ſuperatur.
    - *Friabilem* carnem habet.
    - *Bonum* præſtat ſuccum, nec tenacem, nec craſſum.
  - *Truta*, ſeu Trocta, cauernas ſubit, in quibus latitat, rubentibus maculis diſtincta, caro rutileſcens & firma. In riuis, riuulis, torrentibusq; degunt. Elixantur, & ex aceto eduntur, friguntur rariùs. Incruſtantur etiam à piſtoribus dulciarijs, ut durent in dies multos
    - *Recentes* maximè placẽt æſtatis magnis caloribus.
    - *Bonum* præſtant ſuccum.
    - *Facilè* coquuntur.
  - *Perca* (de perca marina infrà) eſt piſcis lacuſtris & fluuiatilis. Aculeos uidetur huic piſci natura dediſſe aduerſus uoracitatem Luciorum, apertiuſculis & exiguis ſquamis armatur
    - *Caro* candida eſt & dura, parumq; lentoris obtinet.
    - *Facilè* coquitur.
    - *Bonum* ſuccum præſtat.
  - *Lampetra*, à lambendis petris dicta eſt, fluuialis ac marinus piſcis eſt, gaudet dulcibus aquis, longus ac teres, dorſum maculis cœruleis & albicantibus inſpergitur. In ſupremo capite fiſtulam habet, ad palatum uſque, qua aquam haurit & proijcit, loco ſpirationis, maculas habet inſignes, in collo ſeptem ſtellis ſeptentrionibus ſimiles numero, & ferè ſitu. Ventre lactei coloris. Paratur in panatellis, ſale, croco, pipere, caryophillis, pauco addito uino. Vel elixatur in uino & aqua additis ſpeciebus aromaticis, &c.
    - *Cib.* guſtui gratus.
    - *Facilè* coquitur.
    - *Melancholiã* auget.
  - *Lucius*, qui & lupus dicitur, extento eſt capite, ore eſt hiante, & denticulato, guloſiſsimus & uoraciſsimus, & præcipuè carniuorus, piſcibus ueſcitur gratiſsimè. Elixantur lucij: arsque non parua adhibetur in coquendo, ut duriores & cœruliores euadant. Condimentum quod eis adhibetur, fit ex ſinapi & butyro prunis liquato. Item editur ex aceto maximè piperato. Frigitur item & ex liquore mali aranzij ſumitur, &c.
    - *Palato* cibus gratus.
    - *Multum* alit.
    - *Tenuiorẽ* ſuccum præſtat quàm animalia pedeſtria.
    - *Facilè* coquitur.
  - *Carpio*, ſeu carpo, qui & Cyprinus dicitur, ſquamis ſubauratis, amplis & ualidis ornatus: qui quo magis ſeneſcit, eo grandior ac ualidior euadit. Spinis caro refertiſsima eſt, præcipuè uerò partes circa caudam. Patitur clauſtra. Elixatur in uino, & pauca aqua, ſale, zingibere & caryophillis additis. Frigitur quoq; in butyro, & ex aceto uel liquore aranciorum editur. Quidam prægrandes cum ſquamis elixant: ſic enim ſeruari intus pinguem & ſapidum ſuccum, qui deſquamatis deperit: uulgus tamen detrahit ſquamas. Modus aceti & ſalis ſeruandus, ut caro conſtet. Item ut in multos dies duret, repertum eſt. Vini albi atq; aquæ æquas ſumunt partes: quibus aceti nonnihil addunt ad acorem conciliandum: deinde piperis, gingiberis, nucis moſchatæ, caryophillorum pollinem liberalius adijciunt, & ad colorem elegantem, crocũ indunt, & hæc cum carpione diutius coquuntur. Cæterùm coctas carpionis partes in multas paropſides reponunt, liquorem ſuperfundendo: qui ubi refrixerit, glaciatur ac coagulatur, unde galatinam uocant
    - *Plurimam* pituitam ueſcentibus creat.
    - *Malum* ſuccũ præſtat.
    - *Non* facilè concoquitur.
  - *Tinca*, in lautis menſis nullum locum obtinet, niſi prægrandis fuerit. Cœnoſis locis & limoſis ſpontè prouenit. Elixantur aliquando, friguntur uerò crebrius, quin & craticula torrentur, farciunturq; oleribus & aromatis
    - *Inſalubris* eſt.
    - *Febres* generat.
    - *Succum* præſtat impurum & glutinoſum.
    - *Difficilè* coquitur.
  - *Reliquos* uide in ſequentibus ſub ſigno **.

** *Piſces*

** *Piſces in fluminibus degentes reliqui: uidelicet*

*Barbus*, à barbula, quæ utrinque in inferiori labro propendit, nomen ſortitus eſt. Veneti Multum à gemina barba barbonem cognominant. Barbi adultiores & ſeniores inter lautiores cibos habentur æſtatis caloribus. Elixantur cum uino & aqua, addito gingibere, butyro & ſale. Elixantur & torrentur carticula & ex butyro, acetoq́; ſumuntur

- *Coctionis* facilis eſt.
- *Non* malum ſuccum præſtat.
- *Roſtro* imprimis placet.
- *Inſaniatur* ouorũ malicia. Nã eſitata intolerabiles cruciatus excitãt alui, ipſamque immodicè ſoluunt.

*Labrax*, Latinis lupus dicitur. Pelagius eſt piſcis in profundo mari natus, ſed dulcibus gaudet aquis, fluuios aſcendens, & ſtagna in quibus capitur. Elixatur aqua, butyro uel oleo, ſale & aceto. à quibuſdam in butyro uel oleo frigitur, & deinde cum ſucco arancij editur

- *Tenuiorem* ſuccum præſtat quàm animalia pedeſtria.
- *Multum* alit.
- *Facilè* coquitur.
- *Cibus* palato non ingratus.

*Cephalus*, Latinis mugil dicitur, de quo uide ſuprà.

*Anguilla*, ab anguium ſimilitudine nomen ſortita. generantur ſine coitu & ouo. carniuore ſunt: piſciculos enim & ranas perſequuntur. Elixantur ex aqua & uino corio detracto, pipere, cinnamomo, gingibere & croco additis. Torrentur item in craticuls, ampliores uerubus

- *Caro* mollis & dulcis eſt.
- *Glutinoſum* admodum & pituitoſum ſuccum præſtant.
- *Difficilè* coquuntur.
- *Calculos* gignunt, tum in renibus, tum in ueſica.
- *Podagram* generant.

*Aſchia*, magnitudine trutæ, ſquamoſus. Elixatur cum uino, aqua, butyro, ſale, & aromatis. Torretur etiam in craticula

- *Cibus* boni ſucci.
- *Facilè* coquitur.
- *Palato* cibus gratiſsimus.

*Oculata*, piſcis uermibus terreſtribus ſimilis, ſubniger, maculis quibuſdã ſubnigris, ueluti multis oculis diſtincta, unde nomen ſortita eſt. Elixatur cum uino, aqua, butyro, aceto, ſale & gingibere

- *Multum* alit.
- *Non* malum præſtat ſuccum.
- *Difficilè* coquitur.

*Fundulus*, paruus piſciculus eſt, in riuis, & torrentibus arenoſis, uel ſaxoſis & limpidis degens. Elixantur uino & aqua, additis butyro, ſale & gingibere, uel alijs aromatis

- *Facilè* coquuntur.
- *Bonum* præſtant ſuccum.
- *Cibus* ualde gratus.

*Carabus*, Germanis, *ein Kop, oder ein Grop* uocatur, paruus piſciculus, lubricus, ore maiori, &c. Elixantur eodem modo ut funduli

- *Lentum* ſuccum præſtant.
- *Facilè* è uentre deſcendunt.

*Phragolinus*, ab alijs Pagrus, & Venetis Albor dicitur. Capitur magnitudine ſeſquipalmi, quandoq; minoris, aut maioris. Aſſeruatur ſale, aut in ligneis lacubus aqua, ſale, pauco aceto, & gingibere: recens uerò aut elixus editur, aut frixus

- *Succum* præſtat non omni ex parte laudabilem.
- *Scroſos* generat humores.
- *Non* diu in uentre moratur.

*Melica*, ungulam habet dentibus exertis mandandis aptum. Paratur elixa aqua, ſale & butyro, additis gingibere, caryophillis, croco & pipere. deinde cum aceto aut ſucco arancij editur. Aut frigitur in ſartagine, deinde iuſculum prædictum ſuperfundunt

- *Bonum* ſuccum præſtat.
- *Facilè* coquitur, ſi probè paretur.
- *Flatuoſa* eſt.
- *Ventrem* inflat.

*Rhombus, planus piſcis eſt, ſine ſquamis, ferè rotundus, uel oualis figuræ, natat inuerſus latitudine ſua innixus, potius quàm pinnulis: ſed eſt aculeatus. Vorax eſt. Elixatur aqua, ſale, porro, anetho & aceto: aut frigitur*

- *Caro* eius ſuauis.
- *Boni* ſucci eſt, ſi probè ſuperetur.

*Sturio*, ſubit è mari flumina. Capitur in Rhodano delicatiſsimus & ſuauiſsimus. Coctus in aceto ſeruatur ad aliquot dies

- *Boni* eſt ſucci.
- *Gulam* ſuauiter demulcet.
- *Caro* dura eſt & candida.

*Thimnus*, ſquamis refertus eſt amplis, quæ coquendo ſeſe oſtendunt: etenim dehiſcunt. Eſt carne pingui & ſuaui. Latent præaltis gurgitibus hyeme

- *Caro* dura eſt.
- *Saporis* acrioris.
- *Atram* bilem gignit.

*Aloſa* ſeu alauſa, dorſo cæruleo eſt, cætero colore argenteo, ſpinoſiſsima eſt, adeò ut ueſcentibus infeſtiſsimæ ſint ſpinæ, æquè ac haringarum

- *Sapidior* eſt quàm marina.
- *Salubriores* quàm marinæ.

*Capito*, barbi ſpeciem & ſimilitudinem gerit

- *Mali* ſucci eſt.
- *Aegrè* concoquitur.

*Abramis*, ſpinis ſcatet. Galli bramam uocant. Lacuſtris & fluuiatilis eſt. Torretur in craticula & butyro uel oleo irroratur.

- *Caro* candida & mollis.
- *Alimentum* præbet, qualẽ paluſtres piſces.

*Darcus*, quos Hedui criſſas uocant, uix harengorum magnitudinem attingunt: ſpinæ ijs non ſunt adeò frequentes atq; infeſtæ. In Ligeri degunt quàm plurimi

- *Saluberrimi* ſunt.
- *In* aduerſa ualetudine commendantur.

*Lota*, piſcis eſt oblongus, qui peculiariter alitur & naſcitur in Arari, ſimilis ferè muſtellæ: ſquamis caret, & corporis ad medium fartim pingueſcit. lutea iris huius corpus diſtinguit, atra puncta ſupernè notant tergum

- A' Lugdunenſibus in lautis epulis cõmendatur.

*Rubecula*, rubentes habet partes iuxta caput, paruis barbellis ſimilis: quatuor tamen digitorum longitudinem rarò tranſcendunt

- *Facilius* coquuntur ipſis barbellis.
- *Bonum* ſuccum præſtant.

B. Piſcei

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0167-5
DFG

- **B.** *Piſces* in aquis ſalſis degentes: uidelicet
  - *Stagnis* marinis: ſũt
    - *Aurata*, *Rhombus* } De quibus ſuprà.
    - *Sparus* & aurata ſunt ſimiles, & in macello imperitis ſæpe imponunt piſcatores, alium pro alio uẽdentes
      - *Melioris* eſt ſucci quàm menas.
      - *Copioſius* alijs alit.
      - *Carnis* teneræ eſt.
      - *Ventriculo* amicus.
      - *Vrinam* mouet.
    - *Mullus* τρίγλη Græcis appellatur, in magno precio habitus, ita ut nõnunquam argenti pari pondere emeretur: ex eis barbati ſunt meliores non barbatis. Vterq; rubedinem ſub ſquamis oſtendit, ita ut ea ratione mullus imberbis, dictus ſit, imbriago, rubra namq; ebriorum facies. Coquitur in craticula, additis petroſelino, ſale & ſucco Arancij.
      - *Carnem* habet duram & friabilem.
      - *Guſtui* gratus.
      - *Coctioni* facilis eſt.
      - *Humanæ* naturæ familiaris.
      - *Hepar* in delicijs habetur.
    - *Solea*, &c. à quibuſdam lingulaca dicitur, & bugloſus, pedalis propè longitudinis, & latus, & magno precio uenditur, quòd omnibus numeris præſtantiſsimus piſcis habeatur. Recentes frixę eduntur, aut elixæ, ſeruatæ tamen & conditæ, in oleo immerguntur ualde calenti, & deinde pauco uino odorato, & ſucco arancij additis edũtur
      - *Cibus* eſt ſelectiſsimus.
      - *Facilè* coquitur.
      - *Bonum* præſtat ſuccum.
      - *Inter* primæ notæ cibos reponitur.
  - *Ipſo* mari, diuerſis etiã locis: quorũ alij
    - *Littori* uicini: ut
      - *Aurata*, *Mugil* } De quibus ſuprà.
      - *Cantharus*, ſeu ſcarabeus. Stercore paſcitur. Paratur cum pipere, croco, cinnamomo, gingibere, item cœpis. Elixatur autem & torretur in ſartagine
        - *Caro* humentior & mollior eſt.
        - *Pauperum* mẽſas ornat.
      - *Scombrus*, Latinis lacertus dicitur, oblongus piſcis eſt, & teres, & ſulphureo colore, quem in aqua potiſsimùm refert, mortuus tamen cœruleus eſt. Verno tempore pingueſcit: minores maioribus præſtant. Apud Romanos, aridus cibus eſt. Apud Venetos tamen in optimorum cenſu. Ex eo ſalito garum antiqui parabant.
        - *Succum* præſtat excremẽtoſum.
        - *Multum* alit.
      - *Smaris*, menæ ſpecies eſt: giroli & gerruli Venetis, Narbonenſibus alijsq; picarelli uocantur, ſale conditi ſtimulant palatum & os.
      - *Boca*, Græcis βόωψ dicitur, ab alijs menæ, & menides appellantur, in quo genere ſunt, quæ Aleculæ dicuntur. Piſcis gregalis eſt, atq; gregatim capitur, eſtq; fœcundiſsimus. Elixatur cum uino & aqua addito aceto aut ſucco arãzij & ſale
        - *Bonum* ſuccũ præſtat.
        - *Facilè* coquitur.
        - *Modicè* nutrit.
        - *Aegrotis* cõuenit.
        - *Aluo* idoneus.
      - *Cynedus*, &c. in Narbonenſibus littoribus Saxicola, à Maſsilienſibus Canudo dicitur. Coquitur uariè. Nam aſſatur in craticula, & frigitur, pariterq; elixatur. Sed frixus præſtantior. Exenteratus ſale aſpergitur & farina, exinde in feruens butyrum uel oleum conijcitur. Editur ubi refrixerit, ex intinctu aranzij.
        - *Boni* ſucci eſt.
        - *Facilè* coquitur.
        - *Modicè* alit.
        - *Ius* ex eo emollit aluum.
    - *Circa* ſaxa: q ſalubres ſũt: ut
      - *Perca*, de qua ſuprà.
      - *Merula*, uere exaturato colore ſpectatur, æſtate diluto, & minus atro. Veſcitur alga, muſco & piſciculis, & cancris, æchinisq;. Tinca marina à quibuſdã dicitur
        - *Mollis* eſt carnis.
        - *Facilè* cõcoquitur.
        - *Leuiter* alit.
        - *Probi* eſt ſucci.
      - *Turdus* eundem locum tenet quẽ merula. Is multis gentibus uulgo turdo dicitur. Aſſatur & torretur in craticula, quin & frigitur
        - *Bonum* ſuccum præſtat.
        - *Mollis* eſt carnis.
        - *Facilè* coquitur.
      - *Mero*, habetur inter nobiliſsimos piſces apud Hiſpanos: tegitur tenuib. ſquamulis, cute craſsiori ſubnigra, cui ſubiecta eſt pinguedo, magnitudine ſeſquipedali, albiſsima carne, friabil
        - *Guſtu* admodum gratus.
        - *Bonum* ſuccum præſtat.
        - *Multum* alit.
        - *Conſtans* alimentum præbet.
        - *In* magno habetur precio.
      - *Scarus*, quem quidam Latini Ruminalem uocant: Græci ἀπὸ τοῦ σκαίρειν, quod eſt ſalire ac tripudiare, nuncupant. Salaciſsimus eſt piſcis
        - *Primum* locum inter piſces ſaxatiles obtinet.
        - *Mollis* & frigabilis eſt carnis.
        - *Facilè* concoquitur.
        - *Celeriter* diſtribuitur, Aluum mollit.
        - *Inteſtina* ſcari inter popinales delicias reponuntur, quemadmodum & iecinora.
      - *Gobius*, palmi longitudine, tereti corpore, colore uario, ſquamis rotundis
        - *Carnis* friabilis eſt.
        - *Paucum*, tenuem & bonum ſuccum præſtat.
        - *Facilè* concoquitur.
        - *Guſtui* gratus.
      - *Iulis*, ſeu Iulia, gregalis piſcis eſt & paruus, digiti magnitudinẽ uix excedẽs. Antipoli & Liguſtico freto nõ ignotus. Maſsiliæ & Narbonenſi freto rariſsimus. Coquitur ut alij ſaxatilis: aliq farina aſpergunt, ut melius frigatur
        - *Teneræ* & fragilis eſt carnis.
        - *Soluit* aluum, præſertim ius ex ea.
        - *Facilè* coquitur.
      - *Fuca*, &c. Græcis φυκὶς appellatur. Nidificat in alga media ſola omnium piſcium. Veſcitur alga & muſco, quinetiam carne
        - *Saxatiliũ* tenerrimi ſunt piſciculi.
        - *Virus* minimè reſipiunt.
        - *Corruptu* faciles.
    - *In* alto & profundo. Vide in ſequentibus ſub ſigno ✲

Piſces

*Piſces* in alto & profundo mari degentes, ſunt

- *Aurata*, *Lupus*, *Mullus* ſeu Trigla, *Boca*, *Rhombus*, *Cephalus* — De quibus ſuprà.

- *Anguilla* marina omnium anguillarum reliquarum optima eſt, & guſtui magis grata.

- *Thynnus*, porco ſimilis eſt, craſſa quadam & pingui cute intectus, notiſsimus quidẽ omnibus. Gregalis piſcis eſt, cuius magnus numer⁹ iuxta Gades uerno tẽpore occurrit. Capiũtur quoq; iuxta Zephiriũ Italiæ extremũ: nomẽ tamẽ cũ ætate mutat. nã ab ipſo ouo primùm Cordilla uocatur, deinde paulò maior Limaria dicitur, & paulò maior, Pelamis, à luto: quoniá in ipſo degit & alitur: poſtremò Thynnus. Recẽs elixatur aqua, uino & cæpis minutatim inciſis: deinde editur cũ ſucco arãzij. Salitus ſeruatur, qui deinde elixatur, atq; editur cũ aceto, aut ſucco arãzij, aut liquamine ex eruca, melle & aceto
  - *Ventris* & iliorum partes guſtui magis gratę, utpote pinguior s, quæ nauſeam concitant.
  - *Capitis*, dorſi & caudæ partes ingratæ, quoniam ſicciores.
  - *Succum* præſtat paucum, craſſum ac melancholicũ, præſertim pars quæ pinguedine uacat.
  - *Stomacho* aduerſus, & bilem auget, præſertim pars pinguis.
  - *Iecur* calefacit / *Sanguinem* urit / *Os* uentriculi opprimit — Salitus.

- *Vmbra*, à quibuſdã Aſellus, ab alijs Regius, alijsq; Verrucaria appellatur. Verſatur cũ Trottis. Vurbam uulgus appellat. Coquitur ex uino & aqua, & ex aceti intinctu mãditur. Aſſatur quoq; in craticula aſſulatim diſſecta, butyroq; rigatur crebrius. Nõnulli gelatinã ex ea cõficiũt: & ex ea ius albũ paratur. Elixatur & trottæ modo, ex aceto editur: qn & frigitur
  - *Caro* alba eſt & ſicca.
  - *Sapida* ualde eſt ipſius caro.
  - *Magnatum* menſas ſubit.
  - *In* delicijs habetur.

- *Laccia*, Hiſpanis Saualus, Gallis Aloſa, Venetis Cuphea, & à quibuſdã Clupea appellatur. Squamis tegitur tenuiſsimis, & numeroſæ ſpinæ carnem eius interſepiũt
  - *Cibus* eſt guſtui gratiſsimus, delicatiſsimæ carnis.
  - *Abunde* nutrit.
  - *Viſcidum* præſtat ſuccum, non malum.
  - *Moratur* in uentre plus iuſto.
  - *Somnum* inducit nonnunquam.

- *Harēgus* ſeu Arinche, piſcis Saboca minor, rubra carne, ſalmonis ferè ſimili, ſed multò interiore ſucci pręſtãtia, & adhuc ipſa Saboca, cõtinet oua. magna copia ipſum deferũt ad nos ſale, & fumo in cratib. arefactũ, quẽ elixũ edimus addito ſucco arãzij, torretur etiã in craticula, & cum inſalatitijs editur
  - *Cibus* nõ ingratus.
  - *Sitim* excitat.
  - *Aegrè* coquitur.

- *Sarda* ſeu Sardena. Sale condiuntur
  - *Parum* alunt.
  - *Prauum* ſuccum præſtant.
  - *Ventrem* ſubuertunt.
  - *Cordi* noxiæ ſunt.

- *Muræna*, Græcis *μύραινα* dicitur. Piſcis hic tãtoperè à Romanis eſt honoratus, ut etiã ab eo noĩa nobiles familię ſumpſerint. Carniuora eſt Tarſenſis & Carpathij pelagij uernacula, ſed peregrinũ mare quouis freto hoſpes ſuſtinet
  - *Eſt* mollis carnis piſcis.
  - *In* uitiatis aquis reperta, mala habetur.

- *Acus* ſeu Saurus, lõgus piſcis eſt, à figura nominatus, Græcis Bellona appellatur
  - *Tardè* coquitur.
  - *Parum* cõſtãs præbet alimentũ.
  - *Bonum* ſuccum præſtat.

- *Hepatus*, qui Iecorius & Iecur marinum uocatur, erythrino & pagro ſimilis: felle caret. Eſt in medio piſcium duræ & mollis carnis.

- *Citharus*, Rhombo aſsimilis eſt, in medio eſt piſcium duræ carnis ac mollis.

- *Draco* marinus, quẽ Maſsilienſes Araneũ, Siculi & Neapolitani Tragma appellãt. Amplior uiſitur in Oceano, quàm in littorib. Spinas habet pernicioſas, quas coci diligenter cauent
  - *Duræ* eſt carnis.
  - *Difficilè* coquitur.
  - *Succos* craſſos ac ſalſos in corpus diſtribuit.

- *Cuculus*, Græcis *κόκκυξ*, uocalis eſt piſcis. Santones Perlon, quidam Organo uocant
  - *Aegrè* conficitur.
  - *Duræ* eſt carnis.

- *Galeus.* Ariſtoteles multa genera huius explicat: Acanthiam, aſteriam, leuem, acanthias ab aculeis: uulgò anguillas, à Venetis Azio, Francis Canis marinus. Galeus leuis à Romanis Peſche columbo. Editur elixus ex butyro
  - *Omnes* ferinum quid guſtatu reſipiunt.
  - *Duri* ſunt.
  - *Aegrè* conficiuntur.
  - *Craſſum* ſuccum præſtant.

- *Scorpius*, eius generis eſt cum ſcorpena: ſed ſcorpius guſtui ſuauior quàm ſcorpena eſt. Cute integitur ſcorpius, quæ ſerpentis ſimilis potius quàm ſquamea eſt, & multis armatur aculeis
  - *Facilè* coquuntur.
  - *Ventrem* molliunt.
  - *Non* malum præſtant ſuccum.
  - *Pelagij* rubidiores & meliores ſunt quam paluſtres.

- *Reliqua.* Vide in ſequentibus ſub ſigno **.

**

**Piſces in alto & profundo mari degentes**

- *Trachurus*, ab aſperitate nomen uidetur accepiſſe. Saurel & Sicurel Narbonenſes dicunt, & Gaſcones Franci Sconbrũ nothum.
- *Sargus*, melanuro ſimilis. Veſcitur luto: piſcis ſalaciſsimus
  - *Inſalubris.*
  - *Aegrè* coquitur.
- *Melanurus*, Latinis Oculata, & Ophthalmia, ab oculorũ amplitudine. Nam & hactenus ab alijs Ochiado uocitatur: Narbonẽſes Oblado, Maſsilienſes Nigrũ oculũ: Greci à nigra cauda cognominarũt. Veſcitur alga
  - *Minus* ſargo alit.
  - *Succi* bonitate ſargo eſt inferior.
- *Latus* piſcis, coracino atq; umbræ ſimilis eſt, qui Græcis λάτος dicitur. In Adriatico mari frequens. Regium piſcem nonnulli uocant
  - *Suauiſsimus* eſt.
  - *Facilè* coquitur.
- *Erythrinus* Rubellio dicitur. Intus albiſsimus ſpectatur, captura fit æſtate: rarò hyeme. Aiunt diligentiores eum eſſe, qui à Romanis Phragolinus, à Narbonenſibus Pagel dicitur: ſimiles admodum inter ſe ſunt pager, erythrinus, hepalus, ſinagris, &c.
  - *Boni* eſt ſucci.
  - *Facilè* coquitur.
  - *Modicè* alit.
- *Salpa*, Græcis σάλπη dicitur. Nutritur alga & ſtercore circa Ebuſum inſulã. Habet inteſtina lata: quæ alga alijsq; excrementis fœtidis plena inueniuntur
  - *Malum* ſuccum præſtat.
  - *Aegrè* coquitur.
- *Molua* recens lautiores menſas ſubit, ſalita rariùs. Eſt uerò meſſorũ, foſſorũ, helciariorũ, & aliorũ id genus hominũ cibus. Oceani incola eſt: eiusq; piſcatio ſolennis eſt. Sunt Inſulæ, quas Moluas in Oceano nauigantes, & piſcãtes appellant: in qb. capturã horũ piſciũ uberrimã fieri affirmãt. Mediterraneũ mare eos nõ alit.
  - *Interanea* eximiè commendantur.
  - *Craſſum* ac glutinoſum ſuccum præſtat.
  - *Aegrè* coquitur.
- *Aſellus* Græcis ὄνος, Gallis Merlus dicitur. Capitur omni tempore. Editur elixus ex butyro & ſinapi, & frixus in liquore aranzij
  - *Boni* eſt ſucci.
  - *Iecur* in popinalibus delicijs habetur.
- *Coracinus* & Coruus, cubitali magnitudine eſt, aliquãdo uerò & ampliore. Vulgò qbuſdã littoribus Corb, & Corban, alijs Coruos Durdo. Aſſatur in craticula, & frigitur ab alijs, & cum aranzij liquoris intinctu manditur. Ad hæc elixantur
  - *Boni* eſt ſucci.
  - *Probè* alit.
  - *Facilè* coquitur.
- *Belſuccus*, Græcis πάγρος dicitur, phragolino ſimilis, ſed paulò longior, & manifeſtè latior. Squamoſus, alba carne, multis ſpinis, longitudinis ſexquipalmi. Editur elixus, deinde ſale, pipere & ſucco aranzij: ab alijs aſſus
  - *Facilè* coquitur, niſi uentrem inflet.
  - *Succũ* multũ & bonũ pręſtat.
- *Paſſer*, multarũ eſt ſpecierũ: nã qdã eſt planus: atq; is etiã in duabus ſpeciebus. Paſſeres quoq; ſquamoſi quidã ſunt. Ex his omnib. bugloſſus eſt lõgè pſtãtior, quẽ Soleã appellãt
  - *Meliores* marini.
  - *Molli* carne & alba conſtãt.
  - *Facilè* coquuntur.
  - *Nõ* cõtẽnẽdũ ſuccũ pręſtãt.
- *Conger*, piſcis oblongus & teres eſt, magnã quandã anguillã ſpecie referẽs: eius caro fungoſa eſt. Recẽs editur in panatellis, aut elixus, addito ſale, butyro, uel oleo & pipere. Salitus uerò arefactus omnino alitioni inutilis redditur
  - *Pauciſsimum* alimentũ prębet.
  - *Malũ* & fœtidũ ſuccũ pręſtat.
  - *Facilè* coquitur.
- *Reus*, trottis ſimilem carnem habet
  - *Multum* ac bonum ſuccum præſtat.
  - *Facilè* coquitur.
  - *Multum* alit.
- *Bugloſſus* ſeu Solea. Vide Paſſer.
- *Plaicia*, Hiſpanis Azedia, propè accedit Soleæ
  - *Facilè* coquitur.
  - *Bonum* ſuccum præſtat.
- *Torpedo*, Græcis νάρκη: cuius genera aliqui multa faciunt
  - *Facilè* coquitur.
  - *Modicè* alit.
  - *Stomacho* grata.
  - *Iecur* commendatur.
- *Paſtinaca*, ab Aquitanis Burdegalla, Tareronde dicitur
  - *Modicè* nutrit.
  - *Facilè* coquitur.
- *Raia*, caudam ualde aculeatam habet
  - *Difficilè* coquitur.
  - *Virus* redolet.
  - *Meſſorum* ac foſſorum, nautarumq; cibus eſt.
  - *Aſſatum* alit.
- *Squatina*, Græcis ῥίνη dicitur, durior paſtinaca. Aquitani Creac de Buſch appellant, Galli Angelum, quia Alas expanſas gerit: alij Squadrum
  - *Vberius* alit quàm paſtinaca.
  - *Difficilius* coquitur quàm paſtinaca.
  - *Inſuauis* eſt.
- *Balena*, huius caro uiliſsima eſt, lingua aũt in maxima eſt authoritate. Coquitur cum piſis, & uicẽ ſuillę ſupplet. Recẽs admodũ noxa. Salita innocentior
  - *Ructus* commouet.
  - *Difficilè* coquitur.
  - *Ocioſis* inſaluberrima.
- *Delphinus*, ex Mediterraneo mari Lugdunũ fertur, eſtq; in precio. Maritimis gentibus rarò editur. Viuit extra aquas diutino temporis ſpacio
  - *Nauſeam* excitat.
  - *Difficilè* coquitur.
  - *Hepar* cõmẽdatur.
- *Phoca*, *Libela*, *Orcynus* — *Cetacei* quoq; piſces ſunt
  - *Difficilè* coquuntur.
  - *Multum* ſuccum & craſſum præſtant.

Piſces

**C.** *Piſces* exangues tegumento obducuntur aut

- *Molli* cute, ut
  - *Sepia*, mollis appellatur, quoniam nec ſquamis, nec teſta, nec cruſta, ſed cute tegitur: habet ſubſtātiam quandam fungoſam & friabilem
    - *Sanguinem* generat tenuiorem polypo.
    - *Caro* ipſius elixa confert uentri.
    - *Succos* crudos aceruat.
    - *Difficilè* coquitur.
    - *Conſtans* præbet alimentum.
  - *Lolligo*, magna & parua eſt. Magnā calamar quidā uocāt, à ſimilitudine ſcriptoriæ thecæ. Aquinani Cornets, & paruā Corniche, Santones paruā Caſſeronem uocant
    - *Facilius* quàm ſepia cōcoquitur.
    - *Aegrè* coquitur.
    - *Inſuauis* eſt.
    - *Succos* crudos generat.
  - *Polypus*, omnibus ex numero piſciū molliū, pedū multitudine cognitus, pluribus brachijs, ac citris, & in ſingulis numeroſis acetabulis, ſingula apprehendit, & obuoluit, atq; flagellat. Amat quàm maximè oliuā, ipſamq; auidiſsimè amplexatur. Breui uitā finit, nec ultra bienniū. Editur elixus, ſed cōmodius aſſus butyro uel oleo & allio inter aſſandum illitus
    - *Caro* dura eſt.
    - *Difficilè* concoquitur.
    - *Non* parū nutrit, ſi ſuperetur.
    - *Conſtans* præbet alimentū.
    - *Venerem* excitat.
- *Duro* cortice, q dicitur aut
  - *Cruſta*, ut
    - *Locuſta*, cuius primū genus cruſta intectorū colliſili, nō fragili. Eſt aūt cruſtatorū maxima, aſtacoq; ſimilis. Locuſta tria in ſe habet: quippe cum ſolida infertur menſis partibus frangendis, diuellendis, ac diſtrahendis brachijs ac pedibus, thorace caudaq;, exercitatio ſingularis ac geſticulatio manuū apparet: deinde naturæ admirandū ingeniū in eius fabrica ſpectatur. Cornua ad prætentandū iter ſimul ac pugnā idonea. Præterea aculei, & in toto dorſo aſperitas, ipſoq; capite, & tabellarū ordo ac connexus, & articulorū uincula, à quibus exemplaria ſuarū loricarū militātes accepiſſe uidentur. Oua gerunt tribus menſibus, Maio, Iunio, Iulio, quo tempore in cibis ſunt gratiſsimæ. Carniuoræ ſunt. Autumno & Vere pingueſcit, & plenilunio magis
      - *Non* ingratus cibus eſt.
      - *Carnem* habēt duram.
      - *Difficilè* coquuntur.
      - *Conſtans* alimentum præbent.
      - *Ventrem* retinent.
    - *Aſtacus*, à qbuſdā Gāmarus appellatur, locuſtis ſimilis eſt, neq; ab ipſis multū diſcrepat. Itali Cāmaros & Gabaros dimare appellāt. Coquūtur in aqua, addito pipere & ſale
      - *Aegrè* conficiuntur.
      - *Non* leuiter alūt.
    - *Squillæ*, Grecis καρίδες dicūtur. Sūt locuſtis ferè ſimiles: differūt tamē, q ſcilicet forcipe careant. Squillarū generibus continentur κῦφαι, id eſt, gibæ. Craugmes κραγγόνες & paruæ, quæ maiores eſſe nunquā poſſunt. Diſtāt à genere cancrario, q caudatæ uideātur, à cruſtario, quod forcipe. Elixantur, & ex acremēto aceti eduntur: friguntur quoq; extenuatis à morbo cū cruſta & pedibus digiti minimi eſt magnitudine
      - *Hecticis* conueniunt.
      - *Venerem* proritant.
      - *Carne* dulciſsimæ.
      - *Extenuatis* à morbo proſunt.
    - *Cancer* eſt rotundo corpore & abſq; cauda.
    - *Mæa cancer*, à quibuſdā Cancro de Barbarie: Venetis Granci porroni. omnium cancrorū maximus. Dorſo ſunt ſpinoſo. Cancreolas alij uocāt: alij Squinadas: in aquis uelociſsimæ, in terra tardæ. Specula eam teſtis includuntur
      - (Cancer et Mæa:) *Multum* alunt. *Aegrè* coquūtur.
    - *Pagurus*, è genere cancrorū eſt. dorſo leui atq; tabellatiore, pedesq; ijs breuiores, quàm Mæis. Decocti partim nigreſcunt, partim rufeſcunt. ab Italis Canci, & ab alijs etiam Granciporri. Aſſantur in furno, ore & ano occluſis, ne liquor interior effundatur
      - *Carnem* non æquè dulcem atq; Squillæ obtinet.
      - *Creſcente* luna ſucculentior.
      - *Cruſtam* exuit.
      - *Multum* alit.
      - *Difficilè* coquitur.
  - *Teſta* ſiliceα: ut
    - *Oſtrea*
      - *Carne* molliſsima conſtant
      - *Aluum* emolliunt
      - *Salſum* in carne ſuccum continent
      - *Leuiùs* alunt
      - *Faciliùs* coquuntur
      - *Venerem* proritant, ſi cum pipere edantur
      - → *Elixātur* in olla, pipere, cinnamomo & caryophillis additis. *Aſſantur* quoq; propria teſta addito pipere;
    - *Chamula*, *Spondylus*, *Purpura*, *Buccina*, *Hyatula*, *Cochlea*, *Conchula*, &c. — Conchyliata iſta
      - *Salſum* in carne ſuccum continent.
      - *Carnem* obtinent duram.
      - *Valentiùs* nutriunt — Quàm oſtreæ.
      - *Difficiliùs* conficiuntur — Quàm oſtreæ.
      - *Ventrem* proritant.

PISCES *meliores ſunt, modicæ magnitudinis, albæ carnis, friabiles, ſquamoſi, boni odoris, modicæ pinguedinis, exercitati, marini, qui in aquis limpidiſsimis uiuunt, uentis perflatis borealibus, in terra petroſa & arenoſa, ſine immunditijs, quæ bonis herbis & radicibus abundent, &c.*

# De Alimentis, ſumptis ab animalium quadrupedum partibus, in genere & ſpecie.

✠ *Alimenta* ſumuntur à partibus animaliũ, tum

- *Aereorum*
  - *Quadrupedum*: & uel à
    - *Trunco*: nempe
      - *Capite*
        - *Generatim*: eſt *Caput* integrum elixum, aut etiam deinde in craticula aſſum
          - *Multi* eſt nutrimenti ſi concoquatur.
          - *Semen* auget, difficilè coquitur.
          - *Ventriculo* obeſt.
          - *Vrinam* fœtidam reddit.
          - *Ructus* commouet.
        - *Particulatim*: ſunt
          - *Cerebrum*
            - *Pituitoſi* ac craſsi eſt ſucci.
            - *Tardè* meat, excrementoſum eſt.
            - *Difficilè* coquitur, ſtomacho aduerſatur.
            - *Nauſeam* concitat.
            - *Melius* euadet, ſi cũ diſſecãtib. & calefaciẽtib. ꝑparetur.
            - *Nam* faciliũs coquitur, & bonum ſuccum præſtat: nimirum ſale, cumino & uino in ſartagine frixum.
          - *Oculi*
            - *A paucis* manduntur.
            - *Frigidi* ſunt temperamenti.
            - *Difficilis* ſunt coctionis.
            - *Paucum* & prauum ſuccum præſtant.
          - *Aures*
            - *Quàm* paucisſimum ſuccum præſtant.
            - *Difficilè* admodum ſuperantur.
          - *Nares*
            - *Concoquuntur* difficilè.
            - *Parum* nutriunt.
          - *Lingua*
            - *Muſculoſæ* ſubſtantiæ eſt, ſed ualde fungoſæ.
            - *Facilè* coquitur.
            - *Bonum* ac leue præſtat alimentum.
            - *Guſtui* grata.
          - *Roſtra*
            - *Difficilius* coquuntur.
            - *Deteriorem* ſuccum præſtant.
            - *Parum* admodum alunt.
          - *Labia*
            - *Lentum* ſuccum generant.
            - *Facilè* coquuntur.
          - *Glandulæ*
            - *Facilius* coquuntur quàm carnes.
            - *Modicè* alunt.
            - *Humidæ* ſunt & excrementoſæ.
      - *Thorace*: ut
        - *Cor*
          - *Fibroſam*, duram ac ſiccam habet naturam.
          - *Difficulter* concoquitur.
          - *Bonum* præſtat ſuccum, ſi concoquatur, & non paucum.
        - *Pulmo*
          - *Huius* caro leuis eſt & aereæ naturæ.
          - *Minus* nutrit quàm iecur aut cor.
          - *Facilè* concoquitur.
        - *Spinalis* medulla
          - *Durior* eſt cerebro.
          - *Aegrè* concoquitur.
      - *Ventre.* Vide in ſequentibus ſignum A.
    - *Artubus*, ſeu extremis partib⁹ ſumpta: ſunt
      - *Pedes*, qui elixantur, aut in ſartagine friguntur
        - *Succum* præbent lentum.
        - *Facilè* coquuntur.
        - *Humectant* ſolidas corporis partes.
        - *Aridis* corporibus optimi ſunt.
      - *Cauda*
        - *Lentum* ſuccum præſtat ac frigidum.
        - *In* animalibus pinguioribus bonum ſuccum præſtat.
        - *Facilè* coquitur.
      - *Medulla* oſsium
        - *Mollior* / *Dulcior* / *Guſtui* magis grata — Eſt quàm ſpinalis medulla.
        - *Ventrem* aliquatenus ſubuertit.
        - *Prima* editur menſa elixa, addito ſale.
        - *Multum* alit ſi concoquatur.
      - *Cutis*
        - *Difficilè* concoquitur.
        - *Frigidum* & glutinoſum præſtat ſuccum.
        - *Parum* alit.
  - *Bipedum.* Vide in ſequentibus ſub ſigno C.
- *Aquatiliũ* partibus. Nam imprimis commendatur
  - *Caput*
    - *Salmonis, Sturionis, Muli.*
    - *Congri* magni & pinguis.
    - *Glauci, Vmbrinæ*, &c.
  - *Roſtrum, Barbi*, &c.
  - *Lingua* ſeu palatum *Carpionis, Tincæ*, &c.
  - *Iecur*
    - *Lupi*, toſtum in craticula.
    - *Mullorum, Scarorum.*
    - *Aſelli, Raiæ*, &c.
  - *Dorſum Congri*, &c.
  - *Venter Salmonis, Raiæ*, &c.
  - *Epigaſtrium Thynni*, &c.
  - *Lactes Murænarum*, &c.
  - *Lumbi Clidium*, &c.
  - *Inteſtina Mugilum, Scarorum*, &c.
  - *Cauda Mugilis*, &c.
  - *Oua Locuſtarum, Carpionis, Percarum, Haringarum*, &c.
    - *Difficilè* coquuntur.
    - *Mali* ſunt ſucci.

**A.**
*Alimenta* ſumuntur etiam à quadrupedũ uentre: ut

- *Ventriculus*, inteſtina & uterus
  - *Membranoſa* ſunt.
  - *Difficilis* ſunt concoctionis.
  - *Sanguinem* paucum ac frigidum præſtant.
- *Iecur*
  - *Porcorum*
    - *Dulce* eſt.
    - *Molle.*
    - *Guſtui* gratum.
    - *Facilius* concoquitur.
    - *Promptius* permeat.
  - *Animalium*
    - *Lactentium*
      - *Facilius* coquitur & diſtribuitur.
      - *Validè* nutrit.
    - *Non* lactentium
      - *Difficilè* coquitur.
      - *Tardè* permeat.
      - *Siccam* habet temperaturam.
- *Sanguis*
  - *Hircinus*, à nemine deguſtatur ob ſaporis prauitatem & alimenti malitiam.
  - *Taurinus*, *Bubulus* — *A' paucißimis* editur. Terrenus enim eſt ualde.
  - *Porcinus*, *Arietinus*, *Agnorum* — *Editur*
    - *Omnes* melancholicum ſuccum præſtant.
    - *Difficilè* ſuperantur.
    - *Tardè* permeant.
- *Lien*
  - *Paucum* ſuccum præſtat, ac prauum, melancholicumq́;.
  - *Difficilè* concoquitur.
  - *Tardè* permeat.
  - *Obſtruit.*
  - *Siccam* habet naturam.
  - *Porcinum* reliquis melius habetur.
- *Renes*
  - *Prauum* ſuccum præſtant.
  - *Vrinam* ſapore, odore, & natura referunt.
  - *Non* difficilè coquuntur in uentre.
- *Adeps*
  - *Calida* eſt naturæ.
  - *Siccus* eſt.
  - *Nauſeam* concitat.
  - *Parum* admodum nutrit.
  - *Oleoſæ* naturæ eſt.
- *Pinguedo*
  - *Calida* & humida eſt.
  - *Parum* nutrit.
  - *Nauſeam* parit.
  - *Cibum* in uentriculo ſuſpendit.
- *Teſtes* animalium
  - *Coeuntium*
    - *Non* ſuccum laudabilem præſtant.
    - *Nidorem* referunt.
    - *Semen* abundè generant.
  - *Nondum* coeuntium & paruorum. —— *Meliores* ſunt.
- *Vbera*, ſeu mamillæ animalium, quæ
  - *Conceperunt*
    - *Humidiores* ſunt & molliores.
    - *Magis* excrementoſæ — *Sunt.*
    - *Dulciores* — *Sunt.*
  - *Lac* non habent
    - *Siccioris* naturæ ſunt & durioris.
    - *Tardius* concoquuntur.
    - *Succum* crudum ac pituitoſum generant.
- *Lac.* Vide in ſequentibus ſub ſigno B.

- B. *Lac* eſt animalis ſuperfluũ, album bina decoctiõe in mãmis generatũ, eſt ſanguis bis decoctus: tũ in
  - *Genere*: & huius differentiæ ſumuntur ab
    - *Aetate*. Nam
      - *Recens*
        - *Succum* præſtat optimum in ſanis hominibus, & modicè conſtantem.
        - *Facilè* in uentre ſuperatur.
        - *Facilius* alijs cibis corruptionem patitur.
        - *Gingiuas* putrefacit & erodit. Quapropter ab eſu lactis os uino colluendum.
        - *Prodeſt.*
          - *Conſiſtentibus*
          - *Senibus* non naturaliter frigidis
          - *Bilioſis*
          - *Ventriculum* mundum habentibus
          - *Hecticis, Extenuatis*
        - *Nocet.*
          - *Frigido* & inualido uentriculo, & intento.
          - Podagricis, *Capiti*
          - *Renibus* calculoſis
          - *Articularibus* morbis
          - *Iecoris* obſtructionibus
          - *Febrientibus, Ophthalmicis*
          - *Reſolutis, Conuulſis*
          - *Catharrhoſis, Pituitoſis*
          - *Dentibus*
        - *In* uentriculo facilè coagulatur. Proinde modicum mellis aut ſacchari, & ſalis ei admiſcere conuenit.
      - *Antiquum*, ſeu non recens: & uel
        - *Coagulatum*
          - *Ventriculum* aggrauat.
          - *Aegrè* concoquitur.
          - *Craſſum* generat ſuccum.
          - *Lienteriam* facit.
          - *Anguſtiam* frequentius inducit.
          - *Exhalationes* in caput mittit.
          - *Syncopen* ſæpe inducit.
          - *Omni* alio lacte peius exiſtit.
        - *Acidum*
          - *Vtile* ijs, qui uentriculum iuſto calidiorem habent.
          - *Non* omnibus nocuum eſt.
    - *Ordine*, Nam
      - *Prima* menſa comedatur.
      - *Ieiuno* ſtomacho bibatur.
      - *Non* aſſumatur cibus alius, niſi prius lacte in uentriculo cocto.
      - *Poſt* lactis bibitionem, non bibatur uinum.
      - *Non* bibatur lac cum aceroſis.
      - *Non* comedatur cum piſcibus ſimul.
      - *Poſt* lactis bibitionem lauentur dentes uino.
    - *Præparatione.* Vide in ſequentibus ſub ſigno ☙
  - *Specie*: aut
    - *Humanum*
      - *Temperatum* eſt in tribus ſubſtantijs.
      - *Optimum* generat ſuccum.
      - *Mortiferis* aduerſatur uenenis.
      - *Cæteris* præſtantius habetur.
      - Confert.
        - *Hecticis*
        - *Extenuatis*
    - *Bubulinum*
      - *Facilius* ouillo ſuperatur & digeritur.
      - *Minus* conſtans præbet nutrimentum ouillo.
      - *Pinguiſſimum* eſt.
      - *Plus* butyri alijs continet.
      - *Subſtantia* craſsiſsimum eſt.
    - *Ouillum*
      - *Craſsioris* & magis terrenæ naturæ eſt quàm bubulũ.
      - *Plus* caſei habet.
      - *Tardius* deſcendit.
      - *Difficilius* concoquitur.
      - *Parum* ſeroſum eſt.
    - *Caprinum*
      - *Medium* eſt inter ouillum & bubulinum, facilitate & difficultate coctionis & digeſtionis, atq; alendi uiribus.
      - *In* ſuis temperamentis humano æmulatur, uerumtamen eo ſiccius eſt.
      - *Facilè* deſcendit.
      - *Extenuatis* atq; hecticis conuenit.
    - *Camelinum*
      - *Facilè* coquitur ac digeritur.
      - *Seri* plus continet, minus alit.
      - *Celerius* per uentrem deſcendit.
    - *Aſininum*
      - *Minus* alit.
      - *Seri* plus continet.
      - *Facilè* coquitur & digeritur.
      - *Celerius* per uentrem deſcendit.
      - *Tabidis* & hecticis conuenit.

ELIGITVR *lac boni odoris, ſaporis dulcis, mediæ conſiſtentiæ, quod non habeat partium inæqualitatem, colore candidum.*

*Lactis* differentiæ ſumuntur etiam à præparatione. Nam præparatur lac, aut

- *Integrum*: & uel in forma
  - *Iuris* ſeu offæ: atq; ſic elixatur cũ butyro & pauca aqua, &c.
    - *Cibus* non ingratus.
    - *Minus* nocet quàm crudum.
    - *Facilè* coquitur.
    - *Modicè* alit, &c.
  - *Pultis*: atq; ſic elixatur aut cum
    - *Farina*, addito ſale, & ouis, fit polenta
      - *Bene* nutrit.
      - *Craſſũ* generat ſuccũ.
      - *Aegre* coquitur.
      - *Obſtruit*.
    - *Oriza*, addito ſale, fit polenta quæ editur cum ſaccharo & cinnamomo
      - *Cibus* guſtui gratiſsimus.
      - *Bonum* ſuccum præſtat.
      - *Ventrem* ſiſtit.
      - *Aegrè* deſcendit, &c.
- *In* ſuas partes diuiſum. Conſtat enim ex partibus tribus; uidelicet
  - Pingui
    - *Cruda*: ut *Caput lactis*
      - *Calidum* eſt & humidum.
      - *Vnctuoſum*.
      - *Ventriculi* uillos mollificat.
      - *Cunctis* ſupernatat cibo.
      - *Nutrimentum* à uentriculo eijcit antequam concoquatur.
      - *Craſsi* eſt ſucci.
      - *In* uapores facilè cõuertitur.
      - *Nauſeam* parit.
    - *Parata*: ut *Butyrum*
      - *Parum* calefacit.
      - *Coquit*.
      - *Diſcutit* humores, qui in tumoribus calidioribus continentur.
      - *Parum* alit.
      - *Succum* præſtat, qui facilè diſcutitur.
  - *Craſſa* & terreſtri: ut *Caſeus*. Huius quoq; differentiæ tũ in
    - *Genere*, ſumũtur ab
      - *Aetate*: atque ſic caſeus aut
        - *Recens*
          - *Faciliùs* coquitur quàm cæteri caſei.
          - *Craſſum* ſuccum præſtat.
          - *Ventrem* ſiſtit.
          - *Lapidem* in renibus & ueſica generat.
          - *Minus* malum quàm uetus.
          - *Stomacho* non noxius.
        - *Vetus*
          - *Difficilè* coquitur.
          - *Craſſum* & malum ſuccum præſtat.
          - *Ventrem* ſiſtit.
          - *Calculos* generat.
          - *Melancholicos* auget humores & morbos.
          - *Meatus* obſtruit.
          - *Terribilia* & triſtia inſomnia infert.
          - *Cordis* dolorem generat.
          - *Sitim* excitat.
          - *Difficilè* permeat.
      - *Ordine*
        - *Edatur* poſt reliquos cibos, ad oſtiolum uentriculi ſigillandum.
        - *In* prandio magis quàm cœna competit.
    - *Specie*. Sic caſeus aut
      - *Ouillus*
        - *Modicæ* eſt conſiſtentiæ.
        - *Melior* atque eligibilior eſt.
        - *Concoctu* cæteris facilior.
      - *Caprillus*
        - *Terrenam* & aridam naturam habet.
        - *Omnibus* caſeis eſt deterior, cum ſtatim exiccetur & friabilis fiat.
      - *Bubulus*
        - *Pinguior* / *Nutribilior* } Eſt.
        - *Difficiliùs* concoquitur.
  - *Aquoſa*
    - *Cruda*: ut *Serum*
      - *Refrigerat*.
      - *Ventrem* ſubducit.
    - *Cocta*. Ex longa namque ſeri coctione craſſeſcit ac coagulatur: fitq; *Recocta*
      - *Butyri* & caſei partem habet.
      - *Facilè* coquitur.
      - *Bonum* ſuccum præſtat.
      - *Nauſeam* efficit in nimia quantitate ſumpta.
      - *Ventriculo* frigido aduerſatur.
      - *Sitim* & bilem extinguit.
      - *Somnum* inducit.

**C.**
*Alimenta* à partibus animaliũ bipedum ſeu auium ſumpta: & uel à

- *Trunco*: uidelicet
  - *Capite*: ſunt
    - *Cerebrum*
      - *Melius* eſt quàm animalium quadrupedum,
      - *Facilè* coquitur.
      - *Bonum* ſuccum præſtat.
      - *Semen* auget.
    - *Criſtæ* gallorum & palearis
      - *A'* *quibuſdam* eduntur aſſæ ſuper prunas, & deinde addito pipere & ſucco aranzij.
      - *Difficilè* coquuntur.
      - *Paucum* alimentum præbent.
      - *Siccæ* ſunt naturæ.
    - *Ceruix*
      - *Gallinaceus* commendatur.
      - *Cæterarum* auium oculorum cláritati officit.
    - *Linguæ*
      - *Duræ* ſunt.
      - *Nullius* ferè momenti in cibis.
      - *Anſerum* libidinem mouent.
  - *Ventre*: ſunt
    - *Ventriculus*
      - *Anſeris*
        - *Facilè* concoquitur.
        - *Bonum* ſuccum generat.
      - *Gallinæ*
        - *Boni* ſucci eſt.
        - *Facilis* eſt concoctionis.
    - *Inteſtina* *In* omnibus ferè auibus abijciuntur, ſed in roſtratula aue unà cum excrementis ſuauiſsimè eduntur.
    - *Iecur*
      - *Anſeris* pinguis, cuius alimentum lacte fuerit imbutum
        - *Bonum* ſuccum præſtat.
        - *Facilè* coquitur.
        - *Abundè* alit.
      - *Gallinæ*, lacte & farina ſaginatę
        - *Guſtui* ualde gratum.
        - *Facilis* concoctionis.
        - *Boni* ſucci eſt.
        - *Præſtantius* eſt quàm anſerum iecur.
      - *Gallinacei*, & ſuper prunas aſſatum
        - *Labentes* uires breui reparat, ſuperbibito pauco uino albo.
    - *Cor*
      - *Fibroſam* ac duram habet naturam.
      - *Nec* facilè coquitur.
      - *Nec* bonum præſtat ſuccum.
    - *Teſtes*
      - *Commendantur* gallorum gallinaceorum, ubi *ſeroſo* lacte imbutis cibis aluntur.
      - *Selectiſsimum* præſtant ſuccum.
      - *Facilè* in uentre coquuntur.
      - *Vires* lapſas optimè reparant.
    - *Vterus* gallinæ
      - *Peculiarem* quandam habet carnem, carni glandularum ferè ſimilem, ubi utraq; aſſetur.
      - *Facilius* multò coquitur, quã glandulæ.
      - *Probè* alit.
      - *Eius* alimentũ optimis conferri poterit.
    - *Oua*. Vide in ſequentibu ſub ſigno ✲
- *Extremis* partibus: ſunt
  - *Alæ*
    - *Anſerum*
      - *Probè* alunt.
      - *Facilè* coquuntur elixæ.
      - *Bonum* ſanguinem generant, parum lentoris habentem.
    - *Gallinarum*
      - *Facilius* coquuntur quàm anſerum.
      - *Bonum* præſtant ſuccum.
      - *Arefectis* accommodatæ ſunt.
  - *Pedes*
    - *Paucum* admodum ſuccum præſtant.
    - *Non* malum ſanguinem generant.
    - *Elixi* eduntur, &c.

✲ *Oua*

✻ *Oua* omniũ uolucrũ æquè duro putamine conſtãt. Horum differentiæ tum in

- *Genere* ſumuntur ab
  - *Aetate.* Nã
    - *Recentia* & modò edita
      - *Optima* } *Sunt.*
      - *Boni* ſucci } *Sunt.*
    - *Vetera*
      - *Habent* ſubſtantiam minutam atque corruptam.
      - *Facilè* putreſiunt.
      - *Prauum* odorem habent.
      - *Malum* ſuccum præſtant.
      - *Morbos* ex putredine facilè inducunt.
  - *Præparatione.* Nam
    - Elixa
      - Integra
        - Tremula
          - *Meliora* ſunt quàm quæ in cineribus coquuntur.
          - *Non* admodum nutriunt.
          - *Faciles* ſunt concoctionis.
          - *Aſperitatibus* gutturis ſunt accommodata.
        - *Dura*
          - *Difficiliùs* coquuntur.
          - *Multum* nutriunt.
          - *Minus* mala quàm quæ in cineribus coquuntur.
          - *Craſſum* generant ſuccum.
          - *Obſtruunt.*
          - *Calculum* generant.
          - *In* uentriculo putreſcunt.
          - *Colicam* faciunt & uentriculi dolores.
          - *Aluum* cohibent.
      - *Fracta*, atque aquæ feruenti infuſa
        - *Melioris* ſucci ſunt.
        - *Facilè* coquuntur.
        - *Probè* alunt.
        - *Ab* his uitelli tantùm edendi ſunt.
    - *Aſſa* in cineribus, & uel
      - *Minus* bona, quàm quæ in aqua coquuntur.
      - *Mollia* ſeu tremula.
      - *Dura*
        - *Praua* ſunt.
        - *Difficilis* admodum concoctionis.
        - *Exiccant.*
        - *Aluum* cohibent.
    - *Frixa*, in
      - *Sartagine*: inde fiunt tortellæ cum butyro
        - *Difficilè* coquuntur.
        - *Prauum* ac nidoroſum ſuccum præſtant.
        - *Facilè* in uentriculo corrumpuntur.
        - *Ventriculo* obſunt.
      - *Butyro*
        - *Difficilè* coquuntur.
        - *Nidorulentum* ſuccum præſtant.
- *Specie.* Nam
  - *Gallinarum*, *Perdicum*, *Phaſianorum* } *Quæ*
    - *Primùm* locum bonitatis habent.
    - *Boni* ſunt ſucci.
    - *Multum* & uelociter nutriunt.
    - *Venerem* augent.
    - *Velociter* reſtaurant.
    - *Hecticis* conferunt.
  - *Anſerum*, *Anatum* } *Hæc*
    - *Difficilè* concoquuntur.
    - *Craſſi* ſunt ſucci.
    - *Multum* alunt, ſi concoquantur.
  - *Strutocameli*
    - *Mali* ſunt ſucci.
    - *Viroſum* redolent odorem.
    - *Aegrè* concoquuntur.
  - *Pauonum*
    - *Peſſimi* ſucci } *Sunt.*
    - *Horribilia* ſapore } *Sunt.*
    - *Incoctibilia* } *Sunt.*
    - *Humanis* temperaturis ſunt inimica.
  - *Columbarum*
    - *Sunt* calida.
    - *Venerea* ſunt.

# De Potu.

- *Potus*, eſt eſſentiæ humidioris refectio, q̃ deperijt: eſtq; ad tres uſus neceſſarius: uidelicet, ut ſitim ſedet ac calorẽ extinguat: & in ipſo alimenta elixentur: & alimenta tranſmittat, & ad omnia membra perferat. Potus autem apud omnes homines eſt aut
  - *Aqua*, eſt elemẽtum & corpus ſimplex: cuius differentiæ tum in
    - *Genere*: & hę ſumũtur uel à
      - *Qualitate*: atq; ſic aquarũ alia actu
        - *Calida*
          - *Concoctionem* corrumpit.
          - *Alimentum* in uentre ſuſpendit.
          - *Aquam* inter cutem generat.
          - *Hecticam* febrem procreat.
          - *Ventriculi* uires euertit.
          - *Non* ſtatim extinguit ſitim.
        - *Frigida*
          - *Prodeſt*
            - *Admodum* calidis.
            - *Pinguibus*.
            - *Carnoſis*.
            - *Laborioſis*.
            - *Frigidam* potare conſuetis.
          - *Obeſt*
            - *Non* admodum calidis.
            - *Macie* affectis.
            - *Ocioſis*.
            - *Inſuetis* frigidam bibere.
            - *Ventriculi* imbecillitate affectis.
            - *Neruorum* morbis laborantibus.
            - *Thoraci*.
            - *Lateribus*.
            - *Imbecilla* habentibus inteſtina.
            - *Dentibus*.
      - *Situ*. Nam aqua, cuiꝰ fons fluit ad
        - *Orientem* ſolis, & per meatum aliquem mundum, aut puram terram colatur
          - *Omni* ætati utiliſsima eſt.
          - *Caleſit*, *Refrigeratur* } *Ociſsimè*.
          - *Humiditate*, *Tenuitate*, *Claritate*, *Bono* odore } *Cæteras* antecellit.
        - *Septentrionem*
          - *Aegrè* concoquitur.
          - *Tardè* meat.
          - *Caleſit*, *Refrigeratur* } *Tardè*.
          - *Frigidiſsima* exiſtit.
        - *Occidẽtẽ* ſolis
          - *Concoctu* contumax eſt.
          - *Valenter* infrigidat.
          - *Grauis* eſt.
          - *Pleuritidem*, *Fluxiones*, *Spaſmum* } *Generat*.
        - *Meridiem*
          - *Cæteris* calidior, *Salſa* ſæpius } *Eſt*.
          - *Vrinam* prouocat.
      - *Præparatione*. Coquitur namq; aut
        - *Sola*
          - *Optima*, *Limpida*, *Tenuior* } *Redditur*.
          - *Putorem* quem ex putredine plerunq; contraxit, abijcit.
          - *Lutum*, *Limum*, *Terreſtre* omne } *Quod* prius immiſtũ erat, deponit ad imũ.
        - *Cũ* alijs: uidelicet
          - *Hordeo*
            - *Refrigerat*.
            - *Humectat*.
            - *Febricitantibus* utiliſsima. &c.
          - *Lupulis*, hordeo aut tritico, fit ceruiſia
            - *Eſt* ſubſtantiæ craſſæ.
            - *Excrementoſus* eſt potus.
            - *Flandris* & Germanis in uſu.
            - *Caput* inflat flatibus.
            - *Inebriat*.
          - *Melle*, fit aqua mulſa
            - *Pituitoſis* utilis.
            - *Senibus* confert.
            - *Craſſos* humores in thorace attenuat.
            - *Arenulas* educit ex renibus, &c.
    - *Specie*. Vide in ſequentibus ſub ſigno A.
  - *Succus*. Vide in ſequentibus ſub ſigno C.

VERVM *ſtatim ab elixatione bibenda non eſt. Nam antequàm refrigeratur, adhuc motione agitatur, atq; ideo omnes eius particulæ permiſtæ ſunt, ſed ea refrigerata graues ac terreæ fundum petunt, leues ſuperfluitant. Galen. 6. de Morb. uulg.*

IN *refrigerando aquam poſt cocturam, ubi alicuius putei, in quem uaſculum demittamus, nobis facultas eſt, aliquo tegumine uaſculum claudere, atq; undiq; diligẽter obſtruere neceſſe eſt. Vbi uerò puteo caremus. detectum uas, ut frigidum aerem admittat, relinquere conuenit. Verùm cùm in puteum demittitur, uel in fluuium rapidè labentem, refrigerandi cauſa, quemadmodum Aelxandriæ facere conſueuerunt, tum uas aliqua ex parte inane eſſe melius fuerit, quo aer inter operculum & aquam in uaſe poſitã contentus, ipſe prius refrigeratus ſic deinde attactu uicinam aquam refrigeret. Idem ibidem.*

A. Aqua

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0178-7 DFG

- A. *Aqua* in ſpecie, aut eſt
  - *Potabilis.* (Hác ſeligere oportet limpidiſsimam & ualde pellucidam, quæ nullũ ſaporem nullumq; extraneum odorem referat, & ſit leuiſsima) & uel
    - *Pluuialis*
      - *Recens*
        - *Quieta*
          - *Tenuiſsima* & leuiſsima eſt.
          - *Morbis* ex fluxione utilis.
          - *Oculorum* medicamentis efficax, &c.
        - *Tonitrualis*, id eſt quę à nubibus cũ tonitru deſcẽdit, parũ à quieta degenerat.
        - *Nimboſa* & procelloſa: mala eſt, cùm nulla elaboratione ſit effecta.
      - *Aſſeruata* in ciſternis, ſi recens ſit, uel omni prorſus putredine uacans, optima & ipſa iudicari poterit. Verùm cùm aqua ab imbre delapſa facilè putreſcat, quod etiam ſtatione omnibus aquis euenire ſolet, animaduertendum eſt ne potantem decipiat.
    - *Fontana*, quæ
      - *Aeſtate* frigida, *Hyeme* calida } *Eſt* —
      - *Ad* Orientem ſpectat.
      - *Ab* alto deſluit.
      - *Super* { *Liberam* terram, *Petras*, *Arenam* } *Currit*
      - } *Optima* eſt, aliter uerò contrarium.
    - *Fluuialis*: quæ procedit aut ex
      - *Fontibus* perpetuò manantibus
        - *Ducit* ſecum naturam aquarum fontium à quibus manat, & terræ per quam incedit.
        - *Remota* à ciuitatibus melior habetur.
        - *Meãs* per ciuitates peſsima eſt, niſi diu fictilib. uaſis defecta exiſtat
        - *Hæc* nunquam bibenda, niſi quæ flante borea fuerit collecta.
      - *Niuoſis* montibus: huius natura, ut aqua niuoſa ſeu glacialis,
      - *Pluuijs*: cuius natura, ut aquæ pluuialis.
    - *Putealis*
      - *Grauis* atque craſſa eſt.
      - *Magnas* infert noxas.
      - *Viſcera* lædit.
      - *Hypochondria* eleuat in tumorem.
      - *Coctioni*, *Diſtributioni* } *Alimentorum* inepta eſt,
      - *Quare* ſi quis hanc bibere coactus fuerit, ipſam uino miſceat, aut eam elixet, aut deniq; parum aniſi admiſceat.
      - *Potabilior* eſt, quæ frequenter hauritur.
    - *Stagnalis* ſeu lacunalis & paluſtris
      - *Mala* eſt.
      - *Putredinis* aliquid habet, quoniam quieſcit & à ſole alteratur.
      - *Aeſtate* calida, *Hyeme* frigida } *Eſt*.
      - *Pleuritidem*, *Tuſsim* } *Generat.*
      - *Splenem* auget.
      - *Febres* putridas, *Hydropem*, *Malum* habitũ } *Progignit.*
      - *Oculos* obtenebrat.
      - *Quare* elixatione corrigenda, & cinnamomi parum in fine infundẽdum, & colanda.
    - *Niualis*, ſeu glacialis
      - *Omnium* peſsima eſt.
      - *Craſsiſsima* eſt & pernitioſa.
      - *Hydropem*, *Malum* habitum, *Colli* dolores, *Articulorum*, *Neruorum*, *Viſcerum* } *Morbos* } *Generat.*
      - *Iecur*, *Ventriculum* } *Deſtruit.*
      - *Valde* æſtuanti ſtomacho utilis.
      - *Concoctioni*, *Pectori*, *Lateribus* } *Nocet.*
      - *Spaſmum*, *Tetanum*, *Empyemata* } *Generat.*
      - *Diu* in uentre moratur.
      - *Flatus* parit.

*NIVALIS aqua etſi iuuenilia corpora offendere non uideatur, noxa uidelicet quæ paulatim increſcit, non percepta: tempore tamen procedenti, cùm ætas declinat, difficulter ſanabiles aut incurabiles planè morbos inducere nata eſt, in neruis, articulis & uiſceribus. Nam quando congelatur, ab ea exprimitur id quod ſubtiliſsimum eſt. Galen. de Renum curatione.*

*PLVVIALIS aqua, quæ media æſtate decidit cum tonitru, omnium optima eſt, eo quòd ſol leuiſsimum & tenuiſsimum attrahat, ac id non ex alia aqua ſolùm, uerùm ex mari quoq; & corporibus. Quapropter etiam omnium promptiſsimè computreſcit, ut quæ diuerſis ex qualitatibus ſit conflata. Nemo autem aquam putrefactioni opportunam eſſe exiſtimet: nam mutationis facilitas, uirtuti potius quàm uitio tribuitur. Quæ igitur aqua optimas notas habet, ſi promptè etiam putreſcat, ea cenſebitur ſaluberrima. Hæc Paulus ſumpſit ex Gal. 4. de Morbis uulgaribus. Paulus lib. 1.*

  - *Mineralis.* Vide in ſequentibus ſub ſigno B.

- **B.** *Aqua* mineralis
  - *Sulphurea*
    - *Siccat*, *Calefacit* poteſtate.
    - *Leproſis*, *Scabroſis*, *Impetiginoſis*, *Antiquis* ulceribus, *Hydropicis* — Prodeſt.
    - *Stomachum* eneruat atq; euertit.
    - *Dolores* mitigat.
    - *Neruos* emollit.
  - *Nitroſa*
    - *Calefacit* poteſtate, Siccat.
    - *Morbis* humidioribus accommodatur, & à fluxione ortis, ut podagræ & reſolutioni.
    - *Non* concipientibus ob nimiam purgationem, aut ob nimiam humiditatis abundantiam in utero, aut in uniuerſo corpore confert.
    - *Capiti*, *Thora i* — *Fluxione* tentato accommodata eſt.
    - *Stomacho* humentiori, *Aquæ* inter cutem, *Tumoribus* laxis, *Pituitoſis* — *Vtilis* eſt.
  - *Aluminoſa*
    - *Siccat*, *Calefacit* poteſtate.
    - *Morbis* humidioribus, & ex fluxione ortis accommodatur: ut
      - *Podagræ*.
      - *Articulari* morbo.
      - *Conuulſioni*, *Reſolutioni*.
    - *Sanguinis* reiectioni, *Stoma ho* uomitioni opportuno, *Immoderatis* mulierum purgationibus, *Continuis* abortibus, *Omnibus* ulceribus fluxione tentatis — *Vtilis* eſt.
  - *Salſa*
    - *Siccat*.
    - *Calefacit*.
    - *Morbis* humidioribus, ut nitroſa accommodatur.
  - *Ferrea*
    - *Siccat*, *Infrigidat*.
    - *Iecori*, *Stomacho* — *Languenti* prodeſt.
    - *Fluxiones* cohibet bibita.
  - *Bituminoſa*
    - *Caput* replet.
    - *Inſtrumenta* omnium ſenſuum offendit.
    - *Calefacit*, *Emollit* — *Temporis* proceſſu.
    - *Aqua* intercute affectis peridonea eſt.
  - *Aerea*
    - *Ori*, *Tonſillis*, *Vuæ*, *Oculis* — *Confert*.

- **C.** *Succus*, qui in potu ſumitur, aut eſt
  - *Vuarum* & dicitur *Vinũ*: quod eſt aut
    - *Naturale*. Vide in ſequentibus ſignum D.
    - *Artificiale*: aut
      - *Coctum*
        - *Simpliciter*
          - *Multum*: & fit Sapa
            - *Calida* eſt in primo uel initio ſecundi.
            - *Conuenit* morbis *Thoracis*, *Pulmonis* — *Qui* ſunt abſq; febre.
            - *Craſſum ſuccum præſtat*.
            - *Multum* alit.
            - *Obſtruit*.
            - *Inflat*.
            - *Difficilè* concoquitur.
          - *Mediocriter*: & fit Vinũ ſimpliciter coctũ
            - *Craſſum* eſt.
            - *Excrementoſum*.
            - *Difficilè* à natura ſuperatur.
            - *Implet* caput.
            - *Neq;* urinis, neq; ſputis mouendis accommodatum.
        - *Per* ſublimationem ſeu diſtillationẽ, fit Aqua uitę ſeu ardẽs
          - *Doloribus* à cauſa frigida medetur.
          - *Flatus* diſcutit.
          - *Aurium* doloribus à cauſis frigidis ferè ſubitò auxiliatur.
          - *Bilem* adauget, Febres generat — Bibita æſtatis tempore.
      - Crudũ: atq; paratum uel cũ
        - *Melle*
          - *Tantùm*: fit Vinum mulſum: uidelicet ex duab. partib. uini & una mellis: uel tribus uini, & una mellis
            - *Pituitoſis* utile.
            - *Lapides* & arenulas ex renib. pellit:
            - *Senibus* confert.
            - *Febribus* pituitoſis utile.
            - Anaſarca laborantibus confert.
          - *Et aromatis*: fit Clarea: uidelicet ex decem uini albi partibus, una mellis, cinnamomi, caryophillorum & gingiberis, ſufficiente quantitate
            - *Prodeſt* ſtomacho.
            - *Inteſtinis* frigidiorib. competit.
            - *Bibitur* hyberno tempore, & in poſtremis menſis.
        - *Sacchar*o: fit Vinum Hippocraticũ: uidelicet ex uini nigri partibus quinq;, uini albi partibus quinque, ſacchari parte una, cinnamomo, caryophillis, zingibere, & moſcho pauco
          - *Potus* ualde gratus, & in poſtremis menſis ſumendus.
          - *Prodeſt* ſtomacho & inteſtinis frigidis.
          - *Concoctionem* iuuat. (cit, &c.
          - *Ventriculum* roborat & calefa-
  - *Pomorum*, qui Sidra appellatur
    - *Eſt* craſſæ ſubſtantiæ.
    - *Excrementoſus*.
    - *Caput* implet flatibus.
    - *Celtiberis* in uſu eſt.

D. *Vini*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0180-6

D. *Vini* naturalis differentiæ in

- *Genere.* ſumuntur à
  - *Subſtãtia.* Atq; ſic uinorum aliud
    - *Craſſum*
      - *Difficilè* concoquitur.
      - *Multum* alit, ſi concoquatur.
      - *Craſſo* ſanguine uenas replet.
      - *Atrabilarium* generat ſuccum.
      - *Ciendis* urinis inutile habetur.
    - *Tenue*
      - *Craſſos* humores incidit.
      - *Vrinam* cit.
      - *Sanguinem* per renes purgat.
      - *Citò* in corpus digeritur.
      - *Flatus* non gignit.
    - *Medium* medio modo ſe habet.
  - *Qualitate*
    - *Tactu.* Nã uinum frigidum
      - *Natura,* & moderatè, quale habetur ex cella uinaria { *Innocentius*, *Sapidius*, *Potentius, &c.* } Eſt.
      - Arte, & immoderatè
        - *Neruis*, *Cerebro*, *Pulmoni*, *Pectori*, *Ventriculo*, *Inteſtinis*, *Hepati*, *Spleni*, *Renibus*, *Veſicæ*, *Vtero*, *Dentibus* } *Maximè* nocet.
        - *Venereas* flammas extinguit.
        - *Neruorũ* reſolutiones progignit.
        - *Frigidos* procreat morbos.
        - } *Idẽ* de frigidiſsima aqua intellige, quæ ſcilicet niue uel glacie ad intentiſſimam frigiditatem ſit redacta.
    - *Odoratu.* Vinũ namq;
      - *Odoriferum*
        - *Cæteris* uinis calidius eſt.
        - *Caput* alijs omnibus magis tentat.
        - *Bonos* humores gignit.
        - *Cor* confortat.
        - *Spiritus* uiuificat.
        - *Animam* lætificat.
        - *Concoctionem* iuuat.
        - *Vrinam* prouocat.
      - *Inodorum*
        - *Craſſum,* graue.
        - *Difficilè* coquitur.
        - *Triſtitiam* gignit.
        - *Illaudabilem* ſuccũ pręſtat.
        - *Odorifero* eſt contrarium.
  - *Quantitate.* Vide in ſequentibus ſub ſigno E.
  - *Aetate.* Vide in ſequentibus ſub ſigno F.
  - *Ordine.* Nam uinum
    - *Stomacho* ieiuno non eſt bibendum. Nam corpori uniuerſo & neruis maximè nocet, & podagram generat & ſpaſmum.
    - *Poſt* exercitium, balneum, coitum minimè bibendum.
    - *Ante* præaſſumpti cibi deſcenſum non ſumendum. Quoniam & cibum ſupernatare facit, & concoctionem intercipit, &c.
  - *Præparatione.* Vide in ſequentibus, ſub ſigno G.
- *Specie.* Vide in ſequentibns, ſub ſigno H.

- E. *Vini* quantitas
  - *Moderata*
    - *Nutritioni* / *Concoctioni* / *Digeſtioni* / *Sanguinis* generationi — *Confert.*
    - *Animum* fideliorem reddit.
    - *Mitiorem* animum reddit.
    - *Concocta diſtribuit.*
    - *Citò aſsimilatur.*
    - *Celerrimè* alit.
    - *Ingenium* clarificat.
    - *Animam* dilatat.
    - *Spiritum* roborat.
    - Cor lætificat
    - *Flatuoſitates* expellit.
    - *Vrinam* cit.
    - *Colorem* naturalem auget.
    - *Conualeſcentes* impinguat.
    - *Appetitum* excitat.
    - *Sudores* prouocat.
    - *Sanguinem* turbidum clarificat.
    - *Obſtructiones* aperit.
    - *Alimẽta* in uniuerſum defert corpus.
    - *Pituitam* incidit.
    - *Plumbeum* colorem rectificat.
    - *Corporis* excretiones pellit.
  - *Immoderata*
    - *Corpus* totum infrigidat.
    - *Calorem* naturalem ſuffocat.
    - *Cerebro* / *Neruorum* origini / *Neruis* — *Maximè* nocce.
    - *Apoplexiam* / *Paraplexiam* / *Attonitum* morbum / *Caros* & comata / *Neruorum* reſolutiones / *Epilepſiam* / *Conuulſiones* / *Tentanum* / *Tremorem* — *Generat.*
    - *Homines* facit
      - *Loquaces*, Contumelioſos.
      - *Maniacos*, Stupidos.
      - *Homicidas*, Luxurioſos.
    - *Mentem* corrumpit.
    - *Animum* attenuat.
    - *Animales* facultates deſtruit.
    - *Naturalem* faculcatem attenuat.
    - *In* aliquibus uentriculis conuertitur in
      - *Bilem* tum rubeam, tum melancholicam.
      - *Purum* acetum. Auicen. 3. primi.

ALIMENTORVM *abundantia eo pacto naturalem noſtri corporis calorem ſuffocat, quo magna lignorum ſtrues incenſum ignem, & olei plus quàm par ſit, lucernæ & lampadis flammam extinguit. Gal. de Cauſis morb. cap. 3.*

- F. *Vinorum* differentię ſumuntur etiam ab ætate, tum
  - *Ipſius* uini: atq; ſic aut
    - *Nouum*
      - *Sape* ut aqua in uentre ſuſpenſum remanet.
      - *Sanguificationi* / *Nutricationi* — *Minimè* confert.
      - *Pituitam* facilè generat.
      - *Nullatenus* calfacit.
      - *Haud* commodè per aluum tranſit.
      - *Aegrè* digeritur.
      - *Vrinam* minimè prouocat.
      - *Facilè* aceſcit liberalius hauſtum.
      - *Id* minus nocet, quod tenuius eſt.
    - *Mediæ* ætatis, optimũ eſt, pręſertim quod eſt
      - *Subſtantia* purum & perlucidum.
      - *Colore* ſubflauum & album.
      - *Odoriferum.*
      - *Guſtu* neq;
        - *Aqueum* omnino.
        - *Cum* aliqua inſigni qualitate.
        - *Dulce.*
        - *Acre.*
        - *Amarum.*
    - *Vetus*
      - *Medicamentis* potius quàm alimentis eſt conueniens.
      - *Parcius* hauſtum neruoſis particulis prodeſt, aliter uerò contrarium.
      - *Expulſiuam* facultatem roborat.
      - *Flatuoſitates* reſoluit.
      - *Genitale* ſemen exiccat.
      - *Cerebri* membranas lædit, liberalius ſumptum quàm par ſit.
      - *Interficit* liberalius hauſtum.
  - *Bibentium*, Vide in ſequentibu ſub ſigno ⁂

*Vinorum* differentiæ ſumũtur ab ætate bibentium. Nam

- *Pueris* ineptiſsimum eſt, neq; dari debet, uſq; ad ætatis eorum annum duodeuigeſimum. Quippe quod hauſtum & humectat nimium, & calefacit corpus nimium, tum caput halitu replet ijs, qui calido humidoq; temperamento ſunt, quale eſt eiuſmodi puerorum. Cum autem ſit omnis exceſſus fugiendus, maximè hunc fugere expedit, ex quo non corpori modò, uerumetiam animo damnum accedit.
- *Adoleſcentibus* pugnaciſsimum eſt uinum: ſiquidem feruentem eorum naturam ac uehementer agitatam ſupra modum celefacit, atq; ad immenſas immanesq; motiones furibundos extimulat. Igitur niſi immodicè ſumptum eo uſque tempore, quo iam ferè adoleuerint, eſt utile: quod uidelicet ad iram præcipites, & ad iniuriam incontinentes facit, & partem animi rationalem hebetem turbidamq; reddit.
- *Iuuenibus* haud liberalius exhibendum uſq; ad eorum ætatis annum quadrageſimum: tunc enim in conuiuijs oblectari poſſunt in ſeniorum conſortio.
- *Senibus* quidem utilis potio uini eſt, ut quæ ætatis frigiditatem ad ſymmetriam caloris reuocet. Deligendum pro ſenibus illud uinum erit, quod & ſubſtantia ſit tenuiſsimum, & colore fuluum ſiue flauum. Verùm & commodum eſt, quod pallidum dicitur. Nam eiuſmodi uina & ſanguinem augent, & corpus nutriunt: quo fit, ut ea utilia ſenibus interdum ſint: utiq; quo tempore nec feroſam humiditatem in uenis habent, & ali liberalius deſiderant. Nam plurimi, qui hac ſunt ætate, ijs uinis indigent, quæ urinas cient, propterea quòd aquoſum excrementum in ipſis abundat. Quæ uerò diu in uentre morantur, eorum ſanè nullum aptum ſeni eſt.

MVLTO *magis, quàm Cretenſium, Lacedæmoniorumq; uſum, Charthaginenſium legem probarem, ut nunquam in caſtris quiſquam guſtare uinum audeat: ſed toto illo tempore aqua bibatur, & in ciuitate nunquam uini uſu ſeruo aut ſeruæ concederem. Sed nec magiſtratibus eo anno, quo magiſtratu funguntur. Gubernatores etiam, ac iudices munus ſuum obituros à uino penitùs prohiberem: deliberaturos quoq; de rebus non omnino negligendis. Ac nulli penitùs interdiu uinum concederem, niſi exercitationis corporeæ, morborumq; cauſa hoc potu opus fuerit. Neq; etiam noctu uiro, uel mulieri, quando liberis operam dare uolunt. Gal. lib. Quòd animi mores.*

GRAMMATICVS *quidam ſingulis diebus balneum petens, unum de pueris ſecum ducebat, altero domi relicto, qui rem familiarem ſeruaret, atq; ea, quæ ad uictum eſſent neceſſaria pararet. Puer itaq; cùm uehementi ſiti cruciaretur, nec eſſet ei aquæ copia, uinum antiquum liberaliter potauit, atque ex reliquo tempore uigil omnino permanſit, poſtea correptus febre, unà cum uigilijs oborto delirio perijt. Gal. lib. 2. de Locis affect.*

QVATENVS *tempore acriora & calidiora ſunt uina, atq; unà cum his colorem, tum ſubſtantiam, tum odorem mutant, eatenus differentiam aliquam in uinis tempus facere uidetur. Quòd ſi nihil horum immutetur, neq; ab aliquo uinum uetus dicetur neq; recens. Non enim ob tempus uina uel lædunt uel iuuant, ſed ex propriarum differentiarum mutatione. Idem lib. de Victu acutorum.*

G. *Vinorum* differentiæ ſumuntur etiã à præparatione. Nã uinorũ aliud

- *Miſtũ* ſeu dilutum aqua: præparatur namq; uinũ aqua, tempore, uel
  - *Vindemiarum*, & fit Lora, Græcis δευτερία & στεμφυλίτης dicta: quæ poſt uini expreſsionẽ aqua uinaceis ſuperinfuſa efficitur. Vinũ etiam ſecundarium appellatur
    - *Capiti* dolorem infert, niſi dilutior bibatur.
    - *Ocius* per urinam redditur, præſertim ſi uinacei fuerint dulces & bene maturi.
    - *Valentior* uinoſiorq; efficitur, cum in uer uſq; uel æſtatem ſeruatur.
    - *Minus* neruis atq; articulis nocet, quàm uinum, cui in calice aqua miſcetur.
  - *Cibi* ſumendi, quãdo ei in calice miſcetur aqua: & uocatur uinum dilutum
    - *Ventris* robur exoluit.
    - *In* præcordijs diutius moratur.
    - *Flatus* excitat.
    - *Sitim* ſedat plus quàm uinum meracum & aqua pura.
    - *Somnum* inducit.
    - *Cerebro*, uiſceribus imbecillibus obeſt.
    - *Velociter* inebriat.
    - *Sudorem* prouocat.
    - *Robuſtis*, carnoſis, laborioſis cõuenit, ſed potius æſtate quàm hyeme.
- *Immiſtum*, ſeu meracum, & aut
  - *Potens*
    - *Caput* celeriter uehementerque calefacit & ferit.
    - *Bile*, *Aeſtu*, *Fame*, *Mœrore* — *Vexatis* nunquam dari debet, præſertimq; ubi anni tempus, regio & ætas calida fuerint.
    - *Pituitoſis*, *Frigidis*, *Cruditate* refertis, *Frigidis* in locis degentibus, *Ocioſis* — *Confert.*
    - *Caput* tentat & neruos.
    - *Senibus*, *Ventriculo* — *Vtile.*
  - *Imbecillum*
    - *Citò* aceſcit.
    - *Potenti* omnino contrarium eſt.
    - *Citò* turbatur.
    - *Citò* corrumpitur.
  - *Medium*, in omnibus mediocriter ſe habet.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0183-4

H. *Vinorum* differentię in ſpecie ſunt aut

- *Album*. Vide in ſequentibus, ſub ſigno I.
- *Pallidum*, inter fuluum & album medium
  - *Sanguinem* auget.
  - *Corpus* nutrit.
  - *Excalefacit*.
  - *Vrinam* cit.
  - *Citò* nocet.
  - *Facilè* meat.
- *Flauum*, cuius
  - *Subſtantia* eſt
    - *Tenuis*
      - *Senibus* eſt utile.
      - *Vrinam* ciet.
      - *Citò* nutrit.
      - *Probè* concoquitur.
    - *Craſſa*
      - *Magis* nutrit.
      - *Tardius* in corpus deducitur.
      - *Auſtero* penetrabilius eſt.
      - *Vitioſos* corrigit ſuccos.
  - *Sapor* eſt
    - *Dulcis*
      - *Inter* nigrum & craſſum & dulce & album tenue conſiſtentia medium eſt. Nam non ut craſſum, ſanguinem craſſum generat, neque ut album per urinas ſecedit:
    - *Vinoſus*
      - *Concoctioni*, quæ uel uentriculo, uel uenis agitur, magis conducit.
      - *Ad* ſucci bonitatem opportunum eſt.
      - *Multum* nutrit.
      - *Caput* ferit.
      - *Vinoſum* ut plurimum eſt ac potens.
- *Nigrum*
  - *Clarum*
    - *Dulce*
      - *Multum* alit.
      - *Craſſo* ſanguine uenas replet.
      - *Thoracis* / *Pulmonum* — *Affectibus* confert.
      - *Lapidem* in renibus generat.
      - *Hepar* / *Lienem* — *Obſtruit*.
    - *Auſterum*
      - *Sanguinis* *Nigri* / *Craſſi* — *Materia* eſt.
      - *Malos* ac prauos ſuccos præſtat.
      - *Tardè* permeat.
      - *Ventri* utile eſt, quando uel plura iuſto deſcendunt, uel ramentoſa.
  - *Turbidum*
    - *Deteſtabile* eſt.
    - *Concoctu* eſt contumax.
    - *Oculos* obtenebrat.
    - *Sanguinem* flatulentum procreat.
- *Rubeum*
  - *Dulce*
    - *Thoraci* / *Pulmonibus* — *Maximè* confert.
    - *Valde* nutrit.
    - *Viſcera* obſtruit.
  - *Vinoſum*
    - *Sanguini* generando eſt accommodatiſſimum. Nam minima eget mutatione, ut ſanguis fiat.
    - *Plus* alit, quàm cætera uina. Ineſt autem ei certiſſimè nutrire corpora euacuata, & adiectione indigentia.
  - *Auſterum*
    - *Aluo* conſtringendo perutile eſt.
    - *Pectori* exaſperato / *Capiti* imbecilli / *Vrinæ* detentæ — *Inutile* eſt.
- *Subrubeum*
  - *Multum* corpus alit.
  - *Vincitur* à nigro nutriendo.
  - *Bonum* generat ſuccum.
  - *Facilè* meat.
  - *Vrinam* cit.

*Vinum*

- I. *Vinum* album
  - *Tenue*, ſubtile
    - *Aquoſum* natura uinum Gal. 7. Met. cap. 6. & lib. 8. cap. 3. & 4. de Victu acutorum cap. 3. & 12. id uocat, quod tenue eſt & purũ & ὀλιγόφορον. Eſt autem ὀλιγόφορον, quod minimam ſuſtinet aquæ miſtionem, imbecilliſsimũ & aquoſiſsimum: præterea aquę tum colore, tum ſubſtantia ſimile eſt: perſpicuum & ſplendidum, purũ & ſubſtantia tenue. Nullam enim earum, quæ cæteris uinis inſunt, habet qualitatem. Tale igitur uinum
      - *Parum* alit.
      - *Facultate*, *Colore*, *Conſiſtentia* } *Aquæ* ſimile exiſtit.
      - *Craſſos* incidit humores.
      - *Citò* concoquitur.
      - *Sanguinem* per renes purgat.
      - *Caput*, *Neruos* } *Minimè* lædit.
      - *Corpus* haud calefacit.
      - *Facilè* in omne corpus deducitur, præſertim quod uetus eſt.
      - *Ventriculi*, *Venarum* } *Concoctionem* adiuuat.
      - *Parum* ſanguinis gignit.
      - *Humores* humectat.
      - *Cæteris* uinis febricitantibus innocentius eſt.
      - *Vrinam* ciet.
      - *Incidit*.
      - *Somnum* inducit.
      - *Aegris* plus quàm ſanis conuenit.
    - *Auſterum*
      - *Minimè* calidum inter uina exiſtit.
      - *In* quæ ad uentrem fiunt deſtillationibus idoneum eſt.
      - *Vrinas* non abundè ciet.
      - *Illaudabilem* ſuccum generat.
      - *Aluum* laxum firmat.
      - *Caput* inter omnia uina minimè tentat.
      - *Thoracem* lædit.
      - *Concoctionem* non adiuuat.
  - *Craſſum*
    - *Clarum*
      - *Dulce*
        - *In* thoracis & pulmonis affectibus maximè ualet.
        - *Facilius* in uentriculo concoquitur quàm auſterum.
        - *Aluum* ducit.
        - *Caput* grauat, *Mentem* tentat } *Minus* quàm uinoſum.
        - *Facilius* quàm aliud per inteſtina deſcendit.
        - *Lienem* auget, Bilioſis non idoneum.
        - *Sputum* educit, Tardè meat.
        - *Hepati* affecto ualde noxium.
        - *Obſtruit* hepar & lienem.
        - *Febricitantibus* inutile.
        - *Facilè* in bilem conuertitur.
        - *Calculo* affectis inutile.
      - *Vinoſum*
        - *Craſſis* { *Subrubeis*, *Nigris* } *Minus* alit.
        - *Plus* alit albis & tenuibus.
        - *Neq;* uelociter neque uniuerſim alit.
    - *Turbidum*
      - *Aegrè* concoquitur.
      - *Inflat*.
      - *Obſtruit*.
      - *Calculum* generat.
      - *Viſum* obtenebrat.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0185-5

# De Exercitatione, in genere.

*Exercitatio* eſt motus uoluntarius ualidior, aut

- *Corporis*, qui reſpirationē in maius uel minus alterat. Huius differentiæ tum in
  - *Genere*, ſumuntur à
    - *Qualitate*. Sic exercitatio
      - *In* celeritate & robore mediocris
        - *Salubris*.
        - *Corroborat* membra & naturales functiones.
        - *Excrementa* educit.
        - *Impinguat*, &c.
      - *Robuſta*
        - *Reſoluit*.
        - *Attenuat*, &c.
      - *Imbecillis*, neque
        - *Extenuat*.
        - *Diſſoluit*.
        - *Impinguat*.
      - *Celer* ualde accendit calorem: non tamen diſcutit copioſum excrementum.
      - *Tarda*
        - *Tardè* & parum accendit calorem.
        - *Excrementa* diſcutit multa, ſi longa quoq; fiat.
    - *Quātitate*. Atq; ſic aut
      - *Moderata*: uidelicet quouſq; uniuerſum corpus intumeſcat, color corporis floridus appareat, ſudor calidus eliciatur, motus promptè & æqualiter edat. Nam cum aliquod horum fuerit mutatum, ſtatim inhibenda exercitatio eſt. Ex huiuſmodi namque moderata exercitatione
        - *Fiunt* membra duriora, & ad labores robuſtiora.
        - *Calor* natiuus corroboratur atque augetur.
        - *Attractio*, *Concoctio*, *Nutritio* — *Felicius* perficitur.
        - *Membra* aluntur.
        - *Excrementa* expelluntur.
        - *Exigui* meatus purgantur.
        - *Obeſum* corpus redditur.
      - *Immoderata*, in
        - *Exceſſu*, ut *Vehemens*, *Acuta*, *Multa*, *Longa* — *Hæc*
          - *Attenuat*.
          - *Siccat*.
          - *Bilioſum* animal reddit.
          - *Febres*, *Phrenitidem* — *Efficit*.
          - *Eryſipelata* & cæteros calidiores affectus generat.
        - *Defectu*: *Leuis*, *Parua*, *Breuis* — *Huiuſmodi* exercitationes
          - *Pituitoſum*, *Frigidum*, *Morbis* frigidis obnoxium — *Corpus* reddunt.
          - *Humectant*.
          - *Impinguant*, &c.

GAL. II. DE SANIT. TVEND.

*QVONIAM autem eorum, quæ ad aliquid dicuntur, eſt, quod uehementius dicitur, fieri poteſt, ut idem motus alteri ſit exercitatio, alteri uerò non ſit. Terminus igitur uehementiæ eſto anhelitus alteratio: quando in quibus motibus nulla ſit anhelitus mutatio, hos nondum exercitationes uocamus. Quòd ſi quis maius minúsue, celerius aut crebrius, iam ex motu aliquo reſpirare cogitur, tunc certè tantus motus exercitatio fuerit. Ea igitur communiter exercitatio uocatur.*

    - *Tempore*. *Ordine*. *Ætate*. — *Vide* in ſequentibus, ſub ſigno ☙.
  - *Specie*. Vide in ſequentibus, ſub ſigno A.
- *Animi*, homini nequaquam negligenda. Nam ut corpus motu & exercitatione uegetum redditur, ita ſtudio literarum anima alitur, & inualeſcit. Sunt autem animi motiones.
  - *Diſciplinæ*, *Meditationes* — *Quæ* ſi adhibeantur
    - *Tempeſtiuè*, hoc eſt completa concoctione
      - *Animam*
        - *Alunt*.
        - *Roborant*.
      - *Memoriam* cultam augent.
      - *Homines* reddunt
        - *Doctos*.
        - *Ad* rempub. gubernandam aptos.
    - *Intempeſtiuè*, hoc eſt ante completam concoctionem
      - *Concoctionem* impediunt.
      - *Tardiorem* efficiunt concoctionem.
      - *Cruditates* multas coaceruant.
      - *Obſtructiones*, *Febres* putridas — *Frequiter* inducũt.

*Corporis* exercitationis differẽtiæ in genere, ſumuntur etiam uel à

- *Tempore*
  - *Anni*, Sic exercitatio in
    - *Æſtate* ſit { *Leuior* / *Minor* } *Vt* uel { *Ambulatio* / *Equitatio* } *In* frigore.
    - *Hyeme* { *Vehementior* / *Maior* / *Longior* } *Vt* { *Curſus.* / *Luctus*, &c. }
  - *Diei*, atq; ſic aut
    - *Antemeridiana*, ſeu matutina. quod tempus exercitationi eſt aptiſsimum. Siquidem corpora exerceri debent, poſtquam cibus è uentre deſcenderit, & coctio in iecore perfecta fuerit, depoſitis prius alui & ueſicæ excrementis. Sanè huiuſce temporis nota, color eſt urinæ. Quæ enim aquę ſpeciem refert, crudum adhuc in uenis eſſe indicat ſuccum eum, qui à uentriculo ſubmittitur: quæ uerò ruffa bilioſaq; eſt, iamdudum concoctum eſſe huiuſmodi ſuccum: quæ modicè pallet, peractæ modò ſecundæ concoctionis eſt ſignum.
    - *Pomeridiana*. Peſsima eſt, & periculoſiſsima. Quoniã crudi & incocti cibi, in omnes animalis partes rapiuntur, atq; uniuerſum corpus crudis impletur humoribus, unde multiplices morbi generantur.
- *Ordine.* Nã quidã motus corporei ipſam exercitationem
  - *Antecedũt*: ut eſt frictio preparatoria. Nã ſi qs abſq; hac ſubitò ad exercitationẽ accedat, excremẽtis attenuatis, & meatibus exiguis laxatis, periculũ eſt, ne ſolidarũ partiũ aliqua rũpatur, aut cõuellatur, & excrementa uehementis ſpiritus impulſu obſtruant meatus. In hac itaq; obſeruanda tum
    - *Quantitas*, quæ ſit
      - *Primò* mediocris: prius linteo totũ corpus fricantes, donec incaleſcat. *Deinde* paulò fortior, addito oleo. — Nã frictio
        - *Magna*
          - *Primùm* trahit ſanguinem.
          - *Deinde* ipſum diſcutit.
        - *Mediocris*
          - *Non* diſſoluit.
          - *Sed* trahit & attracto frui permittit, atq; ea ratione impinguat.
    - *Qualitas*, quæ ſit
      - *Primò* mollis { *Recta* / *Obliqua* / *Tranſuerſa* / *Subtranſuerſa* } *Ad* omnem loci differẽtiam. Nam mollis ſoluit.
      - *Deinde* media inter mollem & duram cum oleo manuum circumactibus, modica celeritate, nõ grauibus, nec comprimentibus corpus. Quoniam dura frictio ligat.
  - *Sequuntur*: ut eſt Apotherapia ſiue frictio recuratoria, quæ minoribus & blandioribus motibus perficitur, & olei perfuſio, quæ partes corporis humectat & recreat.
- *Ætate.* Nam
  - *Pueri*
    - *Recenter* nati, ualentem motum, quàm eſt, qui uehiculis, nauigijs equis'ue præſtatur, non deſiderant. Immaturi enim omnino haud cogendi ſunt, ne eorum artus diſtorqueantur. Nam per ſe tum primùm moueri pueris licet, cùm iam repere cœperunt, magisq; etiam, cùm ingredi.
    - *Tertium* aut quartum annum agentes, his nauigio uehiculoq; modicè agitari licet.
    - *Septennes*, ualentiores motus tolerant, ita ut equitare iam aſſueſcant. Sanè uel hac ætate facilè declaratur, quanta ſit noſtræ naturæ cum exercitijs ſocietas, cùm pueros, nec ſi cõcluſeris loco aliquo, prohibeas, quo minus diſcurrant, ac pullorum uitulorumq; ritu laſciuiant. quippe ſua cuiq; animanti natura ſatis eſt ad proprias conuenientesq; exercitandas appetitiones, quibus ſanitatem ſalutemq; tueatur.
  - *Iuuenes* optimi ſtatus corporis, ad uehementiſsimos quoſq; labores idonei ſunt: ſed quantò magis ad ſenectutem accedunt, ad mediocres.
  - *Senes* non minus quàm iuuenes exercitationes poſtulant, cùm inſitus alioqui calor extingui in his periclitetur. Nam corporum quæ in florente ætate ſunt, non deſunt. quæ quietem poſtulant, de quibus Hippocrates prodidit. Senum uerò nemo quietem ex toto poſtulat, ſed nec exercitiũ uehemens. Ceu enim uentulo quodam excitari accendiq; calor eorum deſiderat: uehemẽtiore aũt deijcitur. Quæ uerò his præcipua ad ſanitatem exercitia ſunt, hæc per ualentiores corporis partes ſunt obeunda. quippe cum quibus reliquæ ſimul mouentur exercenturq;. Porrò quibus operibus arte opus eſt, ea ne attingere quidem debebunt: nõ tibia, non tuba ſonare, non cithara: non magis quàm quæ in palæſtra geruntur, qui luctæ ſunt ignari. Cõſuetis igitur laboribus ſenes omnes exercendi ſunt, ſed tamen uehementia eorum remiſſa.

## GAL. DE CIBIS BONI ET MALI SVCCI.

AD *ſanitatem tuendam, ſi corpora moderatè exercentur, mirum in modum prodeſt, ac contrà quies & ocium diuturnum maximè illis nocumento eſt. Neq; enim morbo quiſquã corriperetur, ſi accuratè obſeruaret, ne in cruditates incideret, aut uehemẽter poſt cibum ſe exerceret. Nam ſicuti bonæ ualetudini ante cibum exercitatio maximum affert commodum, ſic qualiſcunq; ſumpto cibo, motus noxius admodum eſt. Alimentum enim ex uentre ante concoctionem, in diuerſas corporis partes diſtribuitur, propter crudi humoris copiam per uenas aggeritur: quæ multiplices morbos affert, niſi aut multis laboribus is humor diſſoluatur, aut à iecinoris, uenarumq; facultate concoctus uerſusq; in ſanguinem fuerit.*

NON *exercitari imbecillis partibus, ſolis ſenibus ſuadeo: ex cæteris, quanto quiſq; remotior à ſenio fuerit, tanto illi magis exercenda pars infima eſt.*     *Gal. 5 de Sanitat. tuenda.*

CONSVETVDO *maximam uendicat partem ad exercitationis ſpeciem deligendam. Nam quæ conſueta ſunt, ut minimè laſſantia: ſicuti è diuerſo, quæ inſueta ſunt, tum diſplicent, tum laxant.*     *Ibidem.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0187-7

A. *Exercitatio corporis in ſpecie, aut fit à*

- *Nobis ipſis:* atq; ſic exercitationum aliæ conueniunt
  - *Sanis*
    - *Temperatis:* & quidē tempore
      - *Matutino*
        - *Summò mane:* nimirū
          - *Scalptura* capitis cum pectine retrorſum.
          - *Lotio*
            - *Manuum*
            - *Faciei*
            - *Ceruicis*
            - *Aqua* frigida, earundemq; partium deterſio cum panno linteo aſperiore.
          - *Collutio* oris.
          - *Balneum* aquæ dulcis tepidum, præſertim tempore æſtiuo, in quo ſingulis hebdomadis, alui & urinæ excrementis prius depoſitis lauandum, & cutis ſordes detergendæ.
          - *Frictio*, præſertim tempore hyberno, uel atumno. Nam, depoſitis prius excrementis tum alui tum ueſicæ, corpus ſibi mollibus linteis modica compreſsione ac celeritate fricari præcipiat. Id etiam facient, qui literarum ſtudio incumbunt, reliqua (ut ſequetur) deinde agent.
        - *Ante* prandium, nempe aut
          - *Saltatio*
          - *Pilæ* magnæ luſus
          - *Pilæ* paruæ luſus
          - *Quibus* ſe exercendū modica quadam celeritate, ſine magna cōtentione, donec reſpiratio in magnitudinem, & celeritatem, & frequentiam mutata ſit, aut laſsitudinem ſentire incipiant, aut ſudore pauco cutis madeſcat. Quoniam hac
            - *Vniuerſæ* corporis partes pari ferè menſura exercentur.
            - *Color* natiuus augetur.
            - *Naturales* actiones in toto corpore felicius perficiuntur.
            - *Excrementa* expelluntur.
            - *Exigui* meatus purgantur.
      - *Veſpertino*
        - *Ante* cœnam: uidelicet aut
          - *Deambulatio* paulò celerior in ſpacio 20. paſſuum, aut longiori. Quoniam accendit calorem, & non copioſum excrementum diſcutit.
          - *Equitatio*, de qua inferius.
        - *Poſt*
          - *Prandium*, *nulla exercitatio cōpetit, ſed* quies potius. Quoniam per *horam quieſcere decet,* deinde uerò mollibus paſsibus incedere, ut cibus ad imas uentris partes deſcendat.
          - *Cœnam*. Eodem modo per horam quieſcere decet, deinceps mollibus paſsibus incedere, ut cibus in inferio rem uentriculi fundum deſcendat.
    - *Intemperatis*
      - *Toto* corpore: aut
        - *Calido*
          - *Vehementer:* qui uel
            - *Actiones* ad uitam proprias elegerunt. His actiones illæ tantùm exercitationis loco ſatisfaciūt ad ea, quibus exercitatio accommodata eſt.
            - *In* ocio degunt: nempe breuis exercitatio neq; celeris, ne excrementis impleantur.
          - *Minus:* nimirum celeris exercitatio non longa. Quoniam maior calor breui excrementa diſcutit, præſertim quæ multa non ſunt.
        - *Frigido:* nempe longa & tarda exercitatio: quæ non accendit ualde calorem, & ſi interim maiorem reddat, longitudine tamen copioſa excremēta & craſſa diſſoluet.
      - *Parte*. Vide in ſequentibus, ſub ſigno B.
  - *Aegris*. Vide in ſequentibus, ſub ſigno C.
- *Alijs*. Vide in ſequentibus, ſub ſigno D.

**B.** *Exercitatio* intemperatorum ex parte aliqua corporis. Nā qui leui de cauſa patiuntur

- *Vertigines*, *Epilepſiam*, *Ophthalmiam*, *Aurium* dolores, *Tonſillarum* inflammationes, *Antiades*, *Anginam*, *Gingiuarum* / *Vuæ* — *Inflammationes*, *Dentium* dolores, *Ceruicis* / *Capitis* — *Fluxiones*:
  - *Iis* cōuenit uel
    - *Deambulatio*
    - *Curſus* mediocris
    - *Geſtatio* in uehiculis:
      - *Quoniam* malè habent, & ijs inclinato capite dorſo ue, aut humi uolutatis exerceri non expedit.
- *Crurum* imbecillitatem, ijs ſuperioribus partibus exercitari ſatius eſt: uidelicet aut
  - *Chironomiis*.
  - *Acrochiriſmis*.
  - *Magnæ* pilæ luſu.
  - *Diſci* iactu.
- *Brachiorum* debilitatem, ijs conuenit magis
  - *Inambulatio*.
  - *Curſus*.
  - *Saltus*.
- *Thoracis* affectum, hi magis inferiorum exercitatione iuuantur.
- *Renum* / *Veſicæ* — *Morbos*, hi ſuperiorum exercitatione magis indigent.
- *Ventriculi* / *Iecoris*, *Lienis* / *Inteſtinorum* — *Morbos*, his tam ſuperiorum quàm inferiorum exercitatio ſaluberrima eſt.

**C.** *Exercitatio* ægrotantium ex

- *Toto* corpore, ex ipſis nulla eſt, ſed ab alijs. Quare his frictionibus uti conueniet, ne calor eorum naturalis extinguatur prorſus: & quidem
  - *Primò* crurum ac pedum.
  - *Secundò* brachiorum & manuum.
  - *Poſtremò* dorſi & ſpinæ.
- *Parte*. Nam qui laborant ex
  - *Capite*, *Collo*, *Manibus*, *Humeris*, *Lumbis* — *Cōuenit* magis aut
    - *Inambulatio* pedum.
    - *Curſus* mediocris.
    - *Geſtatio* in uehiculis.
  - *Coxa*, his magis ſuperiorum partium exercitatio eſt conueniens: ut
    - *Diſci* iactus.
    - *Summæ* manus decertatio.
  - *Spina*.
  - *Cruribus*
    - *Naturaliter*: nimirum aut
      - *Craſſis*
      - *Gracilibus*.
    - *Accidentaliter*.
  - *Pectore*
    - *Naturaliter* lato
    - *Accidentaliter*.
  - *Thorace*
    - *Naturaliter* aut
      - *Anguſto*
      - *Exiguo*.
    - *Accidentaliter*.
  - *Pedibus*
    - *Naturaliter*: ut
      - *Valgi*
      - *Vari*.
    - *Accidentaliter*.
  - (Spina … Pedibus:) *Hi* ad pleraſq; exercitationes ſunt inepti. Quippe uitioſæ figuræ thorax in ijs, quæ per uocem adminiſtrantur, offenditur. Crura uerò per inambulationem læduntur.

**D.** *Exercitatio* fit etiam ab alijs, & non à nobis ipſis: uidelicet aut

- *Equo*, quo aliquandiu, uel ante prandium uel cœnam ſanis incedendū eſt. Ab huiuſmodi enim equitatione
  - *Spina* erecta tenetur.
  - *Lumbi* laborant.
  - *Muſculi*
    - *Ceruicis* exercentur.
    - *Feminum* laborant.
  - *Crura* / *Viſcera* omnia — *Agitantur* & concutiuntur.
  - *Excrementa* deorſum transfunduntur.
  - *Sanguis* in totum diducitur corpus.
  - *Innatus* calor accenditur atq; augetur.
- *Vehiculo* ſeu curru
  - *Totum* corpus agitatur & concutitur, præſertim thorax, uenter & omnia uiſcera.
  - *Quibuſdam* caput interturbat.
- *Lectica* / *Nauigio* — *Geſtari* minus bonum eſt, quoniam quibuſdam
  - *Vomitum* ciet.
  - *Caput* interturbat
    - (both:) *Membris* nondū probè motis, neq; exercitatis.
- *Frictione*, quæ aut
  - *Magna*, Reſoluit.
  - *Mediocris*, Impinguat.
  - *Mollis*, Soluit: Dura, Ligat.

# De Quiete.

- *Quies* ſeu ocium
  - *Animi*, homines reddit
    - *Negligentes.*
    - *Pigros.*
    - *Ignorantes.*
    - *Obliuioſos* eorum, quæ didicerunt.
    - *Segnes.*
    - *Turpes.*
    - *Non* conſcios eorum, quæ ſua ſunt.
    - *Conſilio* ineptos.
    - *Reipublicæ* gubernandæ ineptos.
  - *Corporis*
    - *Homines* efficit.
      - *Ventroſos*
      - *Pigros*
      - *Segnes*
      - *Inualidos*
      - *Inertes*
      - *Decoloratos*
    - *Calorem* innatum refrigerat & extinguit.
    - *Pituitam* auget.
    - *Corpus* excrementis implet.
    - *Generat.*
      - *Apoplexiam*
      - *Epilepſiam*
      - *Viſcerum* obſtructiones
      - *Podagram.*
      - *Articulorum* dolores
      - *Fluxiones*, &c.

# De Somno in genere.

ARIST. Somnus eſt impotentia ſenſuū, ab utili humore cerebrū imbuente ac aggrauante proueniens.

GAL. Somnus eſt quies uacatioq; ab animarijs actionibus. Hunc conciliat utilis materia, quæ ex ſtomacho in cerebro colligitur: uel eſt remiſſio animę ſecundum naturam à finibus ad principatum.

AVERRHOES: Somnus eſt ligamētū & quies ſenſuum, & reuerſio ipſorum ab inſtrumentis eorum ad partem intrinſecam corporis.

PAVLVS: Somnus eſt animalium uirium requies, ab utili humiditate cerebrum madefaciente proueniens.

AVICEN. Somnus uniuerſaliter eſt reditus ſpiritus animalis ab inſtrumentis ſenſuum & motuum ad principium, cum quo priuantur ipſorum inſtrumenta à ſpiritibus in actu, niſi quæ neceſſaria ſunt ad hoc, ut uita permaneat. Huius differentiæ ſumuntur à

- *Quantitate*
  - *Moderata*, cuiuſmodi eſt ſomnus, qui modū non excedit, ſed tantus eſt, quo in uentriculo & iecore coctio alimentorum perficiatur, quod ex urina deprehendi poterit. Verùm cum coctiones non in omnibus pari temporis ſpacio perficiantur, non erit dormiēdi tempus omnibus unum. Magna autem ex parte in bene ualentibus, & modicè uiuentibus à ſexta in octauam horam perficitur, ita ut ſeptem horarū ſpacium, medius dormiendi terminus fit. Huiuſmodi ſomnus moderatus.
    - *Animales* facultates reparat.
    - *Coctiones* alimentorum perficit.
    - *Crudorum* humorum coctiones abſoluit.
    - *Curas* obliuioni tradit.
    - *Iracundiam* mitigat.
    - *Dolores* omnes ſedat.
    - *Omnia* corporis membra humectat.
    - *Reſolutas* corporis facultates reſtaurat.
    - *Calorem* natiuum & humidū auget.
    - *Hebetes* clarificat & illuſtrat.
    - *Laſſitudinem* aufert.
    - *Fluxiones* retinet.
    - *Corpus* totum labore affectū refocillat.
  - *Immoderata.* Nam ſomnus
    - *Exceſſu*
      - *Caput* grauat.
      - *Mentis* hebetudines affert.
      - *Memoriæ* iacturam facit.
      - *Animales* facultates debilitat.
      - *Pituitam* generat.
      - *Corpus* infrigidat.
      - *Innatum* calorem extinguit.
      - *Nauſeam* inducit.
      - *Colorem* inficit.
      - *Pituitoſis* morbis nocet.
      - *Malum* totius corporis habitum gignit.
    - *Defectu*
      - *Exiccat.*
      - *Aridum* corpus reddit.
      - *Concoctionem* reddit imbecillam.
      - *Spiritus* reſoluit.
      - *Oculos* profundos facit.
      - *Inducit, &c.*
        - *Vertiginem*
        - Caliginem
- *Tempore.* Vide in ſequentibus, ſub ſigno A.
- *Situ.* Vide in ſequentibus, ſub ſigno B.

QVAE *ad ſomnum multum, eumq́; ſtudio quodam accerſitum inſueta ſit mutatio, ſegnitiem corporis, & capitis grauitatem efficit. Humectat enim ſomnus, ſpiritumq́; & effluuia cohibet. Non igitur abſq; ratione in eorum, qui plurimum præter conſuetudinem dormiunt, corpore halituoſa redundāt excrementa, atq; ob eam rem tota ipſorū conſtitutio ex coctis ſimiliter exoluta redditur. Gal. de Victu acutorum.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0190-5
DFG

**A.** *Somni* differentiæ etiam à tẽpore ſumũtur. Nam ſomnus
- *Nocturnus*, naturaliſsimus eſt, poſt horam à cœna, aut paulò plus, quamuis ſummo mane dormire ſit naturale ad tertiam diei partem.
- *Diurnus* non expedit, niſi ijs, qui à prãdio dormire aſſueuerunt, reliquis uerò minimè. Quoniam
  - *Caput* uaporibus implet.
  - *Catharros* / *Capitis* dolores / *Anginas* — *Generat.*
  - *Humidos* procreat morbos.
  - *Colorem* inficit.
  - *Neruos* debilitat.
  - *Segnitiem* parit.
  - *Febres* / *Abſceſſus* — *Inducit.*
  - *Memoriam* ſtupidam reddit.

## PAVLVS LIBRO I.

NOCTVRNI *ſomni omnium præſtantiſsimi ſunt. Siquidem nox naturali humiditate & quiete ſua animum in ſomnum deducens, concoctionem omnibus modis abſoluit. Item:*

TEMPVS *ſomni optimum eſt à cibo, ſed interdiu captus haud omnibus eſt idoneus. Tempus enim quo obdormiſcunt, ad abſolutam ciborum concoctionem non ſufficit. Interrupta enim ante horam ſuam concoctione, à meridie reſurgentes, ſubinde acidos ructus edunt, & flatibus replentur. Nonnulli uerò fluctuatione uentris infeſtantur, niſi uel ex conſuetudine, uel ſufficienti ſomno uſi, eiuſmodi mala effugiant.*

**B.** *Situs* dormiẽtis ſeu forma, ſit aut ſuper
- *Latus*
  - *Dextrũ*. Dormiet aũt ſanus homo toto corpore, brachijs ac cruribus modicè cõtractis, magis quidem hyeme ad calorem uentris augendũ, minus uere & æſtate, capite parum eleuato, ita ut ſuper latus dormiẽs, caput parem humero ſuperiori ſeruet altitudinem. Dormiet itaq; primùm ſuper dextrũ latus. Quoniam
    - *Concoctio* uentriculi à calore iecoris adiuuatur, & facilius deſcendit cibus ad imum uentriculum, & in iecur deducitur.
    - *Alimenta* citius in corpus diſtribuuntur.
    - *Aſtrictam* aluum habentibus leuitas acquiritur.
    - *Principio* ſomni ſemper conuenit.
  - *Siniſtrum*, ad quod ſanus homo ad finem ſomni ſe conuertat. Quoniam
    - *Dextri* lateris onus expedit.
    - *Frigidum* habentibus uentriculum / *Leuem* habentibus aluum / *Iecinoris* calore affectis. / *Concoctricem* facultatem imbecillem habentibus — *Competit.*
- *Ventrem*, ſuper quem etiam cubet homo ſanus ad finem coctionis. Quoniam
  - *Pituita*, quæ in uentriculo relinqui ſolet, tunc ſuperatur.
  - *Ventriculi* concoctio mirum in modum adiuuatur.
  - *Color* uentriculi innatus præſeruatur.
- *Dorſum*, ſuper quem dormire nullatenus expetit. Nam
  - *Alimentum* ab initio fluctuare in uentre, & ad œſophagum ſæpe aſcendere facit.
  - *Alimentum* tardius coquitur.
  - *Apoplexiam* / *Paralyſim* / *Epilepſiam* / *Ephialtum* — *Inducit.*
  - *Fluxione* tentatis pernicioſus eſt.

DECVBITVS *in ſanis primùm in dextrum latus, deinde in ſiniſtrum fieri debet, quo cibus promptè ad uentriculi fundum deſcendat, ut à iecore illic incumbente concoctio adiuuetur.*

SVPINVM *iacére & hiare damnat Hippocrates: decubitum autem in alterum latus laudat. Itaq; ſupinum iacére & hiare nõ abſq; actione ſtertendi, aut exolutionis, aut ebrietatis, aut ignauiæ ſunt ſigna.* *Gal. 2. de Motu muſculorum.*

De Inſe-

# De Inſomnijs, in genere & ſpecie.

*Inſomniū* (inquit Artemidorus) eſt motus aut figmentū animę multiformę ſignificantiū futurorum bonorū aut malorum. Cōciliator, eſt phantaſma factū à motu ſimulachrorum dormientis, in eo quòd dormit. Vel eſt quædam diſpoſitio media abſq; morbo, per quā neque ut uigilantes ſenſuum actiões obimus, neque ut integrè dormientes ociamur: & eſt uel

- *Diuinum*, ſeu cœleſte, quod à diuinis ſiue cœlorum animabus cauſatur, quæ motores etiam dicuntur orbium, operantes quandoq; formam in imaginatione ſecundum comparationem eorum, & comparationem animarum ipſorū ſecundū aptitudinem. Quoniam animæ noſtrę habent maiorem comparationem cum ſubſtantijs ſeparatis, quàm cum corporibus ſenſibilibus, quo fit, ut ſint eiuſmodi inſomnia cæteris ueriora.
- *Animale*, nullius aut quàm paucæ ueritatis exiſtit: eſt enim magis illuſio eorum quædam, circa quę anima fuit ſollicita & occupata in uigilia: ceu fameſcenti repræſentantur cibi, appetentiq; mingere cloaca, & ſtrepitus agonizanti.
- *Naturale*: cuius differētię tum in
  - *Genere*, ſumuntur à
    - *Qualitate*, ſeu dominio temperamenti naturalis.
    - *Quantitate* ſeu exuperantia humorum, in corpore exiſtētium: & aut
      - *Sanguinis*. Hi namq; inſomniant
        - *Res* rubras ſe uidere, & quæ delectant & grata ſunt.
        - *Nuptias*, Conuiuia.
        - *Dulcia* alimenta.
        - *Sanguinem* è corpore manantem.
        - *Muſicos* concentus.
        - *Reges*, Prælatos, Principes.
      - *Bilis*: inſomniant
        - *Flauos* colores.
        - *Cædes*, Incendia, Fulgura, Aeſtus.
        - *Hypocauſta*, Balnea.
        - *Prælia*, Lites.
        - *Aurea* ueſtimenta.
        - *Milites*, Prædones, Carnifices.
        - *Lictores*, Ebrioſos.
        - *Arbores* florentes & infructuoſas.
      - *Pituitæ*: inſomniant
        - *Niues*, Glaciem, Frigus.
        - *Imbres*, Grandinem, Maria.
        - *Flumina*, Nudas arbores.
        - *Res* albas, Nautas, Piſcatores.
      - *Atræ* bilis: inſomniant
        - *Lugubria*, Triſtia.
        - *Colore* nigra, Fumum.
        - *Caliginem*, Terrores, Cruciatus.
        - *Mortuorum* cadauera.
        - *Cacodæmones*, Aethiopes.
        - *Cerdones*, Cementarios.

    *Ex ſanorū genere, his quidem, qui ieiunè parciusq́; ſunt cibati, ſomnia conſpicua fiunt: repletis uerò temulentisq́; ita, ut uiſis uidui deſtitutiq́; uideantur, phantaſmatibus propter obſcuritatē prauitatemq́; ita effluentibus, ut ne reliquias quidē, & ueſtigia in memoria relinquāt: ſic et affectiones, quæ cū cerebri humiditate fiūt, comatoſæ ſunt, ſomniculoſæ & uiſis deſtitutæ. Gal. 1. Prorrheticorū.*

  - *Specie*: quæ uaria ſūt. Nā quidam inſomniant
    - *Aſtra* cœleſtia, agilia ſplendentiaq́;, etſi etiam uideantur de cœlo labi, uel de loco ad locum moueri
    - *Mortuos*, puris ueſtibus albis indutos, qui puri aliquid tribuant
    - *Deos* aliquid boni uel pulchri dantes
      - *Huiuſmodi* inſomnia — *Sanitatem* / *Proſperitatem* — *Promittunt*.
    - *Corpora* ipſa cœleſtia obſcuritate affecta, præſertim cum ad occaſum uel ad ueſperā ferri cernuntur, aut in mari, aut in terra, aut ſurſum omnia, quæ in mare feruntur. Quæ in terra, tubercula: quæ uerò ſurſum, capitis defluxiones moliuntur. Huiuſmodi inſomnia — *Ventris* morbos indicant.
    - *Mortuos* nigris ueſtibus indutos, qui aliquid demant. talia inſomnia ſemper aliquid mali præſagiunt.
    - *Puteos* uel fontes agitatos. talia inſomnia flatus circa ueſicam coaceruari minantur.
    - *Mare* perturbatum. huiuſmodi inſomnia uentris morbos indicant.
    - *Formas* peregrinas perterrentes. Inſomnia hæc — *Repletionem* / *Bilis* ſecretionem / *Periculoſum* morbum — *Præ* ſe ferunt.
    - *Monſtra* terrifica / *Formas* peregrinas / *Hoſtes* armatos / *Fluuiorum* tranſitiones — *Inſaniam* futuram deſignant.
    - *Tranſitus* per anguſta loca. anhelitus anguſtiam hoc ſomnium oſtendit.
    - *Grauedinem* aliquem opprimentem / *Curſum* aut uolatum / *Deambulationem* per cœnum & loca fœtida / *Manſionem* in uiridarijs & bene olentibus locis — *Indicat* — *Ingentem* molem. / *Leuitatem*. / *Putredinem*. / *Mundiciam*.
    - *Se* bibere. calidiorem uentriculum oſtendit.
    - *Fœminarum* amplexus. ſeminis redundantiam ſignificat.
    - *Theſaurum* ſe inueniſſe. ſignificat inopiam, auaritiam, &c.
    - *Se* uolare. ſpiritum animalem tenuem & purum eſſe, notat.
    - *Opprimi* & anguſtia premi. abundantiam craſſorum humorum, maximè in partibus cerebri, aut thoracis, oſtendit, &c.

QVAE *in ſomnijs uel uident, uel ſe facere putant ægrotantes, ſæpiſſimè nobis & ad defectus & ad exceſſus, & qualitates deniq; humorum cognoſcendas conducunt.*

De Vigilijs.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0192-7

# De Vigilijs.

*Vigilia*, eſt intenſio animę à principio ad corporis partes omnes, atque particulas: quæ ſi fuerit

- *Temperata*
  - *Senſus* admodum excitat.
  - *Vires* ad functiones componit.
  - *Corporis* excrementa reſoluit.
- *Excedens*
  - *Cerebri* temperaturam corrumpit.
  - *Delirium* facit.
  - *Humores* adurit.
  - *Acutos* excitat morbos.
  - *Famelicos* homines efficit.
  - *Maciem* inducit.
  - *Concoctricem* facultatem imbecillem reddit.
  - *Spiritus* reſoluit.
  - *Caput* uaporibus replet.
  - *Corporis* ſplendores reficit.
  - *Profundos* reddit oculos.
  - *Calorem* auget.
  - *Bilem* accendit.

# De Affectibus animi, in genere.

*Affectus*, Græcis πάθος dicitur, eſt auerſa à recta ratione contra naturam animi commotio. Vel eſt appetitus uehemens, longius à naturæ conſtantia diſcedens. Vel affectus eſt animi motus, rationi non obediens. Horum differentiæ tum in

- *Genere*: ſumuntur à
  - *Quãtitate*: eaq;
    - *Immoderata*. Sunt omnes animi affectus immodici: ueluti ira, triſtitia, furor, metus, inuidia, qui omnes ab intemperantia, quæ eſt à tota mẽte, & à recta ratione defectio, fiunt, ut nullo modo appetitiones animi nec regi, nec cõtineri queant. Huiuſmodi namque
      - *Corpus*
        - *Alterant*.
        - A' naturali ſtatu auertunt.
      - *Motus* { *Turbidos* / *Rationi* inimicos } Efficiunt.
      - *Inflammant*, Conturbant.
      - *Omnem* animi ſtatum incitant.
      - *Grauiſſimorum* morborum cauſa ſunt.
      - *Mortem* ſæpe inducunt.
    - *Moderata*: eſt animus quietus propter tẽperantiam. Ea nãq;
      - *Tranquillitatem* inducit.
      - *Conſtantiam* { *Placidam* / *Quietam* } Parit.
      - *Appetitiones* ſedat.
      - *Conſideratas* mentis iudicia ſeruat.
  - *Motu*. Nam in animi affectibus immodicis, ſpiritus & ſanguis mouẽtur aut ad
    - *Exteriora*: uel
      - *Subitò*: (ut in ira) & uel cum impetu
        - *Minore*
          - *Interiora* refrigerantur.
          - *Exteriora* caleſiunt.
        - *Maximo*
          - *Spiritus* & calor reſoluuntur.
          - { *Syncopen* / *Mortem* } *Sepe* inducit.
      - *Paulatim*: (ut in lętitia & gaudio)
        - *Vehementi*
          - *Cordis* calorem diſsipat.
          - *Spiritus* reſoluit.
          - { *Syncopen* / *Mortem* } *Nõnunquam* infert.
        - *Minore*
          - *Cor* dilatat.
          - *Interiora* frigefacit.
          - *Exteriora* calefacit.
    - *Interiora*
      - *Subitò*: (ut in timore) atq; cum impetu uel
        - *Minore*
          - *Exteriora* refrigerat.
          - *Interiora* calefacit.
          - *Tremorem* inducit.
        - *Maiore* & maximo
          - *Suffocat*.
          - *Calorem* innatum extinguit.
          - { *Mortem* / *Syncopen* } Affert.
      - *Paulatim*: (ut in triſtitia) qui ſi perſeuerent
        - Diu & longo tempore
          - *Suffocant*.
          - *Extinguunt*.
          - *Mortem* inducunt.
          - *Corpus* exiccant.
        - Non admodum diu
          - *Corpus* exiccant.
          - *Aridum* corpus reddũt, & frigidum, &c.
- *Specie*. Vide in ſequentibus, ſub ſigno A.

**A.** *Differentiæ* affectuum animi in ſpecie, ex cauſis deducũtur. Nã cũ animi affectus ſit motus rationis expers, erit is motus aut opinione

- *Boni*
  - *Præſentis*: ut
    - *Lætitia*
      - *Mediocris*: *Hilares* facie, *Faceti* – Sunt, &c.
      - *Profuſa*: *Hilares* ſunt tam uehementer, ut ſpiritus & calor tam uehementer è corde in ſumma corporis diſsipentur, ut in ſyncopen aut mortẽ incidant (corde calore deſtituto) id uel ſenibus ſolùm, uel languidis & imbecillis cõtingit.
    - *Maleuolentia* lætans alieno malo.
    - *Voluptas*, ſeu Delectatio.
    - *Iactatio*.
    - *Amor*, &c.
  - *Futuri*: ut *Libido*: cuius partes ſunt
    - *Ira*, quæ eſt appetitus ulciſcendi, excitatus ab imaginatione, rem aliquam offerẽte ſub ratione iniuriæ illatæ, ſecum inuehens feruorem, ac uehemẽtẽ motum potentiæ iraſcibilis in corde poſitę: cuius
      - *Cauſæ*
        - *Internæ*: uidelicet
          - *Materia*: ſunt
            - Cerebrum
            - Iecur
            - Cor

            *Nam* cum ad iræ generationem tria concurrant, nẽpe imaginatio illatæ iniurię, appetitus ulciſcendi, caloris feruor, tria ad iræ generationem membra, nẽpe cerebrum, hepar & cor conſpirant. Facto namq; in cerebro indicio iniuriæ illatę, inſurgit in hepate uis uindictæ appetẽs, demũ caloris in corde accẽſio ſequitur.
          - *Forma*
            - *Feruor* & uehemens motus potentiæ iraſcibilis.
            - *Oculorum* efferatus & toruus aſpectus.
            - *Vultus* efferatus, &c.
        - Externæ: nempe
          - *Efficiens*
            - *Proxima*
              - *Contemptus*
              - *Iniuria*, quæ infertur
              - *Aut*
                - *Dictis*: & in bonis uel
                  - *Animi*: ubi ingenio detrahimus.
                  - *Corporis*: ubi turpitudinem uel uitium aliquod corporis illudentes obijcimus.
                  - *Fortunæ*: ubi aliquid uerbo noſtro affirmamus, quo poſtea uel domus uel agri uel nummi periclitentur ei, cõtra quẽ locuti ſumus.
                - *Factis*: & aut in bonis
                  - *Animi*, cum uſus bonorum animi tollitur.
                  - *Corporis*: ubi uulneribus corpus impetimus.
                  - *Fortunæ*: ubi rapinis utimur.
                - *Scriptis*: & aut in bonis
                  - *Animi*.
                  - *Corporis*.
                  - *Fortunæ*.
            - *Remota*
              - *Interna*
                - *Temperatura* calida & ſicca.
                - *Bilis* flauæ abundantia.
              - *Externa*
                - *Cibus*, *Potus* – Calidior.
                - *Inedia*, &c.
          - *Finis*. Appetitus ulciſcendi.
      - *Effectus*
        - *Inflammat*.
        - *Conturbat*.
        - *Corpus* exterius calefacit, interius uerò frigidius reddit.
        - *Tremorem* inducit.
        - *Calorem* & ſpiritus reſoluit.
        - *Syncopen*, *Mortem* – *Nonnunquam* inducit, præſertim in immenſa ira.
        - *Maledictio* in Deos.
        - *Percuſsio* cum *Calcibus* & *Pugnis*.
        - *Dentium* morſus, &c.
    - *Odium*, eſt deſiderium quoddam, quo malè optamus cauſæ, à qua triſtamur.
    - *Inimicitia*.
    - *Diſcordia*, &c.
- *Mali*. Vide in ſequentibus ſignum B.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0194-9

- **A.** *Animi* motus ſit opinione mali, aut
  - *Præſentis*: ut *Aegritudo*, cuius partes ſunt
    - *Triſtitia*, eſt recens opinio mali præſentis: cuius
      - *Cauſæ*
        - *Internæ*: uidelicet
          - *Materia*
            - Cerebrum.
            - Cor.
          - *Forma*
            - *Animi* ſummiſsio.
            - *Palpebrarum* ſiccitas.
            - *Oculorum* cauitas.
            - *Inſitus* quidam uultus pallor.
            - *Decoloratio*.
            - *Corporis* gracilitas.
            - *Pulſus*
              - *Paruus*.
              - *Languidus*.
              - *Tardus* & rarus.
        - *Externæ*: nẽpe efficiẽs: & aut
          - *Remota*
            - *Interna*
              - *Temperatura* frigida & ſicca.
              - *Bilis* atræ copia.
            - *Externa*—*Victus* ratio melancholica.
          - *Proxima*: eſt malũ præſens aut
            - *Animi*: cum uidelicet homo ſe animi bonis carere uidet, ut ſunt uirtutes intellectus tum ſpeculatiui, tum practici.
            - *Corporis*; ut ipſius ægritudo.
            - *Fortunæ*: cuiuſmodi ſunt
              - *Naufragia*.
              - *Incendia*.
              - *Furta*.
              - *Amiſsio* bonorum, &c.
      - *Effectus*
        - *Exiccat*.
        - *Calorem* naturalem corporis extinguit.
        - *Maciem* inducit.
        - *Corpus* frigidius reddit.
        - *Appetitum* deijcit comedendi.
        - *Concoctionem* corrumpit.
        - *Suffocat*.
        - *Syncopen* aut mortem tandem affert.
    - *Inuidia*, eſt animi ægritudo ex alterius reb. ſecũdis, quæ nihil noceãt inuidẽti. Naſcitur inter pares & inferiores. Inter pares, dũ alter alterũ ſuperare in rebus ſecundis contẽdit. Inter inferiores, dum ſuperiorib. hi pares fieri ſtudẽt in aliquo bonorum genere: cuius cauſa
      - *Formalis*, eſt
        - *Corporis* macies.
        - *Priuatio* riſus: maximè ubi commendari aliquem uel parem uel ſuperiorem, in aliquo bonorum genere audit.
        - *Toruus* oculorum aſpectus.
        - *Nox* inſomnis.
      - *Efficiens*. Sunt res alterius ſecundæ: aut
        - *Animi*: quæ conſilio & cogitatione cõſtant: ut
          - *Prudentia*.
          - *Iuſtitia*.
          - *Fortitudo*.
          - *Modeſtia*.
        - *Corporis*: ut
          - *Velocitas*.
          - *Vires*.
          - *Valetudo*.
        - *Fortunæ*: ut
          - *Genus*.
          - *Educatio*.
          - *Diuitiæ*.
          - *Poteſtas*.
          - *Gloria*.
          - *Amicitia*, &c.
    - *Aemulatio*, eſt dolor quidam, quoniam bona & honorabilia quæ ipſe quoq; aſſequi poſſet, natura ſimilibus adeſſe uideantur: non quoniam alijs ſunt, ſed quoniam non ipſi quoque.
    - *Angor*, eſt ægritudo premens.
    - *Dolor*, eſt ægritudo crucians.
    - *Mæror*, eſt ægritudo flebilis.
    - *Afflictatio*, eſt ægritudo cum uexatione.
    - *Solicitudo*, eſt ægritudo cum cogitatione.
    - *Modeſtia*, eſt ægritudo permanens.
  - *Futuri*
    - *Metus*, eſt aduerſa ratione cautio. Vel eſt opinio impendentis mali, quod intolerabile eſſe uidetur: huius cauſa
      - *Efficiens*
        - *Proxima*: malum ſeu iactura imminens in bonis
          - *Fortunæ*.
          - *Periculorum* corporis.
        - *Remota*
          - *Interna*
            - *Temperatura* frigida.
            - *Melancholia*.
          - *Externa*: educatio. Sunt enim nonnulli, quorum infantia ac pueritia ſub mulierculis fuit. Imbuti enim ſunt fœminilibus nugis, & anilibus opinionib.
      - *Formalis*
        - *Pallor*.
        - *Tremor*.
        - *Pilorum* erectio.
        - *Alui* atque urinæ egeſtio.
        - *Bilis* deiectio.
        - *Teſticulorum* ſeu cutis contractio.
        - *Algor*.
        - *Sitis*.
        - *Silentium*.
        - *Tremor* uocis & manuum, & labri inferioris.
    - *Pudor* ſeu *Verecundia*, eſt triſtitia de defectu proprio, in præſentia alterius, propter quam fit motus ſanguinis, & caloris ad eas partes, quæ laborant maximè. quod in adoleſcentibus ſignum bonum dici ſolet, ſignum enim eſt ingenui animi, cui cura ſit defectus proprij, & corrigi ſit ſperandum: in ſene autem uerecundia laudari non ſolet, utpote qui factus ſenex, correctus tamen non ſit, & uirtutem non habeat.
    - *Timor*, eſt triſtitia ex imminenti malo. *Primum* autem quod in timore fit, eſt fuga caloris introrſum, eius quidem, qui extra cor eſt, uerſus cor, eius autem, qui in corde eſt, in penitiſsima cordis: propter quod timentes & pallent & tremunt calore deſerente membra.
    - *Exanimatio*.
    - *Conturbatio*, &c.

# De Repletione ſeu Plenitudine.

*Plenitudo* quæ Græcis πλεονεξία dicitur, eſt humorum in animantis corpore exuperantia: & eſt aut

- *Qualitatis* nudæ, citra humoris exceſſum, ubi ſcilicet ſanguis, aut alius quiſpiam humor, uel calidus uel frigidus, uel craſſus, uel tenuis plus iuſto eſt affectus. Huiuſmodi contrarijs alterantur.
- *Quantitatis*
  - *Humorum*: uel
    - *Omnium*, Græcis πλῆθος καὶ πληθώρα, Latinis Plenitudo dicitur: quæ fit, quando æqualiter omnes humores adaucti ſunt, & eſt duplex: Ad uaſa, ubi ſcilicet tanta ſit humoris copia, ut ipſa diſtendantur: & ad Virtutem, ubi uidelicet tanta ſit humorum multitudo, quæ uirtutem ipſam opprimat. Euacuatur
      - *Venæ ſectione.* Vide I.
      - *Cucurbitulis.* Vide II.
    - *Vnius*, q̃ Cacochimia dicitur: & uel in
      - *Toto* corpore. Huiuſmodi educitur aut
        - *Purgatione.* Vide III.
        - *Sudore.* Vide IV.
        - *Inſenſibili euacuatione.* Vide V.
        - *Inedia.* Vide VI.
      - *Parte*: & uel in
        - *Ventre.* Euacuatur
          - *Vomitu.* Vide VII.
          - *Purgatione* per ſeceſſum.
        - *Inteſtinis.* Purgatur aut
          - *Clyſteribus.* Vide VIII.
          - *Glandibus.* Vide IX.
          - *Seceſſu.*
        - *Hepate.* Euacuatur per *Vrinam.* Vide X.
        - *Liene.* Educitur per Hæmorrhoides. Vide XI.
        - *Pectore.* Euacuatur per *Tuſſim.* Vide XII.
        - *Capite.* Purgatur per
          - *Nares.*
          - *Palatum.*
        - *Renibus* / *Veſica* — Per Vrinam.
        - *Vtero.* Vide XIII.
        - *Teſtibus.* Euacuatur per *Venerem.* Vide XIV.
        - *Cute.* Euacuatur
          - *Sudore.*
          - *Reſolutione.*
          - *Cucurbitulis.*
  - *Cibi* & potus, Græcis πλησμονὴ, Latinis uerò Satietas dicitur, & eſt duplex: aut ad
    - *Vaſorum* amplam capacitatem, ubi ſcilicet tanta alimentorum copia aſſumitur, ut inde uentriculum diſtendi contingat.
    - *Virtutum*, ſcilicet ubi plus cibi ingeritur, quàm natura noſtrum corpus gubernans conficere queat.
    - (both:) *Euacuatio* cibi & ebrietatis. Vide XV.

# I. De Sanguinis miſsione, ſeu Venæ ſectione, in genere & ſpecie.

*Venæ* ſectionis ſeu phlebotomiæ cõſideratio alia

- *Generalis*, ſumpta à
  - *Cauſis*
    - *Internis*: uidelicet
      - *Materia* ſubiecta: eſt uel *Mas* / *Fœmina* — Cui ſanguis mitti debet. Quòd ſi is fuerit timidus, conuerſa in aliam partem facie, animus eius in diuerſa diſtrahatur ab aſiſtentibus, &c.
      - *Forma* — *Sic* is cui ſanguis mitti debet, ſedeat, parum decumbens, ſed erecto capite ſuper puluinaria, deinde brachij, aut cruris, aut manus, aut pedis ea pars, cui ſcalpellum adhibendum, fricanda eſt, ut ſanguis ad ipſam trahatur, & paulò ſupra locum ſecandum, ualidius uinculum admouendum, idq; comprimendum magis, in quibus multa carne, aut pinguedine uena opprimitur, ut uena tendatur: nec fugiat manum ſecantis, atq; ut deinde ſanguis maiori impetu exiliat. Quòd ſi uenæ tenuiores ſint, ut in malleolis, pedibus & manibus, aqua calida ſuperfundenda, ut cutis caroq; molleſcant, & uenæ conſpicuæ fiant. Collum etiam faſcia modicè comprimimus, cùm uenam frontis, aut eas quæ ſub linguis ſunt, ſecare uolumus. Apponat uel adigat miniſter ſcalpellum ſenſim, animaduertens, ne aut ſubiectam arteriam, aut neruum, aut tendonem uulneret, & ne partem alteram uenæ loco ſecet, prius locum ſectionis & uenam ſubiectam indice tangens, ut certior fiat. Ne tamen uena ſcalpellum ſubterfugiat, miniſter altera manu ſcalpellum teneat, alterius uerò pollicem applicet ſecundæ uenæ, quo ipſam premẽdo firmet, &c. Foramen aũt maius uel minus fiat pro humoris natura.
    - *Externis*: nempe
      - *Efficiente*
        - *Agente.* Sic chirurgus ſeu miniſter habeat optimam experientiam ſecandi uenas utraq; manu. Nam uena dextri brachij probè ſecatur manu dextra, & uenæ quæ in ſiniſtro, ſiniſtra manu.
        - *Inſtrumento.* Sic ſcalpellum ſit acutiſsimum, atq; id anceps, &c.
      - *Fine.*
  - *Accidentibus.* Vide in ſequentibus ſub ſigno ✥
- *Specialis.* Vide in ſequentibus ſub ſigno Aa.

❧ *Venæ* ſectionis conſideratio generalis ab accidentibus ſumitur: uidelicet

- *Qualitate*: hoc eſt quomodo & quibus inſtrumentis ſanguinis miſsio fieri debeat: ut iam in cauſis dictum eſt.
- *Quantitate*. Hæc urianda pro ratione tum
  - *Sanguinis*
    - *Abundantis*: maior copia ſanguinis detrahenda eſt, ſi uires permittant.
    - *Deficientis*: minor copia emittenda.
  - *Virium*
    - *Conſtantium*: maior
    - *Inconſtantium* ſeu debilium, minor
    - } *Quantitas* extrahenda eſt.
- *Loco*, quibus ſcilicet in locis uenæ ſecandæ ueniant. In omnibus namq; affectibus partium uenæ ſecundum rectitudinem ſunt ſecandæ. Rectitudo autem ea eſt, quam dextræ partes cum dextris ſeruant, & ſiniſtræ cum ſiniſtris. Nam laborante oculo dextro, ſanguinem è dextro brachio mittimus, & non è ſiniſtro. Sic etiam laborante coxendice, uenam tali externam: & utero patiente, uenam ſecamus internam (ut in ſpeciali phlebotomia patebit.) Quòd ſi uena in profundo deliteſcat, altius ſcalpellum infligendum eſt, &c.
- *Tempore*
  - *Anni*. Nam in
    - *Vere*, *Autumno* } *Phlebotomia* conuenit baſilicæ brachij { *Dextri.* / *Siniſtri.*
    - *Aeſtate*, *Hyeme* } *Non* conuenit uenæ ſectio: niſi neceſsitas urgeat.
  - Diei ſeu horæ. Nã in
    - *Sanis* tempore matutino, ſeruationis gratia ſanguis mittendus, poſt unam aut alteram horam à ſomno, uentris & ueſicæ excrementis prius depoſitis.
    - Aegris, morborũ acceſsiones
      - *Habentibus*, hora remiſsionis febris eligenda eſt.
      - *Non* habentibus: ut in febribus continentibus, ſeu dolore uehementi, ſeu inflammatione, &c. Hic nihil uereri oportet magnitudinem aut doloris, aut inflammationis, ſed ſtatim quacunque hora diei infeſtauerit uehementer morbus, ſanguis mittendus eſt, modò cum morbo magno uirium robur adſit, & cibus è uentre deſcenderit. Verùm ſi morbus non adeò urgeat, optimum tempus mittendi ſanguinis erit matutinum, uentris ac ueſicæ excrementis prius depoſitis, non ſtatim à ſomno excitatis, ſed propè iam horam unam.
- *Aetate*. Siquidem
  - *Pueris* ante decimumtertium annum ſanguis mittendus non eſt, niſi latiores uenas habeant, & ſanguinei ſint, & morbus fuerit magnus, tunc ſanguis minuendus, uel cruribus, uel brachijs ſcarificatis, uel uenis inciſis, ſi pateant.
  - *Florentibus*, ſanguis mittendus eſt, ſi neceſsitas requirat, & uires non deficiant.
  - *Senibus*
    - *Imbecillis*, ſanguinis miſsio omittenda eſt.
    - *Robuſtis*, ſanguis pro morbi & cauſæ uehementia auferendus.
- *Temperatura*: quæ ſi fuerit
  - Calida, & { *Humida* / *Sicca* } *Phlebotomia* { *Conuenit*, ſi neceſsitas urgeat. / *Obeſt*, niſi opus fuerit.
  - *Frigida*. His ſanguinis miſsio non eſt ex uſu, niſi neceſsitas requirat.
- *Viribus*: quæ ſi fuerint
  - *Robuſtæ*, *Mediocres* } *Venæ* ſectio eſt ex uſu, & pro morbi ratione inuadentis, & uirium conſtantia ſanguis mittendus.
  - *Imbecillæ*: phlebotomia negatur.
- *Conſuetudine*. Sic
  - *Conſuetis*, ſanguis magis
  - *Inſuetis*, ſanguis minus
  - } Detrahendus.
- *Præparatione*. Quędã enim agenda
  - *Ante* ſanguinis miſsionẽ: uidelicet cùm corpus ad ſanguinis miſsionẽ nondũ paratũ eſt. Sunt autẽ quæ ipſam remorantur quãdoq;, & in totũ impediunt: cuiuſmodi ſunt aut
    - *Ventris* excrementa. Decet namq; prius uentrem exonerare, aut ſponte aut cliſteri adhibito ex maluarum decocto, additis oleo & ſale: aut glãde ſuppoſito: aut ſumpta caſsia fiſtula p os.
    - *Ciborum* cruditas. Siquidem ciborum coctio eadem ratione expectanda eſt, non magno urgente uſu, ne pariter intempeſtiuè per uenas deducatur.
  - *In* ipſa ſanguinis miſsione cum fluit adhuc. Aliquando enim
    - *Guttatim* fluit, ut in melancholicis & pituitoſis, in quibus maius faciendum uulnus eſt: aut uulnus carnis uulneri uenæ coaptandum, ita ut ſibi è directo reſpondeat.
    - *Aegri* uires, dum fluit, deficiunt, antequam commoda ſanguinis quãtitas fuerit educta, tunc facies aqua frigida irroranda, aut uino albo odorato abluenda, & claudenda interim uena: & ſi opus fuerit euacuatio impartienda.
  - *Poſt* ſanguinis miſsionem: uidelicet cũ uena
    - *Clauditur*
      - *Vinculum* ſoluendum
      - *Vulneris* ſanguis exprimendus
      - *Mox* frigida uulnus abluendũ
      - *Poſtremò* linteo obſignandum.
      - } Eſt.
    - *Clauſa* eſt
      - *Patiens* ſuper dorſum aliquantulum cubet.
      - *Cibos* non accipiat, niſi hora integra tranſacta.
      - *Non* dormiat, ſed paulò à cibo,
      - *Non* ſuper uulnus cubet.

**A a. Venæ ſectionis differentiæ in ſpecie, hoc eſt, quæ uenæ, & in quibus morbis ſecandæ ueniãt, à ſuis cauſis quoque diſtinguũtur, uidelicet materia & forma. Sic namq; corpus aut**

- *Sanum*, ſed in quo morbus futurus eſt, aut in
  - *Toto* corpore (ut in Febribus, & Morbo articulari) ineunte uere ſanguis mittendus ex quauis uena, de magnis, ſiue eff᷑tu dignis.
  - *Aliqua* corporis parte. Sanguis è longiſsima parte mittendus, conuertendo ſanguinis impetum, & naturæ conſuetudinem in longè diſtantia loca.
- *Aegrũ*: & uel in
  - *Toto* corpore, tunc ſanguis ex uena interna, quæ iecori è directo reſpondet, tanquam ex ſanguinis fonte, mittendus.
  - *Parte*: & uel
    - *Supra* cellũ: nempe facie aut capite: ut in
      - *Phrenitide*: in cuius
        - *Principio* ſanguis reuellendus, ſectis uenis, quæ longè diſtrahunt, & rectitudinem ſeruant cum affecta parte. Hoc autem cõmodè fieri poterit ex uena cephalica.
        - *Statu* ſeu confirmatione, ſeu deſada morbi uehementia, & totius corporis redundantia dempta. Sanguis ex eadem parte, ſi fieri poſsit, mittendus: uel ex quàm pximа: ut eſt uena frontis, aut ea, quæ inter nares eſt.
      - *Apoplexia*
        - *Primò*, uidelicet in morbi initio, Cephalica, uel ſi hæc non appareat, communis, uel ea quæ eſt inter pollicem & indicem.
        - *Deinde* (iam morbo confirmato) & affectus adhuc perſeuerauerit, uena quæ ſub lingua eſt, incidenda uenit.
      - *Lethargo*
        - *Primò* uena cephalica incidenda, nimirum in morbi principio.
        - *Deinde* uena frontis, ſi fieri poſsit, & affectus nondum ceſſauerit.
      - Morbo comitiali: eædem uenæ, ut in apoplexia aperiendæ.
      - *Angina*
        - *Primò*, cephalica
        - *Deinde* uena, q̃ ſub lingua eſt
        - } *Aperienda* eſt.
      - *Oculorum* inflammationibus
        - *Primò*, cephalica
        - *Deinde* uena in angulo oculi interiori
        - } *Incidenda* eſt.
      - *Fluxu* ſanguinis narium, &c. uena cephalica uel communis aperienda.
    - *Infra* collum ſeu ceruicẽ: & uel
      - *Supra* renes: ut in
        - *Pleuritide* incipiente: interna cubiti uena lateris patientis ſecanda, uniuerſam redundantiam demendo & reuellendo, uſq; ad ſanguinis mutationem, ubi facultas ferat.
        - *Pulmonia*
        - *Inflammatione*
          - *Iecoris*
          - *Lienis*
        - } *Vena* axillaris ſeu interna ſecanda, uel ſi non apparuerit communis ſiue media. Vel ob ualidiorem reuulſionem, ea quæ in manu eſt inter annularem & medium. Vel ea, quæ eſt inter annularem & minimum digitum, directione ſeruata.
      - *In* ipſis renibus inflammatis: & uel inflammatione
        - *Incipiente*, interna cubiti uena aperienda.
        - *Facta*, ſiue fluxionis impetu flacceſcente: uena poplitis aut malleoli interna ſecanda eſt.
      - *Infra* renes: ut in morbis
        - *Vteri*
        - *Veſicæ*
        - *Pudendorũ*
        - } *In* quibus
          - *Primò*, incipiente fluxione, aut pleno corpore uena cubiti ſecãda, auerſionis gratià.
          - *Deinde* facta fluxione, & paſsione nõdum dempta, uena poplitis aut malleoli interna aperienda.
        - *Menſibus* retentis. Vena poplitis aut malleoli aperienda, aut ſupra malleolos ſcarificandum.
        - *Menſibus* immodicè fluentibus. Vena cubiti incidenda.
        - *Hæmorrhoidibus*
          - *Retentis*: uena in cruribus
          - *Immodicè* fluentibus: uena cubiti
          - } Aperienda.
        - *Coxendicum* doloribus à ſanguine, &c.
          - *Primò* interna cubiti uena, reuulſionis gratia ſecanda.
          - *Deinde* externa malleoli euacuandi gratia incidenda.

QVOD *ſi plethora adiunctam habuerit cacochymiam, uti ſanguine multo creſcente, ſimul cum aliquo ſucco prauo atq; corrupto, aut ueluti in plethora, quo ad uires perſeuerante, aut in febribus continentibus cum putredine, ſanguinem mittere ac purgare conuenit.*

D. Cucur-

# II. De Cucurbitulis.

- Cucurbitulæ adhibentur aut
  - *Citra* ſcarificationē: (& hæ quidem leues dicuntur) & uel gratia
    - *Reuulſionis.* Reuellit namque
      - *Sanguinem* è narib. fluentem cucurbita hypochondrio è directo reſpõdenti affixa.
      - *Immodicum* menſium profluuium ſupprimit magna cucurbitula radici mammarum affixa.
      - *Vterum* procidentem reuocat cucurbitula iuxta umbilicum admota.
      - *A'* *capite* / *Menſes* retentos / *Suppreſſos* hæmorrhoides — *Crurum* ſcarificatio, &c.
    - *Deriuationis*
      - Hæ non adhibentur, niſi corpore prius euacuato, ſed tunc cùm humores aliqua parte obſederunt, pars quoq; influit, cucurbitulas admouentes ceruici, & deinde ſpatulis, quandoque etiam natibus.
  - Cũ ſcarificatione: quibus utimur cùm aliqua euacuatione opꝰ eſt. Nam ſi uires non adeò ualidę fuerint, ut ſanguinis miſsionem ferant, his utimur, prius eas parti affigentes, deinde eam partẽ ſcalpello multis in locis cutetenus ſecãtes, rurſus cucurbitã loco admouemus, & ſanguinem educimus. Hoc autem ante corporis euacuationem faciendum non eſt, præſertim in corporibus immundis, ne multus humor in partem ducatur, &c. Itaque cucurbitulæ affixæ partib.
    - *Superioribus*: uidelicet
      - *Anterioribus* capitis: ſenſum & intellectum impediunt.
      - *Super* utramq; partem mediam colli
        - *Sunt* uicariæ uenæ nigræ.
        - *Proſunt* grauitati ſuperciliorum.
        - *Alleuiant* palpebras.
        - *Proſunt* ſcabiei oculorum.
        - *Obliuionem* hæreditare faciunt.
      - *In* colli
        - *Infimo*, quod Acheal dicitur
          - *Vicem* tenent baſilicæ.
          - *Proſunt* doloribus humerum & gulæ.
          - *Proſunt* ægritudinibus pectoris ſanguineis.
          - *Spaſmo* ſanguineo conueniunt.
          - *Generant* tremorem cordis.
        - *Supremo*
          - *Sunt* uicariæ cephalicæ.
          - *Tremori* capitis / *Capiti* — Proſunt.
      - *Sub* mento
        - *Dentibus*, faciei & gutturi conueniunt.
        - *Mundant* caput & mandibulas.
    - *Medijs*: nempe
      - *Inter* ſpatulas duas
        - *Morbis* pectoris ſanguineis / *Spaſmo* ſanguineo — Proſunt.
        - *Debilitant* ſtomachum.
        - *Tremorem* cordis generant.
      - *Super* renes
        - *Apoſtematibus* & puſtulis coxarum / *Scabiei* & podagræ & hæmorrhoidib. — Proſunt.
        - *Elephantiæ*, & uentoſitatibus ueſicę & matricis, & pruritui dorſi conueniunt.
      - *Sub* cauillas, quas uocant Alchabab
        - *Prohibitioni* menſtruorũ / *Podagræ* / *Sciaticæ* — Conueniũt.
    - *Inferioribus*: nimirum
      - *Super* crura
        - *Sunt* propinquæ phlebotomiæ.
        - *Mundificant* ſanguinem: prouocant menſtrua.
        - *Sunt* meliores phlebotomia ſaphenæ mulieribus albis & laxis in prouocatione menſtruorum.
      - *Coxis*, parti
        - *Anteriori*
          - *Apoſtematibus* teſticulorum / *Vulneribus* coxarum & crurum — Conueniunt.
        - *Poſteriori*
          - *Apoſtematibus* / *Exituris* natium — Proſunt.
      - *Inter* duas anches
        - *Duabus* anchis, & duabus partibus interioribus coxarum proſunt.
        - *Hæmorrhoidibus*, & rupturæ inguinum, podagræ.
      - *Super* nates
        - *Attrahunt* ex toto corpore & capite, & conferunt inteſtinis.
        - *Menſtruorum* ſanant corruptionem, & alleuiant per eas corpus.
      - *Sub* poplite
        - *Pulſationi* poplitis ex calido humore conferunt.
        - *Exituris* malis, & ulceribus putridis in crure & in pede conueniũt.

## De Sangvisvgis.

*Svb ſcarificatione hirudines ſeu ſanguiſugæ, quibus pro cucurbitulis utimur, complectuntur. Has quãdoq; applicamus membris, parte prius ſale perfricta, aut ſcalpta, ita ut rubeat: quòd ſi opus fuerit, ſanguine partem linteis, & ſanguiſugarum ſordem ſpongia mundabis. Sint autem ſanguiſugæ per diẽ antè captæ, & pauco ſanguine altæ: ſed interim in aqua pura ſeruentur, & per arundinem aut fiſtulã in partem demittantur, ne ſanas partes attingant, & offendant. Hæc autem fieri oportet ubi expreſſæ prius, uirus euomuerint: earũ dorſa uiridia ſint, ſed uẽtres rubeãt. Eligantur ex fluentibus & mundis aquis non nigræ, nec lanuginem habentes. Cum uerò opus fuerit, ipſas ſemouebis, ſale inſperſo, aut cinere. Ne tamen uirus ibidem relinquatur, cucurbitula apposita excrementa purgentur. Quòd ſi ſanguis, anathomoſi facta, immodicè fluxerit, quod fieri ſolet duabus horis trãſactis, puluis roſæ, aut gallæ combuſtæ parti inſpergatur. Has ſæpius ano admouemus, in melancholicis morbis, ex ſuppreſſis hæmorrhoidibus, &c.*

# III. De Purgatione, in genere & ſpecie.

*Purgatio* eſt humorũ, qui ſua qualitate moleſtant, euacuatio. Huius differentiæ ſumũtur à rebus

- *Eſſentialibus*, hoc eſt cauſis (uidelicet materia ſubiecta & forma) atq; uel
  - *Salubribus*: uidelicet
    - *Habitu* corporis. Nã immoderatè
      - *Pingues*, purgandi non ſunt, cum uerendum ſit, ne frigiditas præualeat, & caro uenas opprimat, easq; inanes claudat, ac inde ſuffocetur innatus calor.
      - *Graciles*, purgationem non ferunt, ob principalium facultatum diſſolutionis motum.
    - *Sanitate*. Nam Sani, quibus cacochimia
      - *Adeſt* — *Purgandi* ſunt.
      - *Non* adeſt, non
    - *Viribus*: quæ ſi fuerint
      - *Robuſtæ*, purgationem admittunt, ſi adſit cachochimia.
      - *Imbecilles*, purgationem prohibent tribus de cauſis, quarum
        - *Prima* eſt. Quoniam uires iam imbecilles, euacuatione prorſus deperduntur.
        - *Secunda*. Quoniam uis ipſa imbecillis, non poteſt reducere medicamentum aſſumptum de poteſtate in actum.
        - *Tertia*. Quoniam uires purgantibus pharmacis laceſſitæ, citius morbo ſuccumbunt.
    - *Temperatura*. Nam
      - Calida &
        - *Humida*, facilè purgationem tolerat, ob humorum exuperantiam & uirium robur.
        - *Sicca*, euacuationem non facilè fert, ob ſanguinis & ſpirituum inopiam, & humores facilè inflammabiles, & uirium imbecillitatem.
      - *Frigida* &
        - *Sicca*
        - *Humida*
        - } *Euacuationem* non facilè tolerat, ob caloris, ſanguinis & ſpirituum inopiam, & uiarum anguſtiam, quæ tum medicamentorum tranſitum, tum humorum uacuandorum prohibet.
  - *Inſalubribꝰ*: nimirum
    - *Morbo*. Nam in — *Purgandum* erit.
      - *Tertiana*, *Eryſipelate* } *Medicamento* euacuante bilem
      - *Quotidiana*, *Oedemate* } *Medicamento* purgante pituitam
      - *Quartana*, *Cancro* } *Medicamento* atram bilem euacuante
      - *Hydrope*, medicamento aquam purgante
    - *Cauſa* morbi. Nam { *Bilis*, *Pituita*, *Atra bilis*, *Aqua* } *Medicamento* purgante { *Bilem*, *Pituitam*, *Atrã bilem*, *Aquam* } *Euacuanda* erit.
    - *Symptomatibus*. Nam
      - *Delinquentes* ſæpe animo
      - *Ob* leues cauſas uomentes
      - *Menſtruorum* profluuia patiẽtes
      - *Ventris* inflationes ſentientes
      - *Dyſenterici*
      - *Diarrhœa* laborantes, &c.
      - } *Purgandi* non ſunt.
      - *Conuulſi* ex inanitione, minimè euacuandi, &c.
- *Accidentalibus*. Vide in ſequentibus ſub ſigno a a.

**aa.** *Differentiæ* purgationum à rebus accidentalibus, ſumuntur à

- *Qualitate*, Nam ſi
  - *Talia* purgantur, qualia purgari oportet, confert.
  - *Talia* non purgentur, qualia purgari oportet, non confert.
- *Quantitate*. Sic namq; purgationum alia
  - *Moderata*, quæ eſt conueniens: & dignoſcitur hęc cum ſitis aduenerit, ſomnus poſt medicamenti operationem inualuerit, & deiectio ad alium humorem permutata fuerit. Moderata autem purgationis quantitas deſumitur à
    - *Copia* materiæ peccantis / *Viribus*. — *Nam* ſi exuperantia fuerit multa, & uires
      - *Valida*, una tum uice, tum pluribus euacuari poterit.
      - *Imbecilles*, nō una uice, ſed pluribus euacuari debet.
    - *Regione*.
    - *Anni* tempore.
    - *Cœli* ſtatu.
    - *Aetate*, &c.
  - *Immoderata*:
    - *Defectu*, cum uidelicet medicamētum purgat nihil, aut propter
      - *Fecum* duritiem, quas mollire clyſteri aut glande conuenit.
      - *Imbecillitatem* medicamenti purgantis, & paucam eius quantitatem, quibus ſubuenitur, bibito apozemate, ex prunis, aut aqua mulſa, & aliquo purgante medicamento fortiori, diebus ſequentibus adhibito.
      - *Imbecillam* uentris facultatem, & eiuſdem frigiditatem, quibus ſubuenitur pannis calidis uentri admotis.
      - *Oris* uentriculi imbecillitatem, ita ut æger facilius purgetur uomitu, & medicamentum uentriculo ſupernatet, quibus prodeſt parum maſticis cum aqua calida bibere, aūt cotoneorum miuam. Si uerò in uentre aſſumpto medicamento, non purgetur æger, ſenſerit autem praua ſymptomata, aqua tepida ebibita medicamentum euomat.
    - *Exceſſu*. Fit namq; ut purgans medicamentū plus æquo operetur, & lāguorē afferat facultati, quod ex pulſu & animalis facultatis functionib. deprehendetur. Quibus ſuccurrimus, aut per
      - *Validam* membrorum extremorum frictionem.
      - *Deligationem* partium corporis exteriorum.
      - *Immerſionem* extremorum in aqua calida.
      - *Oderata*, naribus admota.
      - *Vini* propinationem, aut panis, in uino infuſi.
      - *Philonij* aut Theriacæ propinationem.
      - *Somni* prouocationem.
      - *Cibi* & potus aſtringentis nutritionem.
      - *Inunctiones* aut fomentationes aſtringentes.
      - *Clyſteres* aſtringentes.
      - *Aerem* temperatiſsimum, &c.
- *Tempore*, aut
  - *Morbi*. Nā in
    - Principio morborum
      - *Acutorum*, in quibus materia
        - *Turget*, tunc nulla expectata concoctione purgare conuenit.
        - *Non* turget, purgatio non eſt ex uſu.
      - *Diuturnorum*, non purgandum, ſed ſemper expectanda concoctio eſt.
    - *Statu*, à purgantib. medicamentis abſtinendum: niſi natura ipſa expeditè euacuationem abſoluerit, tunc opus eſt medicina. *Nam cum natura ægrius agit, quod deeſt, medicos ſupplere oportet.*
    - *Declinatione, purgandum, ſi neceſsitas urget, & humoris peccantis copia adfuerit.*
  - *Anni*. Nam
    - *Vernum*, primum locum habet. Quos enim purgare conuenit, uere purgandi ſunt.
    - *Autumnale*, ſecundum locum habet. Nam ubi quis in melancholicos morbos, ac in eos qui hyeme affligunt, incidere paratus eſt, autumno purgare conuenit.
    - *Hybernum*, tertium habet locum. Nam ob nimiam frigiditatem purgare non conuenit. Humores enim non cedunt, impacti, tenaces, craſsi, & ob frigiditatem immobiles difficilè admodum uacuantur. Humida uerò temporis conſtitutio eligenda eſt, & tempus pluuium: id enim laxa reddit corpora, & humores fluxiles. Hyeme tamen corpora prius probè paranda ſunt ante purgationem, & magno urgente uſu purganda, non aliàs.
    - *Aeſtiuum*, ultimum locum habet. Nam æſtate maximè cauere oportet medicamenta purgantia. Quoniam per id tempus uires exoluuntur, & corpus exuritur, & medicamenta purgantia calida ſunt ualde. Sed ſi per id tempus aer non adeò calidus foret, liceret quoq; corpora purgare, & morbus uehemens adeò fuerit, & uires ualidiores, tum quoque purgare licet, ſed leuibus medicamentis.
  - *Diei* ſeu horæ. Nam in morbis acceſsiones
    - *Habentibus*, eſt hora intermiſsionis, ſi quæ fuerit: ſin minus, hora remiſsionis morbi.
    - *Non* habentibus, & quidem temporibus
      - *Calidioribus*. A' quarta in octauam horam diei, ſiue à matutina in quartam: ieiuno ſtomacho.
      - *Frigidioribus*. Ab hora octaua in duodecimam, ſiue à ſecunda diei hora in ſextam: ieiuno uentre.
- *Loco*. Sic purgantium medicamentorum alia purgant per
  - *Superiora* ſeu uomitum, cùm aut uentriculus, aut caua hepatis pars laborat, aut materia ad ſuperiora uergit, tunc huiuſmodi purgationes conuenientes ſunt.
  - *Inferiora* ſeu ſeceſſum, cùm uel inteſtina aut ſima hepatis pars laborat, aut materia ad inferiora uergit, tunc eiuſmodi purgationes ſunt ex uſu, &c.
- *Aetate*. / *Ordine*. — Vide in ſequentib. ſub ſigno bb.

bb. *Differen-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0201-2
DFG

**b b. *Differentiæ à rebus accidentalib⁹: nimirum ab***

- *Ætate.* Nam
  - *Pueri*, cùm continua ac magna diſſolutione ducantur, omnino euacuationes non ferunt, niſi urgente magno uſu, & magna cacochymia præſente.
  - *Vtero* gerentes, non niſi quarto menſe, & uſque ad ſeptimum, & non niſi in acutis paſsionibus, cum materia turget, purgandæ.
  - *Senes* cùm ualde ſint, uelut lucerna ad extinguendum parati, euacuationes omnino non tolerabunt.
- *Conſuetudine.* Nam
  - *Aſſueti*, purgationes facilius tolerant.
  - *Inſueti* euacuationes non ferunt, tribus de cauſis, quarũ
    - *Prima.* Quoniam qui conſueti (ait Hippocrates) ſunt ſolitos labores ferre, etiamſi fuerint imbecilles & ſenes, non conſuetis fortibus atq; iuuenibus facilius ferunt.
    - *Secunda.* Cum purgantia medicamenta naturæ admodum inimica ſint, primo ſtatim occurſu ipſam deterrent. Quò fit, ut frequentius euomantur priuſquàm de potentia in actum perueniant.
    - *Tertia.* Quoniam in humanis corporibus reperiuntur quædam proprietates indiuiduales, miſturam elementorum ſequentes, quibus aliqui facilè à leui purgantur pharmaco, à forti uerò deſtruuntur. Alij uerò contrarium agunt.
- *Arte.* Nam qui habent exercitia magna, cuiuſmodi ſunt, qui
  - *Balneis* ſubminiſtrant
  - *Onera* grauia baiulant
  - *Terram* / *Metalla* } Fodiunt.
  - } *Euacuandi* non ſunt, cùm ex ſudatione continua reſoluantur: quæ ſi medicamentis augeretur, uires poſternerentur.
- *Ordine.* Nam quædam facienda ſunt
  - *Ante* pharmaci ſumptionem. Nam ſi
    - *Anguſtia* ſiue aſtrictio meatuum adfuerit, humectatio adhibenda, quæ dilatet meatus, quam efficit balneum, quies, cibus, &c.
    - *Humores* fluxioni parati non fuerint, ſed craſsi ac lenti. hîc præparatio exigitur atque concoctio. Porrò quæ concoctionem adiuuant, alia ſunt adminiſtranda.
      - *Extrinſecus*: ut temperata calida, nempe
        - *Balneum.*
        - *Fomenta* calida.
        - *Manus* calida.
        - *Catulus*, &c.
      - *Intrinſecus*: ut in materia pituitoſa ac cruda
        - *Aqua* mulſa.
        - *Acetum* mulſum.
        - *Syrupus* acetoſus.
        - *Oxyſaccharum*, &c.
  - *Sumpto* pharmaco. Nam
    - *Aſſumptis*
      - *Pilulis*, licet aquam mulſam pauca quantitate bibere, maximè ſi uenter humore uacet, aut per febres ardentes aquam hordei paucæ quantitatis. ægrum poſt aſſumptionem dormire permittimus.
      - *Liquidis* medicamentis idem præcipimus, ſed ægrum dormire non iubemus.
    - *Incipiente* purgatione, omnes à cibo & ſomno abſtineant, & ab omni animi perturbatione.
    - *Cum timetur uomitus medicamenti*, deguſtet ſuccum pomi acidi, aut oliuam ſalitam, aut malum cotoneum, aut miuam. Naribus admoueatur acetum roſaceum, & ſummos digitos aqua frigida immergat, aut eadem faciem aſpergat miniſter.
  - *Finita* purgatione aut
    - *Aqua* hordei bibenda, non admodum frigida.
    - *Aqua mulſa.*
    - *Ius* pulli, quod ſalis recipiat, quod guſtui ſatisfaciat.
    - *Deinde* ſenſim ad cibos accedat, atq; ad eum uictum, quem antea aſſueuit. non etenim decet ſtatim cibum copioſum aſſumere, quando uentriculus ex purgatione & medicamẽti actione languidus & diſſolutus remanet.

# IIII. De Sudore.

*Sudor*, ex eorum quoq; genere eſt, quæ corpus noſtrum euacuant. Siquidem excrementa, quæ in ambitu corporis continentur, expurgare ualet, tum in ſanis tum ægris corporibus. Verùm ſanis aliquando elicitur inter exercitandum, aut quieſcentib. ob cauſas alias, ut ex nimio potu, aut caliditate ambientis, aut quoniã ualde ſeroſi ſunt corporis humores; quos ea uia natura ducit. Nonnunquam arte elicitur. Huius differentiæ ſumuntur à

- *Qualitate.* Nam ſudores
  - *Frigidi*, & ubi caput duntaxat, aut facies, aut ceruix inſudat, peſsimi ſunt, teſtante Hipp. Aphor. lib. 4.
  - *Temperati*, & ubi totum corpus æqualiter ſudat, ſaluberrimi ſunt.
- *Quantitate.* Quoniam ſudor
  - *Modicus*, ſalubris eſt.
  - *Immodicus*, uires adeò planè deijcit.
- *Tempore.* Nam ſudores in
  - *Diebus* decretorijs facti, morbos finiunt, atq; ob id ſaluberrimi ſunt.
  - *Principio* morborum inutiles ſunt.
- *Præparatione.* Sudor ſiquidem nõ ſemper natura fit, ſed quandoq; arte elicitur: uidelicet medicamentis aut
  - *Intrinſecus* ſumptis atq; ebibitis: cuiuſmodi ſunt
    - *Calamentum*
    - *Aniſum*
    - *Vitex*
    - *Anethum*
    - *Petroſelinum*, &c.
    - } Et cum his *aqua mulſa*, &c.
  - *Extrinſec⁹* adhibitis: ex quorũ genere eſt aut
    - *Balneum* aereum
      - *Siccum*, quod Laconicum uocant. Hæc pars habet fornicem cõcameratum, in quo ſuccẽſus ignis, calidos atque ſiccos uapores emittit, atq; adeò ſudorem concitat.
      - *Humidum*, quod ab herbis in uaſe aliquo decoctis, tranſmiſsis, aut aqua ſupra ignitos lapides trãſfuſa, ſic paratur.
      - } *Poſſunt* nãq; huiuſmodi balnea, materias p totũ corp⁹
        - *Calefacere.*
        - *Fundere.*
        - *Aequare*,
        - *Euacuare.*
        - *Cutim* laxare.
    - *Fomentum* calorificum, aqua ſcilicet calida, uel in utre, uel in ueſica, uel in uaſculo aut æneo, aut ſtanneo, aut teſtaceo adhibito. Aut fomentum ex tritico elixo, & pedibus admoto.
    - *Oleum*
      - *Anethinum*
      - *Irinum*
      - } *Calidum*, quo dorſum fricandum.

V. De Eua-

# V. De Euacuatione inſenſibili.

*Inſenſibilis* euacuatio per poros cutis fit, ex uniuerſa corporis mole eductis excrementis tertiæ coctionis, per quã alimenta ultimo loco, in mẽbrorum ſubſtantiam tranſeunt. Nec tantùm id, ſed etiã ſordes, quæ cuti inhæreſcunt, per ipſam purgantur. Cæterùm ſi inſenſibilis perſpiratio à naturæ potentia fit, διαπνοὴ dicitur. Si uerò à medicamentis, διαφόρησις. Inde διαφορητικὰ medicamenta: id eſt, diſcuſſoria, diſſipantia, ſeu euaporantia, & digerentia, ſunt quibus diſcutiendi, diſpergendi ac diſſipandi per inſenſiles meatus uis ineſt: ex quorum genere ſunt

- *Balneum*: eſt locus cõſtructus natura uel arte fact[9], in quo eſt corpus ſubtile uel liquidum, corpori circumferẽtialiter occurrẽs uel occurrere aptum, ut ſit ipſius ſecundũ qualitates manifeſtas uel occultas actualiter immutatiuum: & dicitur à balinon Græcè, quod eſt Latinè interpretatũ animi anxietatẽ tollens ac mœrorem. Huius differentiæ tũ in
  - *Genere*. Vide in ſequentibus ſub ſigno A.
  - *Specie*: aut
    - *Artificialia*
      - *Simplicia*: & uel
        - *Vſitatiora*: & aut
          - *Aerea*
            - *Sicca*. Balneum Laconicũ, Caldarium, Sudatorium, Stupha à nonnullis dicitur, eſt locus undiq; uallatus, cuius aer & parietes per medium caleſiunt. Huiuſmodi
              - *Calefacit.*
              - *Reſoluit.*
              - *Humiditates* exiccat.
              - *Hydropicos* iuuat.
              - *Vacuat*, &c.
            - *Humida*, quæ ab herbis in uaſe aliquo decoctis, tranſmiſsis, aut aqua ſupra ignitos lapides transfuſa parantur
              - *Calefaciunt.*
              - *Fundunt.*
              - *Aequant* quæ ſunt inæqualia.
              - *Cutim* laxant.
              - *Siccant*, &c.
          - *Aquea*
            - Calida actu
              - *Moderatè*
                - *Calefaciunt* & humectant.
                - *Laſsitudinem* ſoluunt.
                - *Plenitudinem* diſcutiunt.
                - *Mitigant.*
                - *Emolliunt.*
                - *Somnum* prouocant.
                - *Mundificant*,
                - *Impinguant.*
                - *Pueris*,
                - *Senibus*,
                - *Viro* & mulieri cõueniũt.
              - Immoderatè, atque uel in
                - *Exceſſu*
                  - *Reſoluunt.*
                  - *Calefaciunt.*
                  - *Syncopen* inducunt.
                - *Defectu*
                  - *Tepida* ſunt.
                  - *Refrigerant.*
                  - *Humectant.*
            - *Frigida* actu
              - *Totum* corpus refrigerant.
              - *Cutem* denſant.
              - *Vires* firmant.
              - *Iuuenib.* ſolis ac carnoſis cõferũt.
              - *Pueris*, *Mulieribus*, *Senibus*, *Gracilibus*, *Debilibus* — *Sunt* inimica.
              - *Calorem* extinguunt.
        - *Minus* uſitata. Hæc cõficiuntur aut ex
          - *Vino*
            - *Commendantur* in Paralyſi.
            - *Neruorum* paſsionibus, *Iuncturarum* dolorib. — Conducunt.
          - Oleo. Huiuſmodi
            - *Conferunt* mirabiliter in ſpaſmo ex punctura uel uulnere facto.
            - *Doloribus* iuncturarum, *Colicis*, *Calculo* renum, *Spaſmo*, *Vrinæ* retentioni — Conferunt.
          - *Lacte*
            - *Humectant*, *Hecticis* febrientibus, *Hecticis* ſenectutis, *Triſtitia* conſumptis, *Exiccatis*, *Aridis* — Accommodantur.
      - *Compoſita*. Vide in ſequentibus ſub ſigno B.
    - *Naturalia*. Vide in ſequentibus ſub ſigno C.
- *Ambiens* aer calidus, *Exercitatio*, *Frictio* — De quibus ſuprà.
- *Vnctiones*, *Fomenta*, *Irrigationes*, *Cataplaſmata* — De quibus uide infrà.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0203-4
DFG

**A.** *Balnei* differentiæ in genere, ſumuntur à

- *Qualitate*
  - *Balneorum.* Sic balneorũ alia
    - *Calida* actu
      - *Moderatè*
        - *Calefaciunt* moderatè.
        - *Mitigant.*
        - *Dolorem* ſoluunt.
        - *Laſsitudinem* tollunt, &c.
      - *Immoderatè* in
        - *Exceſſu*
          - *Vehementer* calefaciunt.
          - *Reſoluunt.*
          - *Vires* deijciunt.
          - *Syncopen* inducunt.
        - *Defectu*
          - *Minus* calefaciunt.
          - *Molliunt.*
          - *Humectant.*
    - *Frigida* actu
      - *Infrigidant.*
      - *Neruos* lędunt, &c.
  - *Corporis*: & uel ab
    - *Habitu.* Sic balnea
      - *Macilentis*, *Gracilibus* } *Non* ſunt conuenientia.
      - *Pinguibus*, *Craſsis* } *Sunt* conuenientia.
    - *Diſpoſitione.* Sic balnea
      - *Natura* { Debilibus, Reſolubilibus }, *Sanis*, *Febrientibus*, *Bilioſis*, *Plenis* cruditate, *Fatigatis*, *Non* purgatis, &c. } Non accommodam.
      - *Robuſtis*, *Purgatis*, *Phlegmaticis*, &c. } *Accommodata.*
- *Quantitate.* Sic balneorum uſus
  - *Immoderatus*
    - *Corpus* debilitat.
    - *Reſoluit.*
    - *Syncopen* inducit.
    - *Sitim* excitat.
    - *Appetitum* comedendi proſternit.
    - *Febrem* inducit.
  - *Moderatus*, & ad uirtutis tollerantiam confert.
- *Loco.* Sic balnea in loco uel
  - *Diſcooperto* { *Ventoſo*, *Pluuioſo* } Nocius.
  - *Cooperto*, *ſunt magis proficua.*
- *Tempore*
  - *Anni.* Sic Balnea in
    - *Vere*, *Aeſtatis* principio } Eligenda.
    - *Autumno*, *Hyeme*, *Aeſtate* media } Fugienda.
  - *Horæ.* Sic
    - *Matutina*, *Veſpertina* } *Ventriculi* & hepatis concoctione tranſacta, eligenda.
    - *Meridiana*, *Nocturna* } *Et* maximè poſt cibum uitanda.
- *Aetate.* Sic
  - *Pueris*, *Senibus* ualde ac ſiccis } *Minus* apta balnea.
  - *Conſiſtentibus*, *Fœminis* } *Magis* proficua.
- *Ordine.* Nam quędam obſeruanda
  - *Ante* balnei ingreſſum: uidelicet ut
    - *Prius* alui beneficium habeant natura, uel arte.
    - *Cibus* tum in uentre, tum in hepate ſit concoctus.
    - *Ieiuni* ſint.
    - *Ingreſſuri* pannis ſe muniant.
  - *In* ipſo balneo: uidelicet ut
    - *Non* dormiant.
    - *Non* comedant neque bibant: Non ſudent.
    - *Non* profundius in aqua ſedeant, quàm ad orificium uentriculi.
    - *Non* ultra duas uel tres ad ſummum horas in balneo maneãt, &c.
  - *Poſt* exitum: uidelicet
    - *Egreſſuri* pannis ſe cooperiant.
    - *In* lecto aliquandiu quieſcant: Non dormiant.
    - *Linteo* ſe abſtergant: Veſtimenta induant.
    - *Deinde* parum ſe exerceant, in loco ab aere frigido remoto.
    - *Poſtremò* ad menſam ſe conferant.

B. *Balnea* artificialia compoſita, & uel

- *Calefacientia*
  - *Caput*: componuntur ex
    - *Saluia.*
    - *Betonica.*
    - *Calamentho.*
    - *Stœchade.*
    - *Maiorana.*
    - *Chamomilla.*
    - *Pulegio.*
    - Origano.
    - *Acaro*, &c.
  - *Pectus*: fiunt ex
    - *Hyſſopo*, Iride.
    - *Praſsio*, Enula.
    - *Pulegio*, Origano.
    - *Vrtica*, Calamentho.
    - *Fol.* lauri, &c.
  - *Stomachum*: conficiuntur ex
    - *Abſynthio.*
    - *Mentha.*
    - *Calamentho.*
    - *Saluia*, Marrubio.
    - *Nuce* cypreſsi, &c.
  - *Hepar*: parantur ex
    - *Eupatorio.*
    - *Abſynthio.*
    - *Fœniculo.*
    - *Lauro.*
    - *Ruta.*
    - *Praſsio*, &c.
  - *Renes*: huiuſmodi preparãtur ex
    - *Chamomilla.*
    - *Saluia.*
    - *Ruta.*
    - *Saxifragia.*
    - *Pulegio.*
    - *Aniſo.*
    - *Lauro*, &c.
  - *Matricem*: fiunt ex
    - *Arthemiſia.*
    - *Meliſſa.*
    - *Sabina.*
    - *Abſynthio.*
    - *Aniſo*, Apio.
    - *Anetho*, &c.
  - *Iuncturas*: huiuſmodi parantur ex
    - *Chamomilla.*
    - *Lauro.*
    - *Abrotano.*
    - *Ruta*, Iua.
    - *Abſynthio.*
- *Frigefacientia*, quæ etiam cum mineralibus fieri poſſunt: addendo ſulphur, aut alumen, aut ſal, aut ferrum, aut cuprum, &c. pro diuerſa corporis diſpoſitione, omnia coquendo longis horis ſimul, &c. Refrigerant igitur
  - *Caput*: conficiuntur ex
    - *Roſis*, Violis.
    - *Nenuphare*, Lactuca.
    - *Solatro*, Plantagine.
    - *Papauere*, Salice, &c.
  - *Pectus*: huiuſmodi parantur ex
    - *Violis*, Papauere.
    - *Portulaca*, Malua.
    - *Hordeo*, Fabis, &c.
  - *Stomachum*: fiunt ex
    - *Roſis*, Plantagine.
    - *Portulaca.*
    - *Flor.* granatis.
    - *Cucurbitis.*
    - *Coriandro*, &c.
  - *Hepar*: conficiuntur ex
    - *Endiuia*, Hepatica.
    - *Solatro*, Roſis.
    - *Granatis*, &c.
  - *Renes*: fiunt ex
    - *Cichorea*, Solatro.
    - *Alchechengis.*
    - *Roſis*, Plantagine, &c.
  - *Matricem*: huiuſmodi parantur ex
    - *Endiuia*, Roſis.
    - *Malua*, Portulaca.
    - *Acetoſa*, &c.
  - *Iuncturas*: fiunt ex
    - *Portulaca.*
    - *Solatro.*
    - *Plantagine.*
    - *Roſis*, Gallæ.
    - *Balauſtia*, &c.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0205-5 DFG

**C.**
*Balnea* naturalia dicuntur, quæ per ſe, aut ſponte aut naturaliter prouenſit ſcaturiúntue: alioq; nomine, eo quòd illis inſit calefaciendi facultas, thermæ uocantur. Sunt autem Balneorum naturalium quædam

- *Simplicia*
  - *Sulphurea*
    - *Calefaciunt*, *Exiccant* — *Vehementer.*
    - *Reſoluunt*, Aperiunt, Attrahunt.
    - *Apoplecticos*, *Epilepticos* — *Iuuant.*
    - *Cerebrum* ab humiditatibus purgant.
    - *Paralyticis*, *Lethargicis*, *Catarrhoſis*, *Neruis* humidis — *Conferunt.*
    - *Tuſsi* proſunt
    - *Colicam* à flatu tollunt.
    - *Hepar* inflammant.
    - *Splenem* attenuant.
    - *Temperatura* calidis nocent.
    - *Omnia* cutis uitia exterunt.
  - *Aluminoſa*
    - *Aſtringunt*, Exiccant.
    - *Reiectioni* ſanguinis, *Ventriculo* uomiturienti, *Hæmorrhoidibus* immodicè profluentibus, *Mulieribus*, quæ inordinatè purgantur, & quæ frequenter abortiunt, *Immodico* ſudori, *Tibiarum* uaricibus — *Proſunt.*
    - *Stomachicis* relaxatis humidis opem ferunt.
    - *Fiſſuris* matricis, *Doloribus* { *Matricis*, *Teſticulorum* }, *Scabiei* ulceratæ — *Conferunt.*
    - *Ventrem* ſoluunt bibita.
  - *Salſa*
    - *Calefaciunt*, Reſoluunt, Exiccant.
    - *Ventoſitates* diſrumpunt.
    - *Spaſmo*, Epilepſiæ, *Duriciei* ſplenis, *Scabiei* ulceroſæ, *Impetigini*, *Vlceribus* fraudulentis, *Morbis* frigidis & humidis, *Doloribus* articulorum, *Podagræ*, Reſolutioni, *Renum* paſsionibus, *Aſthmaticis*, *Fluxionibus* capitis & thoracis — *Conferunt.*
  - *Nitroſa*
    - *Calefaciunt* & ſiccant.
    - *Incidunt*, Reſoluunt.
    - *Stipticant*, Deſiccant.
    - *Abſtergunt* & lauant.
    - *Surditati*, *Reſolutioni*, *Hydropicis* — *Proſunt.*
    - *Vermes* interficiunt.
    - *Tibiis* ulceratis, *Scabiei*, Prurituі — *Conferunt.*
  - *Bituminoſa*
    - *Enixè* calefaciunt.
    - *Prolixè* molliunt, Caput replent.
    - *Senſuum* inſtrumenta lædunt.
  - *Aerea*
    - *Calefaciunt*, Exiccant, Reſoluunt, Abſtergunt.
    - *Oculis*, Ori, *Tonſillis*, Vuæ — *Conueniunt.*
  - *Ferrea*
    - *Infrigidant*, Exiccant, Stipticant.
    - *Ventriculo*, *Lieni* — *Conferunt.*
    - *Fluxioni* hæmorrhoidum & menſtruorum proſunt.
  - *Cuprea*
    - *Articulorum* doloribus moleſtatis, *Podagricis*, Aſthmaticis, Nephriticis, *Vlceribus* malignis — *Auxiliantur.*
  - *Aurea*
    - *Colicis* doloribus, *Vulnulo*, Fiſtulis, Podagræ, *Malignis* ulceribus — *Succurrunt.*
  - *Cinerea*
    - *Abſtergunt*, Exiccant.
    - *Hydropi* ſuccurrunt, ex arbore ficus.
    - *Vlceribus* fraudulentis conferunt.
    - *Tumores* tibiarum equorum diſcutiunt.
- *Compoſita*, Vide in ſequentibus, ſub ſigno *D.*

- **D.** *Balnea* naturalia cōpoſita: & quidem
  - Germaniæ: ſūt uaria, quorū alia ſūt in
    - *Rhetia*: nempe in diœceſi Curienſi ſita, quæ Germanis *Pfeffers bad* dicuntur, hoc eſt, Piperina balnea. Conſtant mixtura auri, ſulphuris & nitri. Horum aqua non continuò manat, ſed tertio die Maij erumpit, decimo uerò quarto Septembris iterum ſeſe ſubducit
      - *Doloribus* capitis mirificè confert.
      - *Memoriam* roborat.
      - *Viſum*, *Auditum* — *Acuit.*
      - *Cerebri* obſtructiones ac neruorum aufert.
      - *Articulorum* doloribus, *Vlceribus*, *Fracturis* oſsium — *Succurrit.*
    - *Heluetia*, haud procul à Badenijs, ſalubria ualde, quæ cōſtant ex copioſo ſulphure & exiguo alumine
      - *Frigidis* ac humidis — *Capitis*, *Cerebri* — *Paſsionibus* proſunt.
      - *Lethargo*, *Amiſſæ* memoriæ — *Auxiliantur.*
      - *Calefaciunt*, *Exiccant* — *Ventriculum.*
      - *Ventriculi* concoctionem iuuant.
      - *Iecoris*, *Lienis* — *Obſtructiones* tollunt.
      - *Detentos* menſes euocant.
      - *Sterilitatem* auferunt.
      - *Mulieribus* magis quàm uiris conueniunt.
    - *Lotharingiæ* montibus, quæ *Plumberi*, quaſi plumbea uocātur. Conſtāt ex plumbi, ſulphuris & aluminis mixtione
      - *Vlceribus* — *Malignis*, *Curatu* difficilibus — *Auxiliantur.*
      - *Cancro*, *Phagedænis*, *Fiſtulis*, *Elephantiæ*, *Omnibus* cutis uitijs — *Succurrunt.*
    - *Marchionatu* Badenſi, miræ efficaciæ, quorum mixtura ex ſulphure, ſale & alumine exiſtit
      - *Difficilè* ſpirantibus, *Aſthmaticis*, *Doloribus* articulorū, *Podagræ* frigidæ, *Hydropicis*, *Vteri* morbis frigidis, *Albis* menſibus — *Conferunt.*
      - *Conceptionem* promouent.
      - *Sterilitatem* remouent.
      - *Vteri* malis frigidis & humidis præ cæteris balneis mirificè conueniunt.
    - *Ducatu* Vuirtenbergenſi, in quo tria genera Thermarū inueniūtur, quarum
      - *Primū* nō procul à *Chalb* oppidulo, quæ à Martiana ſylua, *Vuildbad*, hoc eſt ferina balnea nominantur. Conſtant ex ſulphuris, ſalis, aluminis, cupri, & nitri mixtura
        - *Capitis* paſsionibus frigidis, *Paralyſi*, *Conuulſioni*, *Stupori* — *Auxiliantur.*
        - *Inſtrumenta* ſenſuum roborant.
        - *Tinnitum* aurium, *Iecoris*, *Lienis* — *Obſtructiones* — *Tollunt.*
        - *Hydropicis*, *Ictericis*, *Renum* & ueſicæ calculis, *Ventriculo* — *Succurrunt.*
        - *Appetentiam* excitant.
        - *Viris* magis quàm mulieribus competunt.
      - *Alterum* nō procul à ferinis, Therma Cellenſes ſunt, quarū mixtura ex modico ſulphure, alumine & cupro conſtat
        - *Diuturnis* febribus, ex pituitoſis & bilioſis humoribus ortis ſuccurrunt.
        - *Vlceribus* diuturnis & malignis auxiliantur.
        - *Articulorum* doloribus, *Appetentiæ* caninæ, *Iis*, qui calido & ſicco ſunt tēperamēto — *Conueniunt.*
      - *Poſtremum* ad Geppingam oppidum, quæ Germanicè *Saurbrunn*, hoc eſt acidus fons appellatur. Ex acidis, quibus exigua ſulphuris acceſsit portio, harum mixtura conſtat
        - *Luxatis* corporis partibus proſunt.
        - *Ventriculum*, *Iecur* — *Corroborant.*
        - *Hydropicis*, *Ictericis*, *Humoribus* putrefactis, *Volunlo* — *Opitulantur.*
        - *Lumbricos* enecant, ſi bibantur.
    - *Au.* Vide in ſequentibus, ſub ſigno ❧
  - *Italia.* Vide in ſequentibus, ſub ſigno E.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0207-7

- ✻ *Thermarũ* Ipſius Germanię alię habentur in
  - *Au* prope Rotenburgum ad Nicerum ſitum: ex acidis & copioſiore ſulphuris portiõe, quàm priores, cõſtãt, ideoq; minus priorib. acidæ
    - *Calidiores* ſunt. *Maiori* exiccandi eorum, quæ in partium cauitatibus deliteſcunt, facultatè præditæ — Quàm priores.
  - *Finibus* lacus Podmici, quem Conſtantienſem uocant, *Embs* dictæ, aluminis & nitri mixtura participantes
    - *Conferunt* doloribus capitis.
    - *Neruorum* reſolutionibus à coli doloribus factis conferunt.
    - *Vlceribus* malignis auxiliantur.
  - *Alſatiæ* prope Geberſuiler, quæ ex mixtura aluminis, nitri & ferri conſtant
    - *Lienoſis*, *Quartana* laborantibus, *Vlceribus* ſordidis, *Omnibus* uitijs cutis — Opitulantur.
  - *Bohemia*, apud Elembogium oppidum, ſulphuris, & aluminis mixturam obtinent
    - *Ad* frigidas & humidas cerebri paſsiones conferunt.
    - *Mulieribus*, quæ inordinatè purgantur, opitulantur, & quæ frequenter obortiunt, &c.
  - *Vuisbaden*, ex ſulphure, alumine, & exiguo nitro conſtant
    - *Capitis* paſsionibus frigidis, *Paralyſi*, *Conuulſioni*, *Hydropicis*, *Ictericis*, &c. — Conferunt.
  - *Baioaria*, quas *Gaſtein* nominant, quibus uehemens adſtrictoria facultas ineſt
    - *Omnia* corporis excrementa diſsipant, & abſumunt.
    - *Impregnandi* facilitatem pariunt.
    - *Aborſum* prohibent.
  - *Baioaria*, &c. apud Abudiacum caſtellum ſupra Reginoburgum, quæ ſulphuris, aluminis & nitri mixturam obtinent
    - *Odore* oua frixa referunt.
    - *Inſtrumenta* ſenſuum roborant.
    - *Tinnitum* aurium, *Lienis* / *Iecoris* Obſtructiones — Tollunt.
    - *Ventriculo* ſuccurrunt.
    - *Stupori*, *Conuulſioni*, *Paralyſi*, *Capitis* paſ. frig. — Conferunt.

- E. *Thermarũ* Italiæ aliæ ſunt in
  - *Comitatu* Patauino: quarum ſeptẽ numero ſunt
    - *Primæ* de Ebano nominantur: à ciuitate Paduæ quinq; miliaribus diſtantes in confinibus ruris, Ebanum dicti, conſtant ex aluminis, ſalis, nitri, calcis & ſulphuris mixtura
      - *Calefaciunt* & ſiccant.
      - *Capitis* dolori, *Pectori* humido, *Tinnitui*, *Stomacho* humido, *Hydropi*, *Vlceribus* corroſiuis, *Articulorum* doloribus, *Podagræ* — Opitulantur.
    - *Secundæ* ſancti Petri ſunt, ab Ebano ferè per miliare diſtantes, aluminoſæ & ſalſæ multum: iiſdem conferunt morbis, quibus Ebani.
    - *Tertiæ*, Domus nouæ, uerſus Meridiem parumper deſcendendo ad medium miliare: conſtant ex copioſo ſale & cinere
      - *Catarrho*, *Paralyſi*, *Hydropi*, *Cachexiæ* — Conferunt.
    - *Quartæ*, montis Grotti: conſtant ſulphuris & aluminis mixtura
      - *Calefaciunt* & exiccant.
      - *Reſoluunt.*
      - *Neruos* mundificant.
      - *Paralyſi*, *Catarrho* humido, *Epilepticis*, *Tinnitui*, *Dolori* capitis, *Spleniticis*, *Vlceribus* malignis — Conferunt.
    - *Quintæ*, ſancti Bartholomei, miliaribus duodecim à ciuitate diſtantes, ſulphuris & bituminis *mixturã obtinent*
      - *Calefaciunt*, Emolliũt.
      - *Doloribus* podagricis ac iuncturarũ cõferunt.
      - *Membra* indurata & nodata mollificant.
      - *Scabioſis*, *Vlceribus* — Opem ferunt.
    - *Sextæ*, ſanctæ Elenæ, diſtantes à ciuitate ſeptem miliaribus: quarum minera eſt aluminoſa, cinerea, nitroſa & ſalſedine parum participãs
      - *Aegritudinibus* capitis, *Paralyſi*, *Neruis* humidis, *Spaſmo*, Scabiei, *Serpigini*, Stomac. hũ., *Hydropi*, Iuncturis — Succurrunt.
    - *Septimæ* & ultimæ Orthoni montis, ex ſulphuris, ſalis & aluminis mixtura conſtant
      - *Dolores* antiquos ex cauſa frigida & humida tollũt.
      - *Durities* articuloſas auferunt.
      - *Splenem* mollificant.
      - *Hydropi* conferunt, &c.
  - *Bononienſi*. Vide in ſequentibus, ſub ſigno **

** Ther-

** *Thermæ Italiæ* ſunt præterea uel in

- *Bononienſi* comitatu della Porretta, à ciuitate 40. miliaribus diſtantes: ex alumine, pauco ſulphure, ſale & nitro conſtant
  - *Omnem* cerebri debilitatem remouent.
  - *Oculorum* ægritudinibus ſubueniunt.
  - *Auditum* reparant.
  - *Paralyſi* linguæ opitulantur.
  - *Aſthmaticis* conferunt.
  - *Menſtrua* prouocant.
  - *Splenis* / *Hepatis* — *Obſtructiones* tollunt.
  - *Hydropem* curant.
  - *Lapides* & arenulas ex renibus expellunt.
  - *Impregnationi* conferunt.
  - *Matricis* humiditates reſoluunt.
  - *Paſsionibus* neruorum / *Doloribus* iuncturarum / *Podagræ* / *Scabiei* antiquæ / *Tertianæ* / *Quartanæ* — *Conferunt.*
- *Romandiola*: tria habentur balnea, quorum
  - *Primum* ſancta Maria in bagno appellatur. conſtant mixtura ſulphuris, aluminis, ferri ac æris
    - *Catharro* humido / *Sibilo* / *Tinnitui* / *Paralyſi* / *Epilepſiæ* / *Matricis* humiditatibus / *Iuncturarum* doloribus — *Conferunt.*
  - *Secundum* uocatur balneum de Medio, quod magis aluminoſum quam ſulphureum eſſe aiunt
    - *Temperatæ* caliditatis eſt.
    - *Scabioſis* / *Leproſis* / *Vlceroſis* — *Opitulatur.*
  - *Tertium*, balneum Dominarum uocatur, ex eadem mixtura ut primum conſtat.
- In comitatu Lucano: & ſunt tres, quarum
  - *Prima*, balneũ de Corſeno noĩatur: id rus eſt à ciuitate 16. miliarib. diſtãs. cõſtat ſulphure, alumine & nitro
    - *Calefacit*, exiccat.
    - *Reſoluit* calorem.
    - *Capitis* frigidis & humidis ægritudinib. cõfert.
    - *Aſthmaticis* / *Doloribus* iuncturarum — *Confert.*
    - *Vlcera* curatu difficilia curat atq; exiccat.
    - *Sterilitati* ſuccurrit.
  - *Altera* extra circuitum uillæ balneum eſt rubeum dictum, cuius minera, ut aiunt ænea eſt, & eius aqua modica paruæ caliditatis, quam calefacere oportet ſi ea uti uolunt.
  - *Tertia*, balneum de uilla uocatur, à Corſeno per miliare diſtans, eius minera ferrea eſt, locus eſt ad modum putei, in quo ſolùm tres perſonæ ſtare poſſunt
    - Eſt in agendo debilis.
    - *Renibus* / *Hepati* — *Calidis* confert.
    - *Sitim* remouet.
- *In* comitatu Piſarum: ſunt balnea quinque, quorum
  - *Primum* apud montem ſancti Iuliani poſitum eſt: locus is medius inter ciuitatem Lucanam & Piſarum eſt, nominaturq; balneũ uetus: cuius minera aluminoſa magis ſulphure participat
    - *Colicæ* / *Iuncturarum* doloribus / *Podagræ* non antiquatæ / *Sciaticæ* / *Humiditatibus* matricis — *Confert.*
  - *Secundum*, dictum eſt Sauiæ: uehementer ſulphureum
    - *Aegritudinibus* frigidis & humidis confert.
    - *Nocet* calefactis.
  - *Tertium*, Sanorum dicitur, eiuſdemque mineræ, quo ſani utuntur ad ſe lauandum. Eſt enim parum de utroq; participans.
  - *Quartum* Reginæ dictum, ab iſtis æqualiter ſeparatum, à ciuitate tria millia diſtans, ferreum & modico alumine participans
    - *Renibus* calefactis / *Hepati* calido — *Confert.*
    - *Ventriculum* roborat.
    - *Sitim* extinguit.
  - *Quintum* à ciuitate 16. miliaribus diſtat, principalius eſt, & uocatur balneum de aquis: eius minera & ferrea & aluminoſa
    - *Omnem* diſcraſiam membrorum nutritiuorum calidam tollit.
    - *Hydropicis* / *Ictericis* — *Confert.*
    - *Hepatis* attractiuam fortificat.
    - *Renes* mundificat.
    - *Humiditates* matricis compeſcit.
    - *Aſthmaticis* nocet.
    - *Impinguat.*
    - *Hepaticis* / *Stomachicis* — *Auxiliatur.*
- *Apud* ciuitatẽ Vulterræ diſtãtes miliaribus 16. plurima balnea ſunt optimo cũ ordine fabricata, & muro uallata, quorũ
  - *Tria* ſunt eadem minera participantia, quia alumine multo & pauco ſulphure. Aſsimilantur balneis de monte Groto, & de Ebano.
  - *Vnum* extra circuitum murorum: cuius minera eſt ferrea, & ſimile eſt balneo de Villa in comitatu Lucano.
  - *Alia* Lacones ſurdi dicũtur, ꝙ ſint lacꝰ magni, diſtãtes ab hoc loco duob. miliaribꝰ, i qb. ẽ mirabilis ebullitio, naturã tenẽt ſalis, ſulphuris & aluminis.
- *Senarum*, Vide in ſeq. ſub ſigno ☙

- **Thermarum Italiæ, aliæ**
  - *In* Ducatu Senēſi: & ſunt plura balnea, quorum aliud Balneum
    - *De* Petriolo, cæteris famoſius, à ciuitate 15. miliaribus diſtãs: cuius minera ſulphurea eſt multum, & alumine participat
      - *Valde* calefacit, reſoluit, exiccat.
      - *Paralyſi*, *Spaſmo*, *Tremori*, *Epilepticis*, *Capitis* dolori ex frig. — *Confert.*
      - *Stomachum* laxat.
      - *Hepati* calido nocet.
      - *Splenem* durum mollificat.
      - *Ventoſitates* inteſtinorum diſſoluit.
      - *Vuluæ* duritiei confert.
      - *Scabioſis*, *Vlceribus* frigidis, *Podagræ*, *Sciæ* — *Opitulatur.*
    - *Farina*, priori propinquum, prope flumen, quod Farina nuncupatur, quod non multa caliditate participat, in quo prius homines ingrediuntur. Scabiei confert.
    - *De* Cornetis, in calore tepidum ſiue remiſſum, ſic dictum: quoniam in eo ponuntur uentoſæ ſiue corneta abſq; igne, cuius aqua in flumen cadit: eſt ueluti balneum calidum aquæ dulcis.
    - *Eſt* lapidibus coopertum, cuius minera ferrea eſt & ſulphurea, & huius aquæ tãta exiſtit caliditas, ut in eo hoïes uix ſtare poſsint
      - *Aegritudinibus* frigidis, *Podagræ*, *Iuncturarum* dolorib. — *Confert.*
    - *Diſcoopertum*, à priore egreditur: non tantæ caliditatis
      - *Stomacho*, *Spleni* — *Frig.* & hum. confert.
    - *Caldenarum* nuncupatur, circumflexo lapideo coopertum. Huius minera eſt ferrea & aluminoſa
      - *Temperatum* eſt.
      - *Membra* nutritiua corroborat.
      - *Splenem* reſoluit.
      - *Iuncturas* roborat, &c.
    - *De* Macereto, diſtat à Petrioli quinq; miliaribus: cuius minera eſt ſulphurea
      - *Scabioſis* conuenit.
      - *Iuncturarum* paſsionibus frigidis & humidis confert.
    - *Rapolani* dicitur, iuxta ciuitatẽ exiſtẽs: cuius minera eſt multũ ſulphurea
      - *Valet* ad ſcabiem groſſam.
      - *Matricis* diſpoſitiones humidas ualẽter tollit, &c.
    - *De* Auinione uocatur: à ciuitate 20. miliaribus diſtat, cuius minera ferrea eſt & aluminoſa, ære participans
      - *Hepati*, *Stomacho*, *Spleni*, *Inteſtinis* — *Calefacto* ac laxato confert.
      - *Ictericis*, *Hypoſarcæ*, *Tympanitis*, &c. — *Prodeſt.*
    - *Sancti* Philippi appellatur, iuxta rhodocophanum 18. miliaribus à ciuitate diſtans: cuius minera ſimilis eſt balneo Petrioli
      - *Aegritudinibus* frigidis & humidis confert, præſertim capitis.
      - *Podagræ*, *Iuncturarum* doloribus, *Frigiditati* neruorum — *Auxiliatur.*
    - *Prope* Petriolum, quod quodam in monticulo naſcitur, Aqua borla dictum, quæ eſt nitroſa & ſolutiua
      - *Doloribus* iuncturarum opitulatur.
      - *Sciæ* prodeſt, &c.
  - *In* comitatu Viterbij. Vide in ſequentibus, ſub ſigno ❀

SVNT *& alia balnea Senarum, diuerſis mineris participantia, quorum uirtutes ex habitis, & dicendis, & mineræ, notæ euadunt.*

❀ Ther-

- *Thermarum* Italiæ, aliæ
  - *In* comitatu Viterbij: & ſunt Balnea decem, quorum
    - *Primum* de Grota dicitur per miliare unum à ciuitate diſtans, arcu lapideo tectum: cuius minera eſt ferrea & ænea
      - *Membra* relaxata confortat.
      - *Digeſtiuam* roborat.
      - *Cerebrum*, *Viſum* — Corroborat.
      - *Appetitum* prouocat.
      - *Spleniticis*, *Hepaticis*, *Nephriticis*, *Matrici*, *Podagricis* — Confert.
    - *Secundum* Vallis chaim, & balneũ dominarum nuncupatur: alumine & ære participat
      - *Stomacho* frigido & humido confert.
      - *Hepatis* & ſplenis obſtructiones aperit.
      - *Conceptionem* iuuat.
      - *Menſtrua* prouocat.
      - *Iuncturarum* doloribus, *Podagræ* — Confert.
    - *Tertium* Cruciatorum nominatur: cuius minera ſulphurea eſt. Origines neruorum confortat, podagræ, & iuncturis debilibus, catharroq; frigido opitulatur.
    - *Quartum* eſt Bulicani, per miliare à Viterbio diſtans, per riuulos Bulicani exiens: cuius minera eſt aluminoſa & ferrea
      - *Hepati* ſupercalefacto, *Cholericis*, *Scabiei* ulceroſæ, *Leproſis* — Prodeſt.
    - *Quintum* de Buſſeris. cuius minera ſulphurea à prædominio ſcribitur, licet ferrea participet.
      - *In* dislocationibus ſummè commendatur.
      - *Paſsionibus* neruorum mollificatis, *Sciaticæ*, *Inteſtinorum* doloribus, *Colicis* — Opitulatur.
    - *Sextum*, eſt de Palatijs: cuius minera eſt ſulphurea & aluminoſa, prædominãte alumine, & ſimile eſt balneo de monte Groto, in comitatu Paduano.
    - *Septimum* S. Mariæ in Felice nominatur: cuius minera eſt ſulphurea & ferrea
      - *Paralyſi*, *Neruorum* paſsionibus, *Inteſtinorum* doloribus, *Colicis*, *Iliacis*, *Podagricis*, *Artheticis* — Mirabiliter opitulatur.
    - *Octauum* Prati dicitur: cuius minera ſulphurea eſt non multũ, mirabiliter dolores matricis ſedat, &c.
    - *Nonum* Paganelli nominatur, cuius aqua clara eſt, & nõ tantæ caliditatis ut præcedens: cuius potus
      - *Stomachum*, *Membra* nutritiua — Confortat.
      - *Menſtrua*, *Vrinam*, *Hæmorrhoides* — Prouocat.
    - *Decimum* Aſinellæ appellatur: cuius minera ænea eſt, à prædominio, & ſulphure pauco participans
      - *Stomacho*, *Hepati*, *Spleni*, *Hydropi*, *Matrici* — Confert.
      - *Menſtrua* prouocat, &c.
  - *Apud* Eſculum: quæ ciuitas uno gaudet balneo: cuius aqua eſt parum calida: & minera ſulphurea, multa parte aquoſa participans
    - *Neruis* debilitatis non parum confert.
    - *Oculis* debilibus nocet.
  - *Apud* Vrbem ueterẽ: quæ ciuitas habet caſtrum unum, S. Caſsianus nomine: quoniam circa miliare medium nouẽ habentur balnea, omnia à prędominio aluminoſa, ferro participantia, quorũ
    - *Primum* della Terra nominatum
      - *Valet* in paſsionib. frigidis matricis, Vrinam promouet.
      - *Calculos* renum & ueſicæ expellit.
      - *Iuncturarum* paſsionibus frigidis & humidis confert.
    - *Secundum* Calidaia dictum, quod primo calidius eſt multum
      - *Cutim* mundificat.
      - *Scabiei* confert.
      - *In* omnibus ægritudinibus frigidis & humidis ualet potenter.
    - *Tertium* S. Mariæ dicitur
      - Calidum & ſiccum eſt ualde.
      - *Paralyticis*, Tremulis, Stupidis, *Spaſmo*, Sodæ frig., *Hydropi*, podagræ — Auxiliatur.
    - *Quartum* de Caldagna dicitur, calidum ualde & ſiccum
      - *Catharro* frigido & humido confert.
      - *Podagricis* magnum præſtat iuuamentum.
    - *Quintum* Ficuncellæ ſiue della Figatella dicitur
      - *Stomacho* calefacto confert.
      - *Appetitum* excitat.
      - *Hepati*, *Spleni* — Succurrit.
    - *Sextum* Grotæ balneum uocatur
      - *Scabiei*, *Lepræ* — Conuenit.
    - *Septimum* balneum ſancti Georgij dicitur
      - *Vulnera*, *Vlcera* — Antiqua conſolidat.
    - *Octauum* balneum potus nominatur
      - *Calidum* ſubtiliatiuum.
      - *Sudoris* prouocatiuum.
    - *Nonum* balneum de luto dictum
      - *Vlceribus* ſordidis & curatu difficilibus confert.
      - *Neruis* contractis auxiliatur, &c.
  - *Ad* ciuitatem Peruſij unicum habetur balneum, Montis alti nuncupatum: cuius minera ſulphure non multo, & aſphalto participat: ægritudinibus
    - *Frigidis*, *Humidis* — Confert.
  - *Apud* caſtrum, Vide in ſequentibus, ſignum. ꝟ.

5\. *Thermarum* Italiæ, aliæ

- *Apud* caſtrum montis Catini tria habentur balnea, ſalſa, quorum
  - *Vnum* antiquiſsimum, circa cuius circumferentiam naſcitur tamariſcus in magna quantitate
    - *Doloribus* iuncturarum — Confert.
    - *Podagræ*, *Sciæ*, *Dorſi* doloribus — Confert.
  - *Alterum* in duo diuiſum eſt: ut in altera parte ſtent mulieres, ſolenniterq; ordinatum eſt
    - *Podagræ*, *Iſchiæ* — Doloribus auxiliatur.
    - *Scabiei* confert.
  - *Tertium* balneum nouum: per communitatem Florentiæ ordinatum 1320. ut inde utilitatem pecunioſam ſibi uendicarent
    - *Soluit* uentrem, *Vomitum* prouocat — Bibita.
    - *Renum* obſtructiones aperit.
    - *Lapides* frangit.
- *In* terra laboris: & ſunt decem: quorum
  - *Primum* Sudatorium nominatum. Sulphure participat
    - *Scabiei*, *Ilij* doloribus — Valet.
  - *Secundum* Sulphureum nuncupatur.
    - *Doloribus* antiquis capitis confert.
    - *Oculorum* lacrymas compeſcit.
    - *Viſum* acuit.
    - *Impregnationem* iuuat.
    - *Scabiei* confert.
  - *Tertium* de Bulla: lumen oculorum acuit, in paſsionibus capitis ualet, hepati, ſpleni confert: matricemque purgat.
  - *Quartum* Aſtranæ nominatur
    - *Catharro*, *Branchæ*, *Coryzæ* — Conducit.
    - *Stomachi* faſtidium tollit.
    - *Pectus* lenit.
  - *Quintum* Locus eſt apud littus maris
    - *Oculorum* obſcuritati, *Caligini*, *Cataractæ* — Confert.
    - *Caput* confortat.
    - *Stomachum* roborat.
  - *Sextum* balneum de Tripta iuxta littus maris. debilitatem uentriculi tollit bibitum, tuſsim mitigat, & pulmonem læſum ſanat, hydropicis nocet.
  - *Septimum* Petra dictum, quoniam petram frangit, omnes capitis querelas depellit, ſurditati ſubuenit, caligini oculorum & cataractæ, confortat pectus & cor, urinam mouet, & lapidem frangit, &c.
  - *Octauum* Deiuncare dictum eſt, iuxta litus maris, confortat ſtomachum & hepar, pectus, animum lætificat, ſuſpiria tollit, renes & coitum confortat, &c.
  - *Nonum* Celatura dicitur
    - *Cor* lætificat.
    - *Tuſsim* aufert.
    - *Stomachum* & digeſtiuam confortat.
  - *Decimum* Lauacrum nominatur
    - *Pulmonem* purgat.
    - *Hepati*, *Spleni* — Auxiliatur.
- *In* ciuitate Aquenſi. ſunt balnea duo ſuper plateam: quæ conſtant ſulphure, alumine, & nitro
  - *Paſsionibus* iuncturarum potenter ualent.
  - *Articulorum* doloribus — Conferunt.
  - *Capitis*, *Stomachi* Paſsionib⁹ — Conferunt.
- *In* Inſula Siciliæ, quæ pluribus gloriatur balneis, diuerſis in locis ſituatis. Verùm cum omnia illa à prædominio maximè ſint ſulphurea, de ipſis non aliter in præſentiarũ agendum, quàm de balneis ſulphureis actum eſt in de Balneis Petrioli, &c.
- *Apud* Aquarium, terra eſt à Regio Longobardo 25 miliaribus diſtans, balneum de Aquario nuncupatum, alumine participat. Viribus ſimile eſt balneo della Porretta.
- *Apud* Caſtrum Brandulæ 34 miliaribus balneũ Carpenſe habetur, quod cõſtat exiguo ſulphure, alumine, & pauco ſale
  - *Catharrum* ſiſtit.
  - *Capitis* humiditates exiccat.
  - *Oculorum* humiditates tollit.
  - *Lacrymas* eorum compeſcit.
  - *Stomacho* humido, *Debilitati* renum, *Vlceribus* (*Renũ*, *Veſicæ*) — Auxiliatur.
  - *Menſtrua* alba tollit & corrigit.
  - *Podagræ* à cauſa frigida confert.

VI. De

# VI. De Inedia.

*Inedia* quoq; corpus tam ſanũ quàm ægrum euacuat. Euacuat uerò nõ per ſe, ſed ex accidenti, nullo ſcilicet accedente alimẽto in locũ eius, quod fuit euacuatum. Hæc autẽ adhibetur aut

- *Tempeſtiuè*: uidelicet cum
  - *Venæ* ſunt latæ.
  - *Pituitoſum* corpus fuerit.
  - *Crudi* humores abundant.
  - *Vires* ſunt robuſtæ.
  - *Morbi* concoctu difficiles ſunt.
  - } Hiſce namq; mirificè confert.
- *Intempeſtiuè*: uidelicet cum
  - *Virtus* imbecillis eſt.
  - *Morbus* concoctu facilis.
  - *Bilioſum* corpus fuerit.
  - *Venæ* anguſtæ ſunt.
  - *Inanitũ* fuerit corpus, &c.
  - } Siquidẽ his uehemẽter incõmodat.

# VII. De Vomitu.

*Vomitus* quoque corpus à cacochimia uacuat: cuius differentiæ ſumuntur à

- *Qualitate*: & uel
  - *Habitu*. Nam qui
    - *Graciles*, ſunt ad uomendum apti.
    - *Collum* longum / *Pectus* anguſtum } Habent, ad uomendum inepti ſunt.
  - *Diſpoſitione*, Nã qui
    - *Inteſtinorum* leuitate uexantur / Humores in uentriculo cõtinent } Ad uomendum ſunt apti.
    - *Tabidi* ſunt / *Humores* in uenis continent / *Non* facilè uomunt } Ad uomendum non ſunt apti.
- *Quantitate*. Sic uomitus
  - *Moderatus*, utilis ualde eſt. Confert enim
    - *Ventriculi* cruditatibus.
    - *Ciborum* corruptioni.
    - *Malaciæ*.
    - *Appetitui* labenti.
    - *Dyſenteriæ* & lienteriæ.
    - *Morbis* renum, ueſicæ, colicæ, podagræ.
    - *Articulorum* morbis, capitis.
    - *Suffuſionibus*, Vertigini, Paralyſi, Tremori.
    - *Aſthmaticis*, Hydropicis, Malè habitis corporibus.
    - *Impetigini*, Lepræ, Cancro, &c.
  - *Immoderatus*: & aut in
    - *Defectu*. Huiuſmodi prouocatur
      - *Aceto* mulſo.
      - *Raphani* ſemine.
      - *Raphani* radice cocta, addito melle atque oleo.
      - *Immiſſis* digitis in os.
      - *Penna* oleo illita & immiſſa.
      - *Aqua* tepida, &c.
    - *Exceſſu*
      - *Surditatem* efficit.
      - *Oculorum* morbos lædit.
      - *Ventris* imbecillitatem / *Appetitus* defectum / *Singultum* / *Hypochondriorum* dolorem / *Conuulſionem* / *Capitis* grauitatem / *Dentium* & gingiuorum morbos } Parit.
- *Conſuetudine*. Nam
  - *Conſueti* ad uomendum ſunt apti.
  - *Inconſueti* ad uomendum ſunt inepti.

# VIII. De Clyſteribus.

*Clyſteriorũ* uſus aut eſt

- *Mediocris*: huiuſmodi commendatur. Horum namque alia
  - *Fæcem* duram educunt. Hæc communiſsima ratio eſt. Cum enim ægri in lecto decumbunt, fæx non adeò facilè deſcendit.
  - *Inteſtina* irritant ad excretionem.
  - *Detergunt* ac lauant inteſtina.
  - *Inteſtina* comprimunt.
  - *Conſolidant* inteſtina.
  - *Lumbricos* interficiunt & educunt.
  - *A* partibus adiacentibus quippiam trahunt.
  - *Dolores* partium adiacentium ſedant: ut renum, ueſicæ, uteri.
  - *A* partibus ſuperioribus reuellunt.
  - *Pauxillum* alunt. Sunt namq; clyſteria, quæ languentibus inferuntur ad alitionem & uirium reparationem, ex iure carnium & ouorum uitellis. Hæc autem ubi ad ieiunum inteſtinum aſcendant, & per meſeraicas uenas trahantur, alimentum præbebunt.
- *Nimius*
  - *Segnia* facit / *Proprij* muneris negligentia facit } Inteſtina.
  - *Cibum* intempeſtiuè detrahit à uentriculo & meſeraicis.
  - *Animal* ab alitione & refectione priuat.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0213-0
DFG

# IX. De Glandibus.

- *Glandium*
  - *Vſus* non parum commodus eſt. Siquidem glandes conferunt
    - *Ad* irritanda inteſtina ad expulſionem.
    - Educunt.
      - *Faces* liquidas detentas
      - *Clyſteres* parum efficaces, & diutius retentos
    - *Inflationibus.*
    - *Terminibus.*
    - *Infantibus.*
    - *Vtero* gerentibus poſtremis menſibus.
  - *Præparatio.* Fiunt namque aut ex
    - *Sapone*, oleo illito & ſale inſperſo.
    - *Pingui* porci ſaliti carne.
    - *Allio.*
    - *Melle* toſto & ſale, aut hiera.
    - *Melle* toſto & pauco opio in Colica, &c. ſed has filo appendimus.

# X. De Euacuatione, quæ fit per urinam.

*Per* urinam ſanguinis excrementum ſeroſum euacuatur, tum arte, tum natura: in ſanitate quidem bibitis reſpondere debet, potus quantitas, atque ſeroſæ parti & aquoſæ, quæ in cibis continetur: colorem quoque ac ſubſtantiam debitam ſeruare. Malè uerò affecto corpore natura excrementa euacuat per urinam, quod opus Medicus quoque imitatur: ſed poſt magnas euacuationes, ne fortè anguſtos urinæ meatus humores craſsi & multi obſtruant. Euacuantur autem iure ea excrementa per urinam, quæ continentur in uenis, & iecoris parte gibba: nam quæ in ſima continentur, per uentrem potius purgantur. cui uſui accommodata ſunt medicamenta, quæ ſanguinem in ſerum conuertunt, quod fiet parte altera craſſiore reddita, & ueluti in caſeum uerſa, à qua ſeroſa pars, ut in caſeo ſeparatur. *Hanc autem partem renes, ut amicam & familiarem ad ſe trahunt: talia ſunt apij radix, & petroſelini, & aſparagi, & fœniculi,* & ſimilia calidæ & ſiccæ naturæ, quæ propriè uretica appellantur. Cæterùm circa urinæ prouocationem id quoque cauendum, ne, ſi phlegmone, aut ulceratio circa renes aut ueſicam fuerit, urinam moueamus: quod tum longiſsimè à patiente particula auellere, nequaquam trahere ad eam conueniat.

# XI. De Euacuatione, quæ fit per hæmorrhoides.

*Per* hæmorrhoides natura plerunq; magnam atræ bilis copiam educit, & corpus à plurimis *morbis liberat, ut mania, melancholia,* uaricibus, cancro, elephantia, & renum morbis, apertis uenis ani. *Non ſolùm autem ea uis eſt hæmorrhoidũ profluentium, ut à morbis liberent, imò à multis etiam nos præſeruent: ut teſtatur Hippocrates, qui in* Epid. ſic ſcriptum reliquit: *Hæmorrhoides habentes, neq; laterum dolore, neq; pulmonis inflammatione,* neq; depaſcenti ulcere, neq; furunculis, neq; terminthis, pariter neq; lepra, neq; uitiliginibus corripiuntur. Quoniam tamen ſæpe is fluxus modum excedere ſolet, & in malum corporis habitum & hydropem, ob iecoris imbecillitatem deducere, modum in ipſo ſeruare decet, ac perinde Aetius conſulit eas curare, & ſi antiquæ ſint, & deinde probè hominem ſeruari, hoc eſt decenti uictu. Galenus tamen planè noluit ex Hipp. ſententia unam eſſe ſeruandam, qua corpus purgetur, ne in prædictos morbos, à quibus liberant, incidant patientes. atq; Hipp. dixiſſe refert hæmorrhoides ſananti antiquas, ſi una non remanſerit, periculum eſt aquam intercutem, aut tabem aduenire. Item Hipp. 6. Aphor. 12. ait: Quamplurimi intempeſtiuè ſanati, mox morbis prædictis correpti ſunt, & fuerunt ſanè pernicioſi. Verùm de his plura uide in lib. 2.

# XII. De Euacuatione, quæ fit per ſputum.

*Per* ſputum quoq; fit euacuatio: cuius tum potiſsimùm uſus eſt, cùm thorax & alia inſtrumenta reſpirationi inſeruientia expurgantur. Quapropter ubi ſputum fuerit exquiſitè ſimile illi, quod ſecundum naturam eſt, integram ſanitatem inſtrumentorum, quibus ſpiratio ipſa perficitur, ſignificat. Si uerò aliqua ratione impediatur, atq; à naturali habitu receſſerit, tantùm ea læſa eſſe demonſtrat, quantum ipſam formam naturalem amiſerit. Cæterùm thoracem purgant, medicamenta calore & humore temperata, quæ lingendo ſumuntur, quæ etiam facultatem habent thoracem leniendi, & ſputum mediocre efficiunt craſsitudine & tenuitate. aliàs enim retinebitur, &c.

# XIII. De Euacuatione, quæ fit per uterum.

*Purgamus* quoq; per uterum, & demimus totius corporis redundantiam fœculenti ſanguinis ac craſsi. Id quod natura ordine quodam ſtatuto in fœminis, quæ 13 annum tranſgrediuntur, & 50 non attingunt, neq; utero gerunt, neq; infantes lactant, facere ſolet, & in morbis, iudicationis ratione. Quod munus Medicus quandoq; imitari ſolet, adhibitis medicamentis menſes cientibus, ubi in utero non adſit morbus. Ad quos uſus accommodantur, calamenthum, aſarum, nardi ſpica, caſſia aromatica, &c. tibiarum ſcarificatio, uenæ ſectio interni malleoli, ſuffitus aromaticum, &c. Cæterùm ad uterum purgandum infunduntur quoq; medicamenta per appellatam mitenchritam, ueluti flatu incluſo, aut ſanguine concreto, aut ſucco aliquo corrupto, aut ubi ulcere laboret, quandoq; etiam mortuum fœtum machinamentis ducimus.

XIIII. De

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0214-5 DFG

# XIIII. De Venere, in genere.

*Venus* quoq; plenitudinem uacuat, ſi moderata & debito tempore fiat. Quare eius differentiæ ſumūtur à

- *Qualitate*, ſeu diſpoſitione, ſeu temperatura corporis. Siquidem temperatura
  - *Calidis* & humidis } *Venus* { Conuenit.
  - *Frigidis* & ſiccis } *Venus* { *Non* conuenit.
- *Quantitate*
  - *Moderata*: hęc confert. Quoniam
    - *Cor* à grauitate liberat.
    - *Hominem* lętificat, qui deinde facilius ſpirat.
    - *Somnum* conciliat.
    - *Furorem*, *Melancholiam*, *Triſtitiam* } Moderatur.
    - *Iracundos* placat.
    - *Zelotypiam* ſedat.
    - *Symptomata* curat, quæ ſequuntur ſeminis retentionem, & imaginatjones fœminarum inter uigilandum & dormiendum.
    - *Plenitudinem* aceruari non permittit.
    - *Pituitoſis* morbis confert, & robuſtis ujribus.
    - *Calorem* auget.
    - *Comitiali* morbo, *Iſchiadicis* } Prodeſt, &c.
  - *Immoderata*: & uel in
    - *Exceſſu*
      - Concubitus
        - *Extenuat*, Inanit, Exiccat.
        - *Capiti*, *Ventriculo* } Nocet.
        - *Animales* & uitales ſpiritus diſſoluit.
        - *Corpus* uniuerſum refrigerat.
        - *Cruditates* coacervat.
        - *Neruorum* morbos inducit, ut tremorem, paralyſim, &c.
        - *Obliuioſos* reddit homines.
        - *Vrinæ* ſtillicidium parit.
        - *Viſum* hebetat.
        - *Aurium* tinnitū facit, & dentium dolorem, & oris fœtorē.
        - *Sanguinis* mictum, & gonorrhœam generat.
        - *Articulorum* dolorem.
        - *Puſtulas* ulceroſas per corpus.
        - *Morbum* Gallicum.
      - *Materiæ*, ſiue ſeminis. Hoc minuunt
        - *Inedia*.
        - *Paucus* cibus & potus, & maximè aquæ.
        - *Labor* tum animi, tū corporis: Inunctio genitalium ex oleo, in quo ſemen uiticis frigatur, uel rutę, &c.
    - *Defectu*
      - *Concubitus*. Nam ab immodica ſeminis retentione
        - *Corrumpitur* ſemen.
        - *Membra* genitalia contabeſcunt.
        - *Symptomata* uenenorum inducuntur, quod uiduæ & moniales ſæpe patiuntur.
      - *Materiæ*, ſiue ſeminis. Hoc autem augent alimenta, quæ multū ſanguinem generant & flatum procreant: ut ſunt
        - Carnes
          - *Agnorum*.
          - *Perdicum*.
          - *Attagenarum*.
          - *Anſerum*.
          - *Anatum*, &c.
        - *Piſces*
          - *Polypus*.
          - *Oſtrea*.
          - *Anguillæ*, &c.
        - *Eruca*.
        - *Rapa*.
        - *Faba*.
        - Cicera, piſa.
        - *Inunctiones* calidæ, &c.
- *Aetate*, Nam
  - *Iuuenibus* & adoleſcentibus conuenit moderatus uſus ueneris.
  - *Senibus* nequaquam conuenit.
- *Tempore*
  - *Anni*. Siquidem
    - *Vernum* tempus Veneri aptum eſt,
    - *Autumnus* ſecundum, *Hyems*, tertium, *Aeſtas*, quartum } Locum habet.
  - *Hora*. Nam opportunè Venere uti decet, corpore non pleno aut cibis, aut excrementis, ſed concoctione ciborum iam cōpleta, interueniente ſomno, & excrementis uentris & ueſicæ depoſitis.

# XV. De Euacuatione cibi & ebrietatis.

*Immodica* cibi & potus repletio, cum mala ſit, euacuanda quoq; uenit. Quare immodica repletio.

- *Ciborum* corruptorũ, uenit, tum
  - *Dignoſcenda.* Dignoſcitur autem hæc
    - *Ructibus*
      - *Acidis.*
      - *Nidoroſis.*
    - *Fluctuatione.*
    - *Morſu.*
    - *Grauitate.*
    - *Diſplicentia.*
    - *Inquietudine.*
  - *Curãda:* quod fiet
    - *Prius* uomitione,
    - *Deinde* à uomitu uentris corroboratione cum
      - *Oleo*
        - *Nardino.*
        - *Abſynthino.*
        - *Maſtichino.*
      - *Syrupo*
        - *Menthæ.*
        - *Cotoneorum.*
    - *Poſtea* cibi & potus pauci aſſumptione.
    - *Poſtremò*
      - *Alui* excrementis depoſitis.
      - *Somno.*
- *Vini* corruptionis, ſeu ebrietatis, partim uenit
  - *Præcauenda.* Quoniam
    - *Animæ* & corpori multa affert mala.
    - *Turpe* eſt uirum probũ uino capi, & rerũ diuinarum expertẽ baccho ſeruire.
    - *Rationem* turbat.
    - *Senſum* & intellectum corrumpit.
    - *Libidinoſos* homines reddit.
    - *Furioſos*, *Tremulos*, *Paralyticos*, *Balbos*, *Vertiginoſos* — *Homines* facit.
    - *Apoplexiam* affert.
    - *Oculos* lachrymantes efficit, &c.
  - *Curanda.* Quare utendum
    - *Vomitu:* & aut
      - *Potu* aquę tepidæ.
      - *Digitorum* immiſsione, aut pennæ.
    - *Aqua* frigida, ſi uomitus non ſequatur, & aſſuetus aquæ fuerit.
    - *Somno* longiore.
    - A ſomno cibis boni ſucci, & frigidis, & pauco uino albo diluto, &c.

# De Medicamentorum differentijs, in genere.

*Medicamenta* ſunt, quę naturam noſtram alterare ac mutare poſſunt, & nutrimẽto planè contraria ſunt: ſumuntur partim ab

- *Experientia.*
- *Via* quadam ac ratione: & uel
  - *Subſtantia.* Sic Medicamentorum alia partiũ
    - *Tenuium*, quæ in tenues partes facilè comminuuntur: ut ſunt
      - *Friabilia.*
      - *Mollia* citra uiſcoſitatem.
      - *Aerea.*
      - *Ignea, &c.*
    - *Craſſarum* & ſolidarum, quæ ægrè ac difficulter, aut omnino in tenues partes comminui poſſunt, ut
      - *Terrea.*
      - *Lapidoſa.*
      - *Arenoſa.*
      - *Viſcoſa*, &c.
    - *Denſarum:* ut
      - *Solida*, Cocta.
      - *Compacta.*
      - *Vnita.*
    - *Rararum:* ut
      - *Laxa.*
      - *Fungoſa.*
      - *Soluta, &c.*
    - *Pinguium:* ut
      - *Guminoſa.*
      - *Reſinoſa.*
      - *Mucoſa, &c.*
  - *Accidentibus:* uidelicet
    - *Qualitate,*
      - *Tactili*
        - *Prima.* Vide in ſequentibus I.
        - *Secunda.* Vide in ſequentib. II.
        - *Tertia.* Vide in ſequentibus III.
      - *Guſtatili.* Vide in ſequentibus IIII.
      - *Olfactili* & uiſili. Vide in ſequentibus V.
    - *Quantitate.* Vide in ſequentibus VI.
    - *Tempore.* Vide in ſequentibus VII.
    - *Loco.* Vide in ſequentibus VIII.
    - *Præparatione.* Vide in ſequentibus IX.

**I. Medicamentorum à qualitate tactili prima ſumptorum, alia ſunt**

- *Temperata*: quæ neq; calefaciunt, neq; frigefaciunt, neq; humectant, neq; exiccant.
- Intemperata: & uel
  - *Calidæ* in gradu
    - *Primo*, quæ non euidenter calefaciunt, ſed calorem tantùm innatum augent, non igneum, ideo coctiones & maturationes, & reliquas actiones naturales: ut
      - *Althea.*
      - *Amygd.* dulcia.
      - *Bugloſſum.*
      - *Braſſica.*
      - *Chamæmelum*, &c.
    - *Secundo*, quæ manifeſtè calefaciunt. Hæc rarefaciunt, aperiunt meatus, & attenuant, igneum calorem incipiunt habere: ut
      - *Apium.*
      - *Anethum.*
      - *Arthemiſia.*
      - *Crocus*, &c.
    - *Tertio*, quæ uehementer, non tamen ſummè calefaciunt. Huiuſmodi exiccant, incidunt, attrahunt, inflammant, corpus tabefaciunt & colliquant: ut
      - *Aſarum.*
      - *Aniſum.*
      - *Arum.*
      - *Cuminum.*
      - *Cinnamomum.*
      - *Mentha*, &c.
    - *Quarto*, quæ adeò excalefaciunt, ut eſcharam moliantur, & urant. Hæc ueſicas excitant, rubificant, comburunt, mortificant, extinguunt, ut allium, cepa, euphorbium, tapſia, &c.
  - *Frigida* in gradu
    - *Primo*, quæ parum refrigerant, & calorem innatū minuunt: ut hordeum, atriplex, malua, &c.
    - *Secundo*, quæ euidenter refrigerant, craſſefaciunt, & calorem manifeſtè obtundunt: ut lactuca, blitum, endiuia, cucurbita, &c.
    - *Tertio*, quæ uehementer refrigerant, internos meatus aſtringunt, ſuccum exprimunt naturalem, diſtributionem prohibent, ſtupefactionem ſenſus, plumbeum colorem inducunt: ut camphura, mandragora, portulaca, &c.
    - *Quarto*, quæ congelant, calorem extinguunt, & ut uenena interficiunt: ut cicuta, opium, pauer, &c.
  - *Humidæ*, & uel in gradu
    - *Primo*. Leniunt, lubricant, ut
      - *Bugloſſum.*
      - *Glycyrrhiza.*
      - *Endiuia.*
      - *Malua.*
      - *Saccharum.*
      - *Seſamum*, &c.
    - *Secundo*. Laxant, acredinem humorum obtundunt, craſſioresq; reddunt, membrorum naturalium motum imbecilliorem reddunt: ut
      - *Atriplex.*
      - *Cucurbita.*
      - *Pruna.*
      - *Lactuca.*
      - *Blitum.*
      - *Portulaca.*
      - *Viola*, &c.
    - *Tertio*. Corpus pigrum & torpidum, & actiones omnes manifeſtè obtundunt, elanguent, unde nauſea, uomitus, lienteriæ, &c. ut
      - *Succus* cucumerum.
      - *Succus* cucurbitarum.
      - *Lactucæ* ſuccus.
    - *Quarto*. Venena ſunt: calorem enim, ut aqua ignem extinguunt.
  - *Sicca*, & uel in gradu
    - *Primo*. Corpus & mēbra reddunt firmiora & uegetiora: ut
      - *Braſſica.*
      - *Beta.*
      - *Chamæmelum.*
      - *Crocus.*
      - *Fœniculum.*
      - *Hordeum.*
      - *Faba*, &c.
    - *Secundo*. Manifeſtè aſtringunt, & quaſi ligant eo modo, quo guſtus in acerborum eſu ligatur: ut
      - *Arthemiſia.*
      - *Anethum* uiride.
      - *Balauſtia*, Cotonea.
      - *Plantago*, Lentes.
      - *Maſtix*, &c.
    - *Tertio*. Meatus anguſtiores reddunt, humorum tranſitus intercipiunt, excretiones impediunt, ſuccum è corpore exprimunt, & tabem inducunt: ut
      - *Aſarum*, Acacia.
      - *Anethum* uſtum.
      - *Aloe*, Acetum.
      - *Cuminum*, Piper.
      - *Sal*, &c.
    - *Quarto*. Suffocant, intercipiunt, & mortem afferunt
      - *Allium*, Naſturtium.
      - *Ruta* ſylueſtris.
      - *Sinapi.*

**In horum medicamētorum exploratione, ex Gal. de ſimp. med. fac. conſiderandū eſt**

- *Primò*, an per ſe, uel ex accidente medicamentum tale ſit.
- *Secundò*, ut nulla aliena qualitate ſit affectum, ſed tepidum.
- *Tertiò*, ad quod dicatur medicamentum, quod explorandum uenit, nempe ad naturam humanam, & non ad rerum naturam dici. Debet autem prius explorari in temperatis, deinde intemperatis, poſtremò ægrotis.
- *Quartò*, num ſimplex uel miſtū ſit. Nam medicamentū, quod in iudicium uenit, non miſtū ſed ſimplex eſſe oportet, Vel ita miſtū eſſe oprtet, ut id, cui miſcetur, nullius diuerſi temperamenti ſit, ut in aqua & cerato.

II.
*Medicamentorum* differentiæ à ſecundis qualitatibus ſumptæ, uarios ſortiuntur effectus. Nam horum medicamentorũ alia habent facultatem

- *Emolliendi*, quæ facultas prouenit ex calore & ſiccitate modica, uidelicet calore ſecundi gradus, & interdum tertij. Præterea & his illinendi uis (emplaſticam uocant) ineſſe oportet: ex quorum numero ſunt.
  - *Adeps*
    - *Caprinus.*
    - *Gallinarum.*
    - *Anſerinus.*
    - *Hircinus.*
    - *Taurinus.*
  - *Althea.*
  - *Ammoniacum.*
  - *Atriplex.*
  - *Bdellium* Scythicum.
  - *Cera.*
  - *Crocus.*
  - *Cupreſſus.*
  - *Fœnum* Græcum.
  - *Galbanum.*
  - *Ladanum.*
  - *Linum.*
  - *Laurus.*
  - *Lilium.*
  - *Maſtix.*
  - *Malua.*
  - *Medulla*
    - *Ceruina.*
    - *Vitulina.*
  - *Oppoponax.*
  - *Oleum*
    - *Sycionium.*
    - *Suſinum.*
  - *Radix* cucum. agreſtis.
  - *Pix* arida.
  - *Styrax*, &c.
- *Indurandi*, quæ conſtat ex frigore & humore, uidelicet ſecundi uel tertij gradus, humiditate uerò primi, ut
  - *Semperuiuum.*
  - *Portulaca.*
  - *Pſillum.*
  - *Lenticula* paluſtris.
  - *Solanum*, &c.
- *Laxandi.* Horum tot ſpecies ſunt, quot tenſionum. Nam cùm tenſio fiat uel exiccatione, uel refrigeratione, uel phlegmone, uel ſcirrho, quædam laxant uel
  - *Humectando.*
  - *Calefaciendo.*
  - *Emolliendo.*
  - *Purgando* tumores.
  - *Per* coniugationem horum quampiam.
- *Extergendi*: gignitur ex calore & partium craſſitudine. Huius generis ſunt amara, & dulcia quædam, partium tenuium, ut
  - *Fabæ*, *Hordeum*, *Mel* — Tantum extergunt.
  - *Eruum*, *Lupini*, *Iris*, *Scilla*, *Vrticæ ſemen* — Extergunt, & meatus ſimul expurgãt.
- *Farctu* liberandi, uel poros intrinſecus purgandi. Huiuſmodi ſunt amara & nitroſa omnia, ſiue aſtringant ſiue non. Aſtringentia enim ſunt utiliora. Quoniam partes quoque corroborant, ut ſunt
  - *Abſynthium*, *Amygdalæ* amaræ, *Aſarum*, *Abrotanum*, *Carpeſium*, *Cubebæ*, *Cort.* capp., *Rad.* tamar., *Scolopend.*, *Seriphon*, *Semen* urticæ — Hæc meatus pulmonis, iecoris, lienis, expurgant, iecinoris quidem per ſe, lienis addito aceto, pulmonis mellicrato uel dulcium aliquo.
  - *Iris*, *Nitrum*, *Nitri* ſpuma, *Scillæ* — Hæc intus & extrà purgant, incidunt craſſosq; & lentos humores.
- *Rareſaciendi.* Vide in ſequentibus, ſignum ☙

Medicamẽtorum à ſecundis qualitatibus ſumptorum alia facultatẽ habent

- *Rareſaciendi*, quæ ex calore & ſiccitate cum ſubſtantia tenui, oritur. Hæc cutis meatus reſerant: ut
  - *Althea.*
  - *Anethum.*
  - *Adiantum.*
  - *Abrotonum.*
  - *Chamæmelum.*
  - *Fœnum* græcum.
  - *Farina*
    - *Hordei.*
    - *Erui.*
    - *Tritici.*
  - *Lini* ſemen.
  - *Mercurialis.*
  - *Melilotum.*
  - *Oleum*
    - Chamomelinum.
    - *Vetus.*
    - Cicininum.
    - *Raphaninum.*
    - *Ex* agr. cucum.
    - *Ex* althea, &c.
- *Condenſandi*, quæ ex frigore aqueo originem habent: ut
  - *Lenticula* paluſtris.
  - *Pſillium.*
  - *Portulaca.*
  - *Semperuiuum.*
  - *Tribulus* uiridis, &c.
- *Aperiendi*, ora uaſorum aperiunt: Anaſtomatica dicuntur. Oritur facultas hæc à calore partium craſsitie, cuiuſmodi ſunt acria & mordacia: ut
  - *Allia.*
  - *Cepe.*
  - *Ciclaminus.*
  - *Fel* taurinum.
  - *Oleum*
    - *Irinum.*
    - *Amaracinum.*
  - *Vnguentorum* omnium ſubſidentiæ, &c.
- *Claudendi* ſeu obſtruendi: gignuntur ex ſicca & cogente materia, & ferè omnia ſunt frigida & partium craſſarum: ut
  - *Acetum*, Alumen, Aloe, Aerugo, Abſynthium.
  - *Balauſtia*, Bolus Armenica.
  - *Calchantum*, Cadmia, Corallium.
  - *Hematites*, Myrthus.
  - *Oxalis*, Plantago, Roſæ.
  - *Sanguis* draconis.
  - *Terra* Lemnia, &c.
- *Adurendi* ſeu colliquandi, ex uehementi calore & craſsitudine ſubſtantiæ gignitur. Horum alia uim habent
  - *Eſcharoticam*, id eſt cruſtam inducendi: oriuntur ex calida & deurente materia.
  - *Septicam*, id eſt putrefaciendi. Huiuſmodi liquẽt, colliquãt, potiſsimùm carnem tenellam, idq́; abſque dolore: ut
    - *Arſenicum.*
    - *Aconitum.*
    - *Chryſocolla.*
    - *Driopteris.*
    - *Pityocampe.*
    - *Sandaraca.*
  - *Cathæreticam*, id eſt detrahendi carnis excreſcentias: oriuntur ex calida, ſicca, tenuiumq́; partium ſubſtantia. Hæc eiuſdem genere facultatis, ſepties ſcilicet ſunt, uerũm tantulo imbecilliores, quòd extimam modò ſuperficiem, quam contigerint, detrahant, nõ tamen in altum ſubire ualeant, uelut Aſiæ petræ flos, quanquam non ſint reuera facultatis cicatricem inducentis, cum aliquid detrahant.
- *Repellendi*, ex frigore & partium craſsitudine originem ducunt.
- *Attrahendi*, quę ex calore & tenuitate partium gignuntur: atq; eorum alia attrahunt per
  - *Se*: & uel
    - *Familiaritate* qualitatis, ſeu totius ſubſtantiæ ſimilitudine: ut ſunt medicamenta purgantia.
    - *Quouis* modo, & nõ familiaritate qualitatis: ut
      - *Thapſia.*
      - *Dictamnus.*
      - *Cyrenaicus* ſuccus.
      - *Propoleos.*
      - *Sagapeni*, &c.
  - *Accidens*. Huiuſmodi ex putreſcente aceſcenteque generationem ſortiuntur: ut
    - *Fermentum.*
    - *Pſoricum.*
    - *Stercus* columbarum.
    - *Stercus*
      - *Anſerinum.*
      - *Gallinarum.*
      - *Crocodilorum* terreſtrium, &c.

**III. *Medicamētorum* differentiæ à qualitatib. tertijs ſumptæ: quorũ alia facultatē habent**

- *Pus* mouendi. Hæc calida & humida ſunt, ut corpus id, in quo pus moueri debet, neque humectent, neq; exiccent, neq; excalfaciant, neq; frigefaciant: ſed tantũ ſubſtantia caloris noſtri augeāt: proinde, uim quoq; emplaſticā ut habeant neceſſe eſt, quo caloris ſubſtantię effluxus prohibeatur. Sunt autem huiuſmodi,
  - Hæc pus mouent in maximè ardentibus inflammationibus:
    - *Panis* debiliter coctus cum aqua & pauculo oleo, emplaſtratus.
    - *Adeps* ſuillus.
    - *Adeps* uitulinus.
    - *Cera* cum oleo aliquo calido liquata.
    - *Farina* triticea.
    - *Pix* cum oleo roſaceo ſubacta.
    - *Reſina* cum oleo roſaceo ſubacta.
  - Pus mouent in minus calidis inflammationibus:
    - *Adeps* gallinaceorum
    - *Adeps* ſuillus.
    - *Panis* mediocriter coctus, & cum hydreleo emplaſtratus.
  - In minus adhuc calidis inflammationibus pus mouent:
    - *Adeps*
      - *Taurinus.*
      - *Caprinus.*
      - *Anſerinus.*
    - *Panis* plurimum coctus, ſalitus, frumentatus, cum oleo & paucula aqua emplaſtratus.
    - *Reſina* / *Pix* — Cum oleo ſycionio, uel raphanino liquata.
- *Menſes* prouocandi: ex uehementer calida tenuiq; ſubſtantia gignitur hæc qualitas, ſed non admodum ſicca, ita ut ſecundi uel tertij quodammodo calida ſint, ſicca uerò primi, uel etiam ſecundi: de his Gal. cap. 12. lib. 5. de *Simp. med. Menſes* mouentia urinam etiam ciunt, ſed inter ſe differũt, quòd menſes mouentia non tam ualenter deſiccent, ut uretica. Verùm uretica ad menſes prouocandas, atq; ad lac generandum minimè apta ſunt, utpote nimium deſiccantia: proinde propriè hæc dicuntur uretica:
  - *Artemiſia.*
  - *Abſynthium.*
  - *Aniſum.*
  - *Acorum.*
  - *Amomum.*
  - *Caſtorium.*
  - *Cicer.*
  - *Centaurium* maius.
  - *Calamintha.*
  - *Gnigulium.*
  - *Meliſſa.*
  - *Marrubium.*
  - *Myrrha.*
  - *Origanum.*
  - *Opopanax.*
  - *Pulegium.*
  - *Petroſelinum.*
  - *Ruſcus.*
  - *Ruta.*
  - *Radix* rubiæ tinct.
  - *Sabina.*
  - *Saluia.*
  - *Seſeli.*
  - *Serpillum*, &c.
- *Calculum* renum minuendi. Hæc ualenter incidere oportet, abſq; tamen ſiccitate: ut
  - *Abregna* lachryma.
  - *Carpeſium.*
  - *Cyperum.*
  - *Cortex* radicis lauri, &c.
- *Cicatricem* inducendi, epulotica dicta: ex frigida & aſtringente fit ſubſtantia. Hæc omne ulcus planum claudere ualent, proinde ut contrahant, conſtringant, conſtipent, denſent, ſiccent, & calli inſtar indurēt neceſſe eſt: quorum alia inducunt cicatricem
  - *Per accidens*, ut cathæreticorum aliqua, ſiquidem in parua ſumantur quantitate: ut
    - *Diphriget.*
    - *Oſtreum.*
    - *Lythargirus.*
    - *Myrrha.*
  - *Per ſe*, & uera epulotica appellantur: ut
    - *Aloe.*
    - *Alumen.*
    - *Amylum.*
    - *Ariſtolochia.*
    - *Anagallis.*
    - *Bolus* Armenica.
    - *Balauſtia.*
    - *Bdellium.*
    - *Corallium.*
    - *Cadmia.*
    - *Aes* uſtum.
    - *Glans.*
    - *Myrtus.*
    - *Plantago.*
    - *Pumex.*
    - *Plumbum* elotum.
    - *Papyrus* uſta.
    - *Putamina* mali granati ſicca.
    - *Thus*, &c.
- *Carnem*. Vide in ſequentibus ſignum ✠✠.

✠✠. Mi.

**. *Medicamẽtorum* à qualitatibus tertijs ſumptorũ, alia habent facultatem

- *Carnem* generandi, id eſt cauitates implendi. Gignitur hæc facultas ex materia detergente,& ſiccante in primo receſſu à medio. Hæc citra morſum mediocriter abſtergere debent: ut
  - *Abiegna* lacryma.
  - *Fuligo* thuris.
  - *Iris.*
  - *Lentiſcus.*
  - *Myrrha.*
  - *Pix* arida.
  - *Reſina* terebinth.
  - *Styrax*, Thus,&c.
- *Dolorem* ſedandi, quæ anodina uocantur. Naſcitur ex calore & eſſentiæ tenuitate, uidelicet calore primi ordinis: ut
  - *Anethum.*
  - *Abſynthium*
  - *Atriplex.*
  - *Chamæmelum.*
  - *Caſtorium.*
  - *Cuminum.*
  - *Fœnum* græcum.
  - *Linum.*
  - *Libyſticum.*
  - *Lupus* ſaliſtarius.
  - *Milium.*
  - *Opopanax.*
  - *Panicum.*
  - *Peucedanum.*
  - *Ruta.*
  - *Siſymbrium.*
  - *Vitellum* oui,&c,
- *Lac* generandi. Hic ſanguinem contemplari oportet, num ſcilicet in
  - *Quantitate* ſit paucior, quàm conuenit. Hic quidem uictus ratione augebitur, maximè calida & humida, boniq; ſucci. Nam quæcunque plus quàm expediat, calefaciunt, quæq; deſiccant aut refrigerant, partim qualitatem ipſius ſanguinis uitiantia, partim ipſum minorem reddentia, lac prouenire prohibent.
  - *Qualitate* deterior, atque uel
    - *Bilioſior.* Hic primò purgationem deſiderat, mox uictum calfacientem & humectantem, ut diximus.
    - *Pituitoſior.* Hic requirit uel
      - *Medicamenta* ſola, quæ primo uel ſecundo ordine calefaciunt, non tamen deſiccãt. Huiuſmodi debiliora ſunt.
      - *Medicamenta* & nutrimenta ſimul, quæ modicè calida eſſe debent,& minimè craſſa, ut Eruca, Fœniculum, Anethum, maximè cũ adhuc uirentia humidaq; ſunt, Smirnium, Apium, Sion, Polium, omnia quidem uirentia. Hæc potentiora ſunt.
- *Tuſſim*
  - *Prouocandi.* Naturam habent extenuandi acrem & mordacem. Nam quicquid mordax ac acre eſt, ad tuſſim impetum prouocat. Proinde calida, tenuiumq; partium ut ſint, neceſſe eſt.
  - *Sedandi.* Naturam habent incraſſandi. Proinde frigida,& craſſarum partium ut ſint, neceſſe eſt, Frigore enim cogit,& ſubſtantiæ ſuæ craſsitudine incraſſat.
- *Semen*
  - *Generandi*, quæ facultas ex tota familiari, & mediocriter calida ſubſtantia naſcitur. Horum alia ſunt
    - *Cibi* bene nutrientes, flatuoſi, totiſq; ſubſtantijs familiares: ut
      - *Cicera.*
      - *Conus.*
      - *Bulbi.*
      - *Fabæ.*
      - *Polypedes.*
      - *Terebinthini* fructus.
    - *Medicamenta*: ut
      - *Scincus.*
      - *Satyrum.*
    - Cibi & medicamenta ſimul, quæ calida, ſimulque flatuoſa ſunt, ut
      - *Eruca.*
      - *Fraxini* ſemen.
      - *Lini* ſemen.
  - *Extinguendi*: ex frigida, ſicca, totaq; ſubſtantia aduerſa gignitur: ut
    - *Nymphæa.*
    - *Ruta*, etiamſi calida ſit, tamen ſua ſiccitate prohibet.
  - *Prouocandi*: ex calida non exiccante,& flatuoſa oritur ſubſtantia.
  - *Supprimendi*: ex frigida cogente & incraſſante ſubſtantia prouenit: ut
    - *Atriplex.*
    - *Blitum.*
    - *Cucurbita.*
    - *Cucumeres.*
    - *Lactuca.*
    - *Mora.*
    - *Melopepones.*
    - *Pepones.*

IIII. *Medicamẽtorum* differentiæ ſumuntur etiam à qualitate guſtatili: nempe Saporibus. Sic medicamenta aut

- *Calida*
  - *Valde*, atq; partium
    - *Craſſarũ* & ſiccarũ ſiue terrearum, ſunt
      - *Amara*: quę
        - *Humorum* craſsitiem incidunt & attenuant.
        - *Abſtergunt.*
        - *Expurgant.*
        - *Menſes* mouent.
        - *Pus* ex thorace & pectore eijciunt.
      - *Nitroſa*, minus calida quàm amara ſunt. Hæc
        - *Erodunt.*
        - *Carnem* colliquant.
      - *Salſa*, minus calida quàm nitroſa
        - Contrahunt.
        - *Conſtringunt.*
        - *Condiendo* ſeruant.
        - *Digerunt.*
        - *Siccant* citra manifeſtam caliditatem.
    - *Tenuium* & humidarũ: ſunt acria, quæ naturæ aduerſantur
      - *Tota* ſubſtantia: ut
        - *Sandaraca.*
        - *Auripigmentum*, &c.
      - *Immoderatione* caloris: quæ ſi fuerint ſubſtantiæ
        - *Craſsioris*, erodũt atq; exedunt: ut
          - *Arſenicum.*
          - *Hydrargyros.*
        - *Tenuioris.* Hæc
          - *Craſſos* humores incidunt.
          - *Sudores*, urinas & menſes mouent.
          - *Humores*, flatus & uapores digerũt & diſcutiunt.
  - *Mediocriter*: atq; partiũ
    - *Craſſarum* ſiue terrearum: ſunt dulcia, qualia ſunt caſtaneæ.
    - *Humidarum*: & eiuſmodi humiditas uel eſt
      - *Aquea*: ſunt mediocriter dulcia.
      - *Aerea*: ſunt pinguia, quæ
        - *Humectant.*
        - *Emolliunt.*
        - *Laxant*, &c.
      - *Aquea* & aerea ſimul, ut quæ inter pinguia & dulcia media ſunt.
    - *Humidarum* & craſſarum æqualiter ſimul: ſunt dulcia magis & minus, pro uehementia & uiribus, quas in ſubiectum exercent, humidum & ſiccum melius & deterius permiſcentia: ita tamen, ut neq; humores reſoluant, neq; ſiccas partes aduiant. *Hæc* concoquunt, laxant, rarefaciunt, &c.
- *Frigida*, atq; partium
  - *Craſſarum* & terrearum
    - *Magis*: ſunt acerba.
    - *Minus*: ſunt auſtera.
    - Hæc
      - *Contrahunt.*
      - *Conſtringunt.*
      - *Denſant.*
      - *Repellunt.*
      - *Incraſſant.*
      - *Refrigerant.*
      - *Exiccant.*
  - *Subtilium* & aquoſarum: ſunt acida, quæ
    - *Incidunt.*
    - *Extenuant.*
    - *Diuidunt.*
    - *Farctu* liberant.
    - *Mordent*, &c.

V. *Medicamentorum* differentiæ ſumuntur quoq; ab

- *Odoratu.* Ab hoc non tutum eſt conijcere de medicamentorum facultatibus propter inæqualitatem ſubſtantiæ, quòd ſint diſsimilares: proinde non æquè eius partes euaporant, ac perinde ſenſum mouent, niſi partes aqueæ à calore in uaporem reſolutæ.
- *Viſu.* Ab hoc adhuc minus tutum eſt de medicamentorum facultatibus ſumere indicium, quòd in ſingulis coloribus, calida, frigigida, humida, ſicca reperiantur.

**VI.** Medicamentorum differentiæ ſumuntur etiam à quantitate, uidelicet

- *Magnitudine* uel altitudine. Sic medicamentorum alia alta
  - *Digitum*,
  - *Palmum*.
  - *Pedem*.
  - *Cubitum*, &c.
- *Menſura*. Sic medicamentorum alia menſurantur
  - *Cochleari*: eſt minima pars omnium menſurarum.
  - *Conchula*, quæ ponderatur drachma una cum dimidia.
  - *Ciatho*, qui ponderatur drachmis decem, aut cochlearijs uiginti.
  - *Acetabulo*, qui eſt quarta pars heminæ, ponderatur drachmis 24, aut cochlearijs 48.
  - *Hemina* ponderatur ℔ 1.
  - *Sextario*, ponderatur ℔ 2.
  - *Congio*, ponderatur ſextarijs ſex.
  - *Modio*, capit ſextaria 22, quæ ſunt ℔.14.
  - *Amphora*, capit uini & aquæ pedem quadratum, frumenti uerò Italicos modios tres, &c.
- *Ponderes* atq; uel ipſius
  - *Nominis*. Sic
    - *Græcorum*: ut
      - *Granum* hordei: huius nota eſt g.
      - *Siliqua*, quæ Græcis *κεράτιον* uocatur, octo lentis ſeminibus reſpondet. eſt tertia pars oboli.
      - *Obulus*, qui pendet ſiliquas tres: cuius nota eſt ∽.
      - *Scrupulus* (cuius nota eſt ℈.) qui Græcis *γράμμα* dicitur, habet obulos duos.
      - *Drachma* (cuius nota eſt ʒ.) ſcrupulos tres conſtituit.
      - *Vncia* (nota ℥.) octo drachmas conſtituit.
      - *Quadrans* (nota q̄d.) pondus exiſtit trium unciarum.
      - *Triens*, pondus eſt quatuor unciarum.
      - *Sextans*, duarum unciarum pondus eſt.
      - *Libra* ſemis (nota eſt ℔ S.) ſex uncias conſtituit.
      - *Libra* (nota ℔.j.) quæ etiam pondo dicitur, in duodecim uncias diuiditur.
    - *Arabum*: ut
      - *Manipulus*, eſt herbarum faſciculus, qui manu deprehendi & complecti poteſt, cuius nota eſt M.
      - *Pugillus*, quantum compreſsis digitis capi poteſt, huius nota eſt P.
      - *Aureus*, eſt drachma una cum dimidia
      - *Kirath*, pondus trium granorum.
      - *Danic*, pondus ſex granorum, &c.
  - *Rei*. Sic pondus medicamentorum
    - *Simplicium*
      - *Radicum* in
        - *Balneis*, manipulis multis menſurantur.
        - *Clyſteribus*, fomentis, ℥.ij. pro uno clyſtere ſufficiunt.
        - *Syrupis*, decoctis ab ℥.j. uſq; ad ℥.ij. uel ℥.iij. uel ℥ iiij. Pro una uerò doſi à ʒ.iij. ad ℥.S. uel ℥.j.
      - *Herbarum* in
        - *Balneis*, lauacris, manipulis pluribus.
        - *Clyſteribus*, decoctis à M.S. uſq; ad M.ij. uel iij.
        - *Pulueribus* à ʒ j. uſq; ad ℥ S. uel ℥.j.
      - *Florum* in
        - *Antidotis*, pulueribus, unguentis à ℈ j. ad ℥.ij.
        - *Syrupis*, decoctis à P.S. ad P.ij. uel P.iij. uel P.iiij.
      - *Fructuum*
        - *Maiorum*, numero menſurantur.
        - *Minorum* à ʒ.j. uſq; ad ℥.j.
      - *Seminum* in
        - *Balneis*, fotibus, clyſteribus ab ℥.j. ad plures.
        - *Decoctionibus*, à ʒ.S. ad ʒ.ij. uel ʒ.iij. uel ʒ.iiij.
      - *Lignorum*, corticum
        - *Nobilium* ab ℈.j. ad ʒ.iij. uel ℥.S.
        - *Ignobilium* ab ℥.j. ad ℔.j.
    - *Compoſitorum*
      - *Pilularum* à ℈.j. ad ʒ j. uel ad ſummum ʒ.ij.
      - *Electuariorum* ſolutiuorum à ʒ ij. ad ℥.S. uel ʒ.vj.
      - *Syruporum*
        - *Laxantium* ab ℥ j. ad ℥.iiij.
        - *Alterantium* ab ℥.j. ad ℥.ij.
      - *Puluerum* à ℈.j. ad ʒ.j.
      - *Trochiſcorum* à ʒ S. ad ʒ.j.
      - *Eclegmatum* ab ℥.iiij. ad ℥.vj.
      - *Clyſterum* ab ℥.x. ad ℔.j. uel ad ſummum ℔.j.S.
- *Numero*. Sic medicamentorum alia
  - *Simplicia*.
  - *Compoſita*, &c. quæ ex pluribus componuntur medicamentis.

**VII. Medicamentorum differētiæ ſumuntur etiam à tempore**

- **Collectionis. Sic colliguntur**
  - *Herbæ* ſerena ac ſicca cœli conſtitutione, atq; tempore meridiano, non nubibus, non imbribus infeſtæ, cùm primum floribus ornantur, &c. exceptis ijs, quæ tum in medicinæ uſu, tum in cibis, tum etiam in obſoniorum condimentis quotidie uirentes uſurpantur.
  - *Flores* eo tempore, quo magis ſuo in uigore conſiſtunt, ac tempore meridiano, rore abſumpto, nō autem cum iam flaceſcentes decidui euaneſcant: exceptis capparum, & roſarū floribus, qui decerpendi antequam planè explicati fuerint.
  - *Fructus* probè maturi, niſi data opera immaturi expetantur.
  - *Semina*, priuſquam defluant, & ubi ſiccari cœperint herbę. Fructuum uerò ſemina, cum fructus, à quibus eximuntur, ſuam maturitatem planè ſenſerint.
  - *Radices* uere, aut æſtatis initio, nempe ante florū & cauliū & ſeminū pductionē, & poſt primorū foliorū eruptionē. Hortenſium uerò radices, & plerarumq; alimentoſarū quouis anni tempore legi poſſunt.
  - *Cortices* à fructibus, quo tempore maximè maturi ſunt: à radicibus uerò & arboribus, uerno tempore.
  - *Ligna*, cum arbores in uigore ſunt.
  - *Succi*
    - *Radicum* in uere, cum primùm folia emergunt.
    - *Foliorum* ſeu herbarum, antequam ſtirpes flores edant, & earum caules lignoſi fiant.
    - *Fructuum*, cum ipſi ultimam maturitatem ſenſerint, exceptis omphacio, acacia, & ſimilibus.
  - *Gummi*, cum ex plantis diſtillant.
  - *Animalia*, cum uiua & ſana ſunt.
  - *Partes* animalium, eo tempore, quo ipſa animalia integra, ſana, & boni habitus, & mediæ ætatis ſunt.
  - *Adipes*, autumno, ex animalibus florentibus.
  - *Medullæ*, æſtatis exitu, hyemis initio.
  - *Metalla* & lapides, de quibus in particulari tractatione, &c.
- **Durationis. Sic durant**
  - *Herbæ* minus quàm radices: proinde quotannis mutandæ ueniunt.
  - *Flores* in uniuerſum ſicci ad annum duntaxat, uel quandiu coloris & odoris gratiam retinent.
  - *Fructus* recentes maiori ex parte per annum: ſiccati uerò diutius aſſeruantur.
  - *Semina*, etſi eorum multa reperiantur, quæ ad annum ultra uires ſuas aſſeruentur, ea tamen quotannis renouare ſatius eſt.
  - *Radices*
    - *Virides* in cāpis, quædā
      - *Per* menſes ſex: ut
        - *Borraginis.*
        - *Frumentaceorum*, &c.
      - *Per* annum, quæ ſingulis annis radicitùs intereunt: ut
        - *Dauci.*
        - *Paſtinacæ*, &c.
      - *Perpetuò*: ut
        - *Oſmundæ.*
        - *Aſparagi.*
        - *Fœniculi.*
        - *Thapſiæ.*
      - *Mediæ* inter annuas & perpetuas: ut
        - *Angelicæ.*
        - *Smirnij*, &c.
    - *Siccæ*, tot annis, quot ab inanitate, teredine & tabe uindicari ualeant.
  - *Cortices*, quouſq; nec ſitu, nec teredine offendantur.
  - *Succi*
    - *Humidi* ad annum, proinde ſingulis annis mutandi.
    - *Sicci*, ad duos annos.
  - *Gummi diu, modò non in humido putridoq; loco ponantur.*
  - *Animalia* pauca integra. Sicciora, ut cantharides, nō difficulter cuſtodiūtur. Humidiora uerò & pinguiora facilè corrumpuntur, putreſcunt, & uermes generant, unde abſynthium & ſimilia illis adduntur.
  - *Partes* animalium pleræq; durant annum, quædam citius corrumpuntur, quare quotannis mutandæ ſunt.
  - *Adipes* recentes & abſq; ſale, non ultra annum.
  - *Medullæ* non ultra annum.
  - *Metalla*, lapides, & ſimilia uariè: de quibus uide in particularibus.

**VIII. Medicamentorum differentiæ ſumuntur etiam à loco**

- **Collectionis. Sic colligūtur**
  - *Herbæ* ex locis cliuoſis, uentis expoſitis & perflatis, frigidisq;, & aquis carentibus: in his enim locis uires corū longè ualidiores ſunt. Contrà quæ in cāpeſtribus, riguis & opacis, cæterisq; locis à uentorū ictibus enaſcūtur, plerumq; degenerāt, & minus uiribus ualēt. Verùm ſi ex campeſtribus locis herbę colligēdę ſint, ex ſiccioribus, & nō aquoſis, exceptis nymphea, lēticula & tribulo, &c. colligātur.
  - *Flores*, ex locis maximè opportunis.
  - *Radices* ex eiſdem, quibus herbæ, locis.
  - *Fructus*, ex loco, ubi perfectiores plantæ habentur.
  - *Semina*, ubi eorum plantæ excellentiores reperiuntur.
  - *Cortices* / *Gummi*: *Ex locis maximè conuenientibus.*
- **Siccationis. Sic ſiccantur probè**
  - *Herbæ* in loco ſuperiore ædiū perflatili, ſtrato aſſeribus dolabro leuigatis. Impendente tempeſtate aliqua, feneſtræ maturè claudēdę ſunt. Cauēdū etiā ne felib. pateat acceſſus, q̄ herbas cōmingere ſolēt.
  - *Flores* in locis temperatis, quo tempore ſæpius reuoluantur, ne ſitum contrahant, adhibita etiam cura, ne ſicci natiuum colorem deperdant.
  - *Radices*, in umbra, ubi orientales uenti reſpondēt. Quòd ſi ex eis fuerint, quę natura craſſæ ſunt, ut gentianæ, holenij, &c. & aer ſit nubilus, & hyems, in ſole ac uento tutò ſiccantur. Quod cōmodius fieri poteſt, ſi fruſtatim diſſectæ ita tenui funiculo traijciantur, ut partes ſe non contingant.
  - *Fructus*, in ſole, uel in clybano, ubi in ſole id fieri nequit.
  - *Semina*, ut herbæ.
  - *Cortices*, ut radices.
  - *Animalia* & eorum partes, in ſole aut clybano.
  - *Succi* in ſole, aut in clybano ſeu furno, uel ad ignem coquendo inſpiſſantur.
- **Repoſitionis.** Vide in ſequentibus, ſub ſigno **

** *Medicamentorum* differentiæ ſumũtur à loco repoſitionis, ſeu conſeruationis. Sic reponuntur commodè

- *Herbæ* ſiccatæ, decuſſo puluere, in ſacculis ex corio, uel lineo non compreſſo: uel ligneis capſulis, ac diligenter claudantur, ne earum uires euaneſcant.
- *Flores* in ligneis arculis, optimè incluſi: uel in uaſis uitreis optimè obturatis.
- *Radices* ijs in locis, ad quæ ſolares radij non penetrent, neq; fumo pateat aditus, & quæ neq; uliginoſa ſint, neq; puluerulenta. Sit igitur locus eminens & ſiccus, ad Septentrionem uergens, uel etiam ad meridionalem plagam, cum ſcilicet ipſæ non prorſus exiccatæ reconderentur.
- *Semina* in arculis ligneis, uel uitreis, in loco ſicco.
- *Fructus*
  - *Siccati* in capſulis ligneis potius, quàm ſaccis, ne extraneos humores concipiant.
  - *Recentes*, in locis ſiccis, minimè aſperginem redolentibus: aut ſuper paleas expandantur: aut hordeo, uel milio ſepeliantur, ut Medica & Aurantia mala.
- *Cortices*, arculis ligneis.
- *Succi* in uaſis uitreis, anguſti oris, ſuperfuſo oleo digiti craſsitudine, aut ſale inſperſo, prius ad ignem paululum feruefacti, moxq; diligenter defæcati.
- *Gummi*, in loco ſicco.
- *Animalia*, in uaſis fictilibus, uitreatis, optimè obturatis, in loco ſicciore, non calido.
- *Partes* animalium ſiccatæ, in arculis ligneis, loco ſicco.
- *Adipes* loco ſicco, ad Aquilones ſpectante, ſiue figulinis uaſculis uitreatis, folijs lauri uel nucum ſiccis conuolutæ & obturatæ. Vel lotæ, atq; liquatæ ad ignem, deinde colatæ, & in uaſis fictilibus ſeruatæ, in loco frigido.
- *Medullæ*, eodem modo, quo adipes, &c.

IX. *Medicamentorum* differentiæ ſumuntur etiã à præparatione, eaq; facta modo uel

- *Craſſo*: ex quorum genere ſunt
  - *Repurgatio* ſiue mundificatio. Sic purgantur
    - *Herbæ* à puluere uel luto, ex pluuijs aſperſo, manibus excutiendo. Maiores uerò & uulgares herbæ à ſtipitibus ſurculisq; durioribus, & partibus lignoſis, atq; corruptis.
    - *Flores* à pediculis, ſurculis, circumhærentibus folijs, unguibus, &c.
    - *Radices* primùm à terra, & omnibus ſordibus. & ſi quid computruit, aut corruptũ eſt, cultello abraditur aut amputatur. Quòd ſi terræ nimis tenaciter adhæreſcat, abluuntur. Porrò lignea matrix, quæ omnibus radicibus ferè includitur, ipſis in longum ſciſsis, integra eximitur. Quòd ſi eximi facilè non poſsit, piſtillo radices tunduntur, & pulſantur à ſummo uſq; ad imum.
    - *Fructus* à corticibus, ſeminibus, & parte lignoſa, &c.
    - *Semina* à ſuis corticibus (ſi magna fuerint, ut fabæ, melonũ, &c.) paleis, feſtucis, pediculis lapillis, &c. mouendo hinc inde & inflando, ut quod leue eſt, & puluerulentũ, in aerem diſsipetur. Sunt aũt ſemina manibus prius fricanda, ut quod leuiter hæret & alienum eſt, tollatur. lapilli & arenæ propter grauitatem ipſorum in fundo colliguntur. Semina maiora & rotunda, in tabulam inclinatã & leuiter manu pulſam, in uas ſubiectum, relictis lapillis deuoluuntur, &c.
  - *Infuſio*, in qua conſideranda ſunt, humor, cui infundũtur medicantia, quãtitas, qualitas, & tẽpus. Sic infundũtur
    - *Radices*, fructus, ligna, cortices, ſucci, & tempore hyberno, primùm contuſa & confracta in aqua tepida aut calida per uigintiquatuor horas: aut ſupra cineres, aut ſupra fornacem, aut in uaſe calido, aut ad ſolem, aut loco calido, &c.
    - *Herbæ*, flores, aut fructus recentes & æſtiuo tempore, in humore frigido per duodecim horas.
    - *Medicamenta* purgantia, ut Agaricum, Myrobalani, &c. confracta prius, in liquore aliquo, hyeme horis duodecim, æſtate ſex.
  - *Diſſolutio*. Sic diſſoluuntur
    - *Gummi*: ut *Galbanum*, *Ammoniacum*, *Opopanax*, &c. — *In* uino, uel aceto, deinde ad ignem ponuntur.
    - *Metalla* quędã in
      - *Aqua*, uel uino uel aceto, prius puluerizata: ut *Vitriolum*. *Miſy*. *Chalcitis*, &c.
      - *Aceto*: ut *Scoria* ferri. *Flos* æris, &c.
      - *Aqua*, uino, oleo aut aceto: ut Lithargyrum.
    - *Margarita*, *Coralli* — *In* ſucco limonum.
    - *Opium*, in aqua aut ſucco aliquo, &c.
  - *Liquefactio*. Sic alia liquantur
    - *Ad* ſolem —, *Calore* *Moderato* — ut *Pinguedines*. *Medulla*. *Oleum* concretum, &c.
    - *Calore* *Maiori*: ut *Cera*. *Pix*. *Gummi*, &c.
  - *Mollitio*. Molliora fiunt medicamenta aut
    - *Calore* leui.
    - *Humore* aliquo addito.
  - *Duratio*. Vide in ſequentibus, ſub ſigno ※
- *Subtili*. Vide in ſequentibus, ſub ſigno A.

※ Medi-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0225-7
DFG

**Medicamentorum differentiæ, à præparatione craſſo modo facta, ſumptæ, ſunt**

- *Duratio.* Indurantur medicamenta aut
  - *Frigore.*
  - *Sicco* aliquo addito.
- *Calefactio.* Calefiunt medicamenta aut
  - *Igne*, Sole, Fimo.
  - *Aqua* calida.
  - *Vapore* aquæ calidæ.
  - *Lapide* / *Ferro* — *Calefacto.*
- *Coctio.* Coquuntur medicamenta ex aqua, uel ſero, uel lacte, uel uino, uel aceto, uel quouis liquore: & uel
  - *Multum*, diuq́;, ut
    - *Fructus*, Cortices
    - *Ligna*, Radices
    - *Semina*
    - *Omniaq́;* ſicca.
    - — *Hæc* namque tardius tenereſcunt, intumeſcunt, &c.
  - *Parum:* ut
    - *Herbæ*
    - *Flores*
    - *Recentia* omnia.
    - — *Hæc* enim citius tenereſcunt.
  - *Mediocriter*, quæ medio modo ſe habent.
- *Aſſatio.* Aſſantur medicamenta humida, ut carnes, fructus, radices, &c. aut
  - *Ad* ignem.
  - *In* ueru.
  - *In* clybano, &c.
- *Frixo.* Friguntur medicamenta in oleo, uel pinguedine aliqua, in ſartagine.
- *Vſtio.* Sic namq; uritur
  - *Sericum* in olla ſupra prunas ardentes tandiu, donec in puluerem redigi queat.
  - *Animalia*, eodem modo, uel in clybano.
  - *Sal* & nitrum ad ignem in uaſe figulino, donec non amplius ſtridant.
  - *Vitriolum*, in olle diſcooperta tandiu, donec ſicceſcat colorq́; mutetur.
  - *Alumen*, donec ſicceſcat.
  - *Oſſa*, cornua, ungues, & corallij eodē modo ſupra prunas, donec fumare deſināt, coloremq́; mutēt.
  - *Cancri* ſupra prunas in uaſe cupreo cooperto.
  - *Lapides*, qui candeſcentes in liquore aliquo aliquoties extinguuntur: uel in crucibulis tandiu urun-tur, donec in puluerem uertantur.
  - *Plumbum* & cuprum addito ſulphure, in olla uel crucibulo, prius in lamina redacta, &c.
- *Tuſio.* Sic medicamentorum alia contunduntur
  - *Multum:* ut medicamenta craſſa, cuiuſmodi ſunt metalla, &c.
  - *Parum:* & uel
    - *Sola*, & ſine additione aliqua: ut
      - *Aromatica* omnia.
      - *Radices* / *Herbæ* — *Odoratæ.*
      - *Maſtix* / *Gummi* — *Terantur* tantùm.
    - *Cum* alijs: nempe cum
      - *Vino*, aut aqua, aut aceto: ut
        - *Galbanum.*
        - *Ammoniacum*, Opopanacum.
        - *Bdellium*, Myrrha.
        - *Succus* glycyrrhizæ, &c.
      - *Succo* aliquo: ut opium, &c.
      - *Aqua* roſarum: ut
        - *Moſchum.*
        - *Ambra*, &c.
      - *Oleo* amygdal. dulc. uel aqua ardente: ut Camphura.
- *Lauatio.* Sic lauantur medicamentorum alia prius
  - *Contuſa*, deinde in aqua tandiu infuſa, donec reſideant. deinde ſenſim ablata aqua, alia noua ſuperinfunditur, atque aliquoties lauantur, donec aqua ſuperinfuſa limpida ac clara euadat, atq; hoc modo lauantur
    - *Calx.*
    - *Aloe.*
    - *Metalla*, &c.
  - *Liquefacta*, & in aqua infuſa, baculoq́; agitata donec clara aqua euadat: ut
    - *Reſinæ.*
    - *Olea.*
    - *Pinguedines*, &c.
- *Extractio.* Sic extrahuntur
  - *Succi* ex herbis & radicibus, prius contuſis, deinde expreſsis, demum colatis ſuccus ad ſpiſsitudinem coquitur: ex ſiccis uerò prius probè coctis, deinde expreſsis.
  - *Mucilagines* ex althea, malua, fœno græco, ſemine lini, &c. cum omphacio probè trita herba, exprimuntur. Alij tritas igni lento calefaciunt: alij tritas loco frigido, ut cella uinaria, uimineo uaſi impoſitas, in catinum ſubiectum deſtillare permittunt: uel poſtridie ſuccum exprimunt.
- *Expreſsio.* Sic exprimuntur herbæ, radices, decocta, ſucci, olea
  - *Manibus.*
  - *Torculari.*
  - *Panno* lineo, &c.
- *Colatio.* Colantur decocta, ſucci, infuſa, ſyrupi, iulapia, olea, gummi liquata per
  - *Cribrum.*
  - *Pannum* lineum.
  - *Filtrum*, &c.
- *Clarificatio.* Sic clarificantur decocta, infuſa, ſyrupi, iulapia, &c
  - *Repoſitione.*
  - *Colatione.*
  - *Coctione* & deſpumatione.
  - *Ouorum* albis, prius contuſis, deinde mixtis, ferueſactis & deſpumatis.
- *Deſpumatio.* Deſpumantur
  - *Decocta* / *Succi* / *Mel* — *Cochleari* ferreo perforato, ſpumam ſupernatantem auferendo.
  - *Saccharum* cum albis ouorum, prius contuſis, deinde ſimul ferueſactis & deſpumatis, &c.

A. *Subtili*

**A.**
*Subtili* modo præparantur medicamenta per artem chymicam, ſeu deſtillationem: quæ eſt humoris per caloré in uaporé reſoluti, ac frigore rurſum inſpiſſati, eliquatio. Huius differentiæ ſumuntur à

- *Cauſis*
  - *Internis*: uidelicet
    - *Materia*. Sunt autem ex quibus aquæ uel olea extorquentur, aut
      - *Herbæ*: ut
        - *Abſynthium*, Apium, Baſilicum.
        - *Calamentum*, Chamæmelum, Hyſſopus.
        - *Iua* arthetica, Lauendula, Leuiſticum.
        - *Mentha*, Origanum, Polium.
        - *Roſmarinum*, Ruta, Serpillum.
        - *Saluia*, Sauina, Thymus, &c.
      - *Semina*: uidelicet
        - *Amomi*, Ammi, Anethi.
        - *Aniſi*, Carei, Cumini.
        - *Dauci*, Fœniculi, Nigellæ.
        - *Petroſelini*, Sileris montani.
        - *Santonici*, &c.
      - *Aromatica*: ut
        - *Angelica*, Calamus aromat.
        - *Cardamomum*, Cariophylli.
        - *Coſtus* odoratus, Cinnamomum.
        - *Cortices* citri uel aurantij.
        - *Cubebæ*, Cyperus, Galanga.
        - *Grana* paradiſi, Gingiber.
        - *Iuniperi*, Lauri, Macis, Nux moſchata.
        - *Piper* nigrum, Zedoaria, &c.
    - *Forma*: quæ duplex eſt: per
      - *Aſcenſum*, ubi uapores ſurſum élati, ibi cócreti in aquã deſtillãt. Atq; hic modus facilior ac frequentior eſt: fitq; ab ijs rebus, quæ facilius & minore negocio ſuccum de ſe fundunt: cuiuſmodi ſunt
        - *Herbæ* ſuprà dictæ.
        - *Semina* — *Ante* nominata.
        - *Aromatica* — *Ante* nominata.
        - *Lachrymæ*.
        - *Reſinæ*, &c.
      - *Deſcenſum*, ubi uapores deorſum truſi, in aquam uel oleum deſtillant. Hæc autem deſtillatio fit ab ijs rebus, quæ ſuccum de ſe fundunt, aut
        - *Facilius*: ut roſæ, &c. quæ recentes linteolo ſuper peluim tenſo, imponuntur. Inde patella uas integitur, ignitique carbones ſuper fundum ponuntur. Sic deſtillatur odoratiſſima & efficaciſsima aqua.
        - *Contumacius*: ut ligna, &c. quorum deſtillatio fit olla uitreata in ſcrobem terræ defoſſa, cui alia medicamentis referta, in fundo foraminibus pertuſa, inſeritur, terraque obruitur: ſupra quam lignis ſiccis accenſis, medicamenti liquor per ollæ fundi foramina, in ollam inferiorem deſtillat & deſcendit. Vel fit inuerſa bocia, quæ cum fornace optimo luto coniungitur: tum carbones ſuperimponuntur circumcircà, & accenduntur, ita ut principio ignis ſit lentus, deinde maior, &c.
  - *Externis*: uidelicet
    - *Efficiente*: & uel
      - *Agente*. Eſt calor uel
        - *Humidus*: atq; uel
          - *Aquæ* feruentis. Balneum Mariæ uocatur, quod minus agit in rem deſtillandã quàm uel ignis ipſe per ſe, uel etiam per media alia ſicca. In hoc deſtillamus ea, quorum uires ignis uiolentia diſsipari nolumus, & quæ mitia integriora uolumus. Aqua autem balnei non magis calere debet, quam digitus tolerat.
          - *Vaporis* aquæ calidæ. In uapore aquæ feruentis deſtillamus ea potiſsimum, quæ cum uino uel aqua ardente parantur medicamenta: uel quorum uires, & ſaporem odoremq; integriora eſſe cupimus. A' calore enim illo miti, & totius herbæ ſubſtantia uapores exhalant, qui in aquam uertuntur, omnium herbæ partium uires adſeruantem, quæ ex odore & ſapore apertè cognoſcuntur.
          - *Fimi equini*. In hoc deſtillationes fiunt, ſi uel paupertas, uel alia cauſa impediat, quo minus igne uti liceat: & uel ſolo fimo, uel cum calce paulatim irrigata, & ſæpè mutata. Medico tamen recipiendæ non ſunt, propter putredinem ac graueolentiam, præſertim ſi intra corpus ſumendæ ſint aquæ. Verum huius præcipuus uſus eſt, ut materia deſtillanda in uaſe uitreo ei impoſita calore ipſius præparetur, putreſiat, &c. Cæterum fimi calor (propter calcem admiſtam) medio gradu caliditatem balnei Mariæ excedere uidetur.
        - *Siccus*: & uel
          - *Igneus*: quo utimur, ubi uehementiſsimo, atq; ardentiſſimo nobis calore opus eſt: ut in his, quæ metallica conſtant ſubſtantia. Ex his namq; igneæ caliditatis uehementiæ aquæ uel olea extrahuntur, cum in cucurbita incluſa igni imponuntur, &c. Ignis autem fiat ex carbonibus accenſis: uel etiam lignis ſiccis, non ſemiputridis.
          - *Aereus*
            - *Solaris*. Per ſolarium radiorum calorem uarij flores deſtillantur, ut odorem & qualitatem retineãt. Fiunt autem huiuſmodi deſtillationes, cum cauũ ignitum ſpeculum, ſolis ſplendori obuertitur, uitrum, cui materia ineſt, inter ſolis radios, & ſpeculum collocatur, ita ut radij ſolares in ſpeculo ad uitrum, ſecundum adiectam figuram, ſe reuerberent.
            - *Igneus*. Balneum aereum ſiccum appellatur. in hoc potiſsimum olea & aquæ tam ex ſeminibus herbarũ, quam fructuum & aromaticis eliciuntur, quæ uires, ſaporem & odorem egregiè retinent.
          - *Terreus*. Sic medicamẽtorum alia deſtillantur in
            - *Cineribus* calidis: ut olea & aquæ. Aquæ mitiſsimo calore, qui manu, tum cineres, tum ipſa deſtillatoria uaſa tangendo, diſcernitur. Olea uerò maiori igni & calore uehementiore indigent nempe ſicciore. Cineres autem cribrati eſſe debent. Cæterùm in cineribus deſtillantur, quæ ſicca in uino infuſa & macerata fuerunt, eundem prorſus odorem ſaporemq; reddituræ. Huiuſmodi aquæ diutius, quam quæ in balneo Mariæ uel uapore aquæ calentis deſtillantur, ſeruari poſſunt.
            - *Arena* tenui / *Scoria* ferri — *In* his deſtillantur olea, atq; ea, quæ uehementiore calore indigent. Sed hæc paulatim calefacienda, atq; refrigeranda, ne uaſa deſtillatoria rumpantur.
            - *Farina* laterum: deſtillatio omnium optima, atq; tutior eſt. Calorem enim æqualiter fouet, & uitra non æquè facilè rumpit, quæ duo in deſtillationibus prænecеſſaria ſunt.
      - *Inſtrumento*. Vide in ſequentibus, ſub ſigno A.
    - *Fine*.
- *Accidentibus*. Vide in ſequentibus, ſub ſigno B.

- A. *Inſtrumenta* ad deſtillationẽ neceſſaria uaria ſunt. Eorum namq; alia ſũt
  - *Propinqua* ſeu immediata: ut
    - *Cucurbita*, in qua ponitur, qđ deſtillandũ eſt. Huius quoq; differẽtiæ habentur aut à
      - *Materia*. Sic earum alia
        - *Vitrea*, quæ omnium optima eſt, præſertim ex uitro albo facta, quia purior ac denſior.
        - *Aurea*, quæ in bonitate ſecundum locum habet. Atq; his utimur cum defractura timemus, & cum melior qualitas eſt addenda.
        - *Argentea*, quæ aureæ ſuccedit.
        - *Terrea* ſeu figulina, quæ poſt uitream quartum in bonitate locum obtinet, præſertim ſi ex luto puriore, & diligenter cocto, atq; intus foriſq; lutato fuerit.
        - *Ferrea*, quæ ſi ex puro ac optimo ferro fuerit confecta, non eſt uituperanda, quòd nulla praua qualitas inde in materiam ſeu liquores redundet. Et utimur his ubi firmitate opus eſt. Hæc quintum in ordine locum habet.
        - *Stannea*, *Plumbea*. *Hæ* *Propter* ceruſſam & qualitates alias plumbi maleficas, improbandę. Et ſextum ordinem reponuntur: licet ſtanneæ præferantur.
        - *Cuprea*, *Aerea*. *Hæc* duo incommoda habent, primùm, quòd aquas reddunt ad rufum colorem declinantes, & uſtilagine uitiatas: deinde quòd ſemper uis quædam uenenoſa inſit eis magis quàm cæteris metallis: quapropter meritò poſtremum locum habent.
      - *Forma*
        - *Qualitatis*. Sic earum alia
          - *Recta*, quæ pro illis rebus, ad deſtillandum apta eſt, quæ facilius & leuiori calore, in altum ſubleuantur: ut ſunt herbæ, flores, radices, ſemina, &c.
          - *Curua*. Retorta uocatur: quæ idonea deſtillandis illis eſt, quæ non poſſunt altius attolli, & quæ uehementiorem ignem requirunt: ut ſunt olea, pinguedines, & metallica, &c.
        - *Quantitatis*. Sic earum alia uel
          - *Breuis*, præſertim collo: in qua deſtillantur, quæ altius aſcendere non ualent: cuiuſmodi ſunt olea & pinguia, &c.
          - *Longa*, qua utimur cum liquorem puriorem & ſynceriorem efficacioremq; requirimus: idonea ualde ad uinum deſtillandum, &c.
          - *Lata*, ac capax, qua utimur, cum materia deſtillanda multa eſt.
          - *Anguſta*.
    - *Capitellum*, ſeu Alembicũ: eſt uas ſuperius, capitis quandam ſpeciem præ ſe ferens. Hoc etiam uariat ratione
      - *Qualitatis*. Sic alembicum uel
        - *Cæcum*: atq; aut
          - *Cum* limbo, quo utimur, cum phlegma ab aliquibus aquis, uel oleis, in Sole, aut alio loco calido abſtrahere uolumus.
          - *Sine* limbo, quod præparationi, rectificationi ſeu circulationi idoneum eſt.
        - *Roſtratum*, per quod guttæ concretæ effluentes deſtillant in uas ſubiectum, quod recipiens nuncupatur.
      - *Quantitatis*. Sic alembicum eſt capite
        - *Amplo* & largo, à quo aquæ & olea copioſiora atque præſtantiora fluunt.
        - *Anguſto*: aquas & olea minus præſtantiora reddit.
    - *Vas* recipiens: eſt plerumq; phiala uitrea collo oblongo, cuius ori alembici naſus inſeritur. Atq; eſt aut
      - *Mediocre*: uidelicet pro copia uaporum in uaſis collecta, &c.
      - *Magnum*, ſeu maximum & amplíſsimũ, quo utimur cum olea ex metallicis deſtillamus, &c.
  - *Remota*, ſeu mediata, ſunt Fornaces, quarum differentiæ ſumuntur tum à
    - *Materia*, ex qua conficiuntur. Sunt autem
      - *Lateres*, qui optimi ſunt crudi, probè tamen Sole areſacti. Quia coctis ſunt tractabiliores, & ad quamcunq; etiam formã ferro facilè incidi poſſunt. Quare prius in humidum locum, uelut in cellam, ut ferro tractari melius poſsint, erunt recondendi, &c.
      - *Lutum*, quod pingue ſit, è floccis de panno abraſis & fimo equino ſimul ſubactis. Madefiat autem in aqua multum ſalita, &c.
    - *Forma*. Sic fornax
      - *Balnei* Mariæ, ſit ſphærica, in qua lapides ſic aptandi ueniunt, ne iuncturæ conueniant, ſed inæquales fiant: ſic enim firmior fiet conſtructio. Quantitatis uerò ſit ſecundum alieni proportionem, ac denſitas ſeu parietum craſsities pro arbitrio tuo. Huic fornaci, uas æneum grande ſuperponatur, aqua plenũ, ei uerò uaſi æneo uaſcula in arcum ſuperponantur quã plurima poſſunt, in quorum fundo res deſtillanda inſit. Balneum autem Mariæ commodè caleſit cum amplo canali è cupro in medium immiſſo, in cuius imo craticula eſt, ut cineres defluant. Imponitur & operculum, è cupro, cum paruo canali tranſuerſo, qui per feneſtram aut foramen aliquod fumum efferat, &c.
      - *Vaporis* aquę calidę, fiat ſimilis fornaci balnei Mariæ, niſi quòd uas æneum altius, maiusq; atq; aqua ſemiplenum tantum ſit, ita ut uas deſtillatorium aquam bullientem nõ attingat, ſed ſolo uaporifero humore, ab ea eleuato, incaleſcat, &c.
      - *Arenæ*, ſeu cinerum, ſit huiuſmodi. In loco aliquo conuenienti, quadram uel rotundam fornacem ſtrues, ea capacitate, quæ mediocri cucurbitæ imponendæ ſatisfaciat: parietes ex lateribus eriges, quos luto optimè præparato conglutinabis. Altitudo pedes duos non multum excedet. Parietes intus pedis plus minus ſpatio diſtabunt. conſtructo iam fundo, oſtiũ fiet, ubi cineres eximãtur, qui à carbonibus à ſuperſtructa ſtatim craticula deciderint. E' directo ſummitatis oſtij, ferream cratem lateribus inſertam conſtitues. Super hanc oſtium aliud, per quod carbones immittantur: ac ſuper oſtij ſummitatem rurſus crucem ferream, lateribus & ipſam inſertam collocabis. Cæterùm ſuper hanc crucem lebetem in ſummo ferream uel terream impones, eam uel cineribus uel arena implebis, & luto circumponatur. in fornacis apice quatuor foramina fiant, per quæ fumus exeat, &c.
      - *Ignis*, eodem modo inſtruatur, quo de cinerum fornace ſuprà dictum eſt, niſi quòd lebete careat ferreo, uel terreo: & quòd crux ferrea in medio caua ſit, ut uas deſtillatorium commodè recipere poſsit, &c.
      - *Balnei* aerei ſicci, eodẽ modo conſtruatur, ut ignis materiã in cucurbita uel uaſe cõtentã nullo modo tangat, ſed tantùm è longinquo, mediante ſcilicet aere multũ incalefacto, caleſaciat.

B. *Deſtil-*

*Deſtillationũ differẽtiæ ſumuntur etiã ab accidentibus: uidelicet*

- *Qualitate.* Sic materia
  - *Deſtillanda,* aut eſt
    - *Calida*: ut
      - *Abſynthium.*
      - *Apium.*
      - *Agrimonia.*
      - *Arthemiſia.*
      - *Betonica,* &c.
    - *Frigida*: ut
      - *Acetoſa.*
      - Cucurbita.
      - *Endiuia.*
      - *Portulaca,* &c.
    - *Humida*: ut
      - Lactuca.
      - Semperuiuum.
      - *Viola,* &c.
    - *Sicca*: ut
      - *Ruta.*
      - *Nigella,* &c.
  - *Deſtillata,* ut aqua uel oleum, uires ſimplicium, à quibus extrahuntur, retinent.
- *Quantitate*
  - *Materiæ*
    - *Recentis,* ſit pro magnitudine & capacitate cucurbitæ ſeu bociæ, ita tamen, ut ad dimidiam uel tertiam partem cucurbita uacua permaneat.
    - *Siccæ.* Hæc liquore aliquo temperanda eſt, *ita ut ſingulis uncijs materiæ ſiccæ* deſtillanda una libra liquoris permiſceatur.
  - *Caloris.* Sic medicamentorum alia deſtillantur in gradu caloris
    - *Primo*: uidelicet
      - *Balneo* Mariæ
      - *Vapore* aquæ calidæ
      - *Fimo* equino
      - Cuiuſmodi ſunt
        - *Herbæ*, *Flores* } Recentes.
        - *Vinum.*
        - *Et* reliqua, quæ facili negotio ſurſum peliuntur.
    - *Secundo*: uidelicet
      - *Cineribus*
      - *Arena,* &c.
      - *Vt* ſunt
        - *Semina.*
        - *Aromata.*
        - *Olea.*
        - *Et* cætera, quæ difficilius aſcendunt.
  - *Tertio*; uidelicet igne: ut metallica.
- *Loco.* Sic materia
  - *Deſtillanda,* deſtillatur uel in
    - *Balneo* Mariæ.
    - *Vapore* aquæ calidæ.
    - *Fimo* equino.
    - *Cineribus.*
    - *Arena.*
    - *Aereo* balneo ſicco, calidoque.
    - *Igne.*
  - *Deſtillata* (cuiuſmodi ſunt olea) aut
    - *Fundum* petit: ut oleum
      - *Cinnamomi.*
      - *Caryophyllorum.*
      - *Macis,* &c.
    - *Innatat*: ut oleum
      - *Aniſi.*
      - *Cardamomi.*
      - *Piperis,* &c.
- *Tempore*
  - *Collectionis.* Sic herbæ deſtillandæ, flores aliaq; ex plantis, in ipſa maturitate colligi debent: præcipuè uerò creſcente luna, cœlo ſereno, & per diem in umbra relinqui, deinde deſtillari, &c.
  - *Digeſtionis.* Sic
    - *Herbæ*
      - *Recentes,* breuiore tempore ad digeſtionem indigent, cum in uino uel liquore alio macerantur: uidelicet tribus diebus.
      - *Aridæ,* paulò longiore, uidelicet ſeptem diebus indigent.
    - *Semina*, Aromata } *Duodecim* uel quatuordecim diebus indigent.
    - *Radices,* menſe, aut longiore, aut breuiore tempore indigent, præſertim ſi fuerint recentes.
    - *Metalla* longo tempore ad digeſtionem opus habent.
- *Preparatione.* Vide in ſequentibus ſub ſigno **

**

*Deſtillationum* differentiæ ſumuntur etiam à præparatione

- *Materiæ*
  - *Deſtillandæ.* Sic materia deſtillanda eſt prius
    - *Incidenda* cultro, uel contundenda piſtillo, ſi recens fuerit.
    - *Conterenda*, ſi fuerit ſicca, non quidem minutatim, ſed craſsè.
    - *Infundenda* in liquore aliquo, ſi ſicca fuerit.
    - *Putrefacienda* ſeu digerẽda aut in
      - *Fimo* equino, in uaſe uitreo, probè obturato per dies aliquot.
      - *Vinaceis*, per autumnum.
      - *Hypocauſto*, iuxta fornacem tempore hyberno, in arena uel cineribus calidis.
      - *Sole*, tempore æſtiuo.
      - *Balneo* Mariæ.
      - *Vt* autem commodè digeras, pone materiam deſtillandam in cucurbitam uitream cum alembico cæco, atque uaſe totum in fimo occultetur, aut uinaceis, &c.
  - *Deſtillatæ.* Sic
    - *Aquæ* deſtillatæ
      - *Inſolantur* & rectificantur in uaſe uitreo, ad tertiam uſque partem repleto & corio obſtructo, atque in arenam feruentem impoſito, per quadraginta dies, ut phlegma omne conſumatur. debet autem tertia pars in arena condi. Deſtillatæ uerò calidæ facultatis aquæ, in uino aut aqua ardente prius infuſæ, ne nimio calore homini noceat, loci frigido in arena humida per menſem aut amplius, relinquantur, ſimiliter tertia parte uaſis in arenam condita, &c.
      - *Circulantur*, ad quam circulationem optimus eſt pellicanus. Verùm ad hanc media pars uaſis aut ſaltem tertia, in aerem liberum & frigidum eminere debet.
    - *Olea*
      - *Rectificantur*, ſi in uaſe aqua pleno decoquantur, per aliquod tempus ad olei tertiam partem: & ſic humiditas excrementitia, ſi quæ fuerit, facilè conſumetur, & oleum rectificabitur.
      - *Separantur* ab aqua infundibulo uitreo: idq; commodè fiet, ſi infundibuli fiſtula uel cuſpis ima cera obſtruantur, & ſic collocetur, ut fiſtula uerſus ima propendeat, parsq; latior ſuperior ſit, & ſic infundatur totum deſtillatum, eodemq; ſitu teneatur ad horas aliquot, aut etiam dies. Poſt temporis itaque ſpatium facta ſegregatione diuerſarum partium à ſua ipſarum natura, tunc obturans materia celeriter & dextrè amoueatur: & obtenſo digito educ, quod & quantum, & quando uoles.
- *Inſtrumentorum*
  - *Vaſorum.* Sic
    - *Capitellum* cum cucurbita perlutandum eſt, ne odores & qualitates eorum quæ deſtillantur, expirent: quod commodè fiet, ſi caput cum corpore, & roſtrum extremum cum recipiente committantur, aut calce cum albumine oui miſto, aut argilla & pilis: ut inferiùs dicetur.
    - *Cucurbita* incruſtatur, ſeu loricatur luto, ut ab ignis uehementia tueatur, minusq; frangatur.
    - *Capitellum* refrigeratur inter deſtillandum, uel pannis aqua frigida madefactis, uel alio inſtrumento ad id apto, ut citius ſpiritus & uapores condenſentur.
  - *Luti.* Sic lutum pro
    - *Fornacibus* extruendis, fit ex creta aut argilla tenaci & uiſcoſa, cui ..arum areæ aut ſabuli, & filamenta panni, & ſtercus equinum permixta fuerint: conſiſtentia plus molli, quàm dura aut ſicca.
    - *Vaſis* illinendis, fit ex luti tenacis & pinguis ℔. iij, farinæ .egularum cribratæ, batituræ ferri tritæ, arenæ tritæ & cribratæ, ſing. ℔.. omnibus ſimul miſtis & incorporatis cum lana tonſa, cucurbitæ illin..tur.
    - *Ruptis* ac fiſsis coniungendis & uniendis, fit ex mini.., uitro contrito & uernice liquida, ac pauco oleo lini, ſimul omnibus ..ſtis, panno ſubtili iuncturis imponatur, &c.
    - *Vitris* claudendis, commodè adhibetur farina, .alx, & bolus armenus, permiſta in forma paſtæ.

# De Medicamentorum differentijs, in ſpecie.

*Medicamentorum* differentiæ in ſpecie, à ſuperioribus cauſis deducũtur. Medicamenta igitur alia conferunt ad

- *Sanitatem* uel conſeruandam, uel præſeruandam, uel reſtituendam. Hæc autem medicamenta cum ſint corpora mixta, mixtio ipſorũ fit uel
  - *Natura*: atq; horum alia colliguntur ex corporibus, aut
    - *Simplicibus*. Vide in ſequentib. ſub ſigno A A.
    - *Mixtis*. Vide in ſequentibus ſub ſigno B B.
  - *Arte*. Vide in ſequentibus ſub ſigno C C.
- *Ornatum*, Vide in ſequentibus ſub ſigno D D.

# A A. De Simplicibus medicamentis.

*Simplicia* medicamẽta dicũtur, (non quòd reuera ſimplicia ſint, ſed ſenſu) cuiuſmodi eſt

- *Aqua*
  - *Superior*: ut aqua pluuia
  - *Inferior*
    - *Non* medicata: ut
      - *Fontana*
      - *Putealis*
      - *Lacuſtris*
      - *Fluuialis*, &c.
    - *Medicata*: ut
      - *Sulphurea*
      - *Nitroſa*
      - *Aluminoſa*
      - *Salſa*
      - *Bituminoſa*, &c.
  - *De* quibus ſuprà in ſecunda parte primi libri.
- *Terra*
  - *Lemnia*
    - *Contra* pernicioſa uenena ſingularem uim habet.
    - *Pota* cum uino, & præſumpta euomi uenena cogit.
    - *Contra* ictus morſusq; animalium uenenoſorum prodeſt.
    - *Dyſenteriæ* confert.
    - *Antidotis* familiaris.
  - *Armena* confert
    - *Deſiccationi*.
    - *Dyſenteriæ*.
    - *Profluuio* alui.
    - *Expuitioni* ſanguinis.
    - *Catarrho*.
    - *Oris* ulceribus putridis.
    - *Peſtilentiæ*.
  - *Rubrica*
    - *Sinopica*
      - *Vim* habet exiccatoriam.
      - *Aſtringit*.
      - *Aluum* ſiſtit.
      - *Iecinoris* uitio laborantibus prodeſt.
      - *Vulnerarijs* emplaſtris miſcetur.
    - *Fabrilis*, ſinopide inferior eſt.
  - *Samia*
    - *Sanguinis* reiectiones ſiſtit.
    - *Menſtrua* ſuperflua ſiſtit, cum flore ſylueſtris punicæ data.
    - *Teſtium* & mammarum inflammationes, illita ex roſaceo & aqua, refrigerat.
    - *Sudores* arcet.
    - *Contra* ſerpentium morſus, & uenena, ex aqua pota, ualet.
  - *Eretria*
    - *Aſtringit, Refrigerat*.
    - *Leuiter* mollit.
    - *Caua* explet.
    - *Sanguinolenta* conglutinat.
  - *Arena* litoralis
    - *Sole* feruefacta hydropicorum tumores exugit.
    - Ad putrefaciendum / Ad deſtillandum } Vtilis, &c.

# B B. De Medicamentis mixtis.

*Medicamenta* collecta ex corporibus mixtis

- *Inanimatis*: atq; uel ex
  - *Terra* ſunt
    - *Metalla*. Vide in ſequentibus ſub ſigno I.
    - *Lapides*, agũt uel qualitate
      - *Prima*. Sic eorum alij
        - *Calidi*: ut
          - *Hæmatites, Armenius*.
          - *Cyaneus*, ſeu Cœruleus, ſeu Zazuli.
          - *Pyrites, Pumex, Aſius*.
          - *Sciſtus, Phrygius*.
        - *Frigidi*: ut *Cryſtallus*, &c.
      - *Secunda*. Sic eorum alij
        - *Aſtringentes*: ut
          - *Hæmatites, Armenius, Magnes*.
          - *Cryſtallus, Pumex*.
          - *Aſius, Sciſtus, Phrygius*.
        - *Cicatricem* inducentes: ut
          - *Hæmatites, Magnes*.
          - *Pumex, Aſius*.
          - *Sciſtus*, &c.
        - *Calculos* renum & ueſicæ comminuentes: ut
          - *Iudaicus*.
          - *Cryſtal*, &c.
        - *Purgantes*: ut
          - *Cyaneus*.
          - *Armenius*.
          - *Magnes, Pyrites*.
    - *Gemmæ* ſunt
      - *Amethyſtus*
      - *Hyacinthus*
      - *Iaſpis*
      - *Granata*
      - *Sardinus*
      - *Rubinus*
      - *Saphyrus*
      - *Smaragd*[9], *etc*.
      - *Omnes*
        - *Frigidæ*.
        - *Cor* corroborant.
        - *Venenis* reſiſtunt, &c.
  - *Aqua*. Vide in ſequentibus ſub ſigno II.
- *Animatis*. Vide in ſequentibus ſub ſigno III.

- I. *Metalla* agunt qualitate uel
  - *Prima.* Sic eorum alia
    - *Calida:* ut
      - *Auripigmentum*, Aerugo, Aes uſtum, Alumen, Borax.
      - *Chalcitis*, Cinnabaris, Diphriges, Flos æris, Chalcantum.
      - *Nitrum*, Sulphur, Sal, Squamma æris, &c.
    - *Frigida:* ut
      - *Lithargyros*, ſeu argenti ſpuma.
      - *Plumbum* elotum atq; uſtum.
      - *Saccharum* candi.
      - *Spodium*, Squamma ferri & ſtomomatis.
      - *Stibium*, Pompholyx ſeu Thutia, &c.
  - *Secunda.* Sic horum alia
    - *Aſtringentia:* ut
      - *Argentum*, Aerugo, Aes uſtum, Aeris flos & ſquamma.
      - *Auripigmentum*, Alumen, Borax, Chalcantum, Chalcitis,
      - *Cinnabaris*, Diphriges, Lithargyros, Plumbum, Sal.
      - *Spodium*, Squamma ferri, Stibium, Thutia.
    - *Diſcutientia:* ut
      - *Nitrum*, Sulphur.
      - *Sal*, &c.
    - *Glutinantia* & cicatricem inducentia: ut
      - *Argentum*, Alumen, Aerugo, Chalcitis.
      - *Diphriges*, Plumbum, Aes uſtum.
      - *Stibium*, Thutia, &c.
    - *Erodentia* ſeu carnis excreſcentia depaſcentia: ut
      - *Aerugo*, Flos æris, Calx, Chalcitis.
      - *Diphriges*, Lithargyros.
      - *Auripigmentum*, Aes uſtum, Sal, &c.
    - *Dolorem* mitigantia: ut
      - *Nitrum*, Sal.
      - *Squamma* ferri, &c.
    - *Purgãtia:* ut
      - *Aerugo*, Alumen, Borax ſeu Chryſocolla.
      - *Nitrum*, Sulphur, Aes uſtum, *Sal*, &c.
      - *Stibium* præparatum; cuius
        - *Doſis* à g. iv. ad 7. uel 9.
        - *Correctio*, Tragasanthũ.
- II. *Medicamentorũ* differentiæ ab aqua ſumptæ, uariæ ſunt: uidelicet
  - *Ambarum*
    - *Calefacit*, Siccat.
    - *Cerebrum* / *Cor* — Roborat.
    - *Senibus* & natura frigidis mirificè opem præſtat.
    - *Vino* infuſum, temulentos efficit.
  - *Aſphaltum*, Bitumen, Naphta
    - *Calefacit*, Diſcutit, Glutinat, Emollit.
    - *Ab* inflammatione tuetur.
    - *Contra* *Vteri* procidentiam / *Strangulationes* / *Morbum* comitialem — *Suffitu* prodeſt.
    - *Tuſsim* ueterem iuuat.
    - *Dentium* dolores mitigat.
    - *Cœliacis*, Dyſentericis, Podagricis / *Articulorum* doloribus / *Lethargicis*, &c. — Confert.
  - *Mumia*
    - *Calefacit* & ſiccat, Aſtringit.
    - *Sanguinis* profluuia ſiſtit.
    - *Cruentas* excreationes ſanat.
    - *Hemicrania* / *Paralyſi* / *Comitiali* morbo / *Vertigini* — Medetur.
    - *Diuturnos* capitis dolores tollit, &c.
  - *Corallium*
    - *Refrigerat*, Aſtringit.
    - *Excreſcentia* coercet.
    - *Oculorum* cicatrices abſtergit.
    - *Cicatricem* inducit.
    - *Sanguinem* ſiſtit.
    - *Vrinæ* difficultati auxiliatur.
    - *Lienem* abſumit, aqua potum.
    - *Morbo* comitiali prodeſt.
    - *Dentes* commotos firmat.
    - *Oris* ulcera ſanat.
    - *Dyſenteriam* curat.
    - *Menſes* / *Albos* uteri fluores — Reprimit.
    - *Cor* confortat atque exhilarat.
  - *Margarita*
    - *Ad cordis* affectus præcipuam opem ferunt.
    - *Oculorum* nubeculas detergunt, &c.
  - *Blatta* Bizantia, ſeu unguis odoratus
    - Ad ſuffitus, idoneus.
    - *Contra* *Vteri* ſtrangulationes / *Comitiales* — Valent.
    - *Ventrem* emolliunt, poti.
  - *Succinum*
    - *Aſtringit.*
    - *Menſes* / *Sputum* ſanguinis — Siſtit.
    - *Vlcera* pectoris ac pulmonis conſolidat, &c.

- III. *Medicamento*rum differẽtiæ ſumuntur etiam à corporibus animatis
  - Sine ſenſu, & uel
    - *Terreſtribus*: nimirum plantis & arboribus. Sunt autẽ huiuſmodi aut
      - *Folia*: q̃ uel agũt qualitate
        - *Prima*: atq; eorũ alia
          - *Temperata*: ut
            - *Adiantum*.
            - *Aſparagus*, &c.
          - *Intemperata*
            - Calida in gradu
              - *Primo*: ut
                - *Abſynthium*, Althea, Braſsica.
                - *Bugloſſa*, *Beta*, Chamæmelum.
                - *Eupatorium*, Caſſutha, Seſamum.
                - *Malobatrum*, Spica nardi, &c.
              - *Secundo*: ut
                - *Apium*, Anethum, Arthemiſia.
                - *Chamæpitys*, Peucedanum, Meliſſa.
                - *Intybũ*, Marrubiũ, Ocimum, Polium.
              - *Tertio*: ut
                - *Abrotanum*, Ammi, Anethum aridum.
                - *Aſarum*, Aniſum, Agnus, Arum.
                - *Antomum*, Camædrys, Cuminum.
                - *Calamenthum*, Epithymũ, Fœniculum.
                - *Hyſſopum*, Mentha, Menthaſtrum.
                - *Origanum*, Petroſelinum, Pulegium.
                - *Raphanus*, Ruta, Maiorana, Sabina.
                - *Saluia*, Siſimbrium, Trifolium, &c.
              - *Quarto*: ut
                - *Allium*, Coſtus, Lepidium.
                - *Thithymalli*, Naſturtium, Porrum.
                - *Ruta* ſylueſtris, Sinapi, &c.
            - *Frigida*: in gradu
              - *Primo*: ut
                - *Atriplex*, Gramen.
                - *Malua*, Myrtus.
                - *Viola*, &c.
              - *Secũdo*: ut
                - *Blitum*, Lactuca, Lens paluſtris.
                - *Rhu* obſoniorũ, Intybũ, Hyacinthus.
                - *Plantago*, Poligonũ, Pſilliũ, Solanum.
              - *Tertio*: ut
                - *Portulaca*, Mandragora.
                - *Semperuiuum*, Hyoſciamus, &c.
              - *Quarto*: ut —— *Cicuta*, Papauer, &c.
            - Humida: *in gradu*
              - *Primo*: ut
                - *Bugloſſum*, Intybum, Malua.
                - *Helxine*. Seſamum, &c.
              - *Secundo*: ut
                - *Atriplex*, Lactuca.
                - *Lens* paluſtris, Blitum.
                - *Portulaca*, Viola, &c.
            - *Sicca*: in gradu
              - *Primo*: ut
                - *Braſsica*, Beta, Chamæmelum.
                - *Fœniculum*, Hyacinthus, Myrtus, &c.
              - *Secundo*: ut
                - *Arthemiſia*, Anethum uiride.
                - *Burſa* paſtoris, Caſſutha.
                - *Intybum*, Plantago, Gingidium.
                - *Mentha*, Roſmarinus, Spica nardi, &c.
              - *Tertio*: ut
                - *Abrotanum* uſtum, Anetum uſtum.
                - *Apium*, Aſarum, Ammi, Aniſum.
                - *Abſynthium*, Calamintha, Cuminum.
                - *Peucedanum*, Petroſelinum, Ruta.
                - *Chamædrys*, Chamæpitys, Epithymum.
                - *Hyſſopum*, Marrubium, Origanum.
                - *Maiorana*, Siſimbriũ, Trifol. Sabina, &c.
        - *Secunda*. Vide in ſequentibus ſub ſigno IV.
      - *Flores*. Vide in ſequentibus ſub ſigno a.
      - *Fructus*. Vide in ſequentibus ſub ſigno b.
      - *Semina*. Vide in ſequentibus ſub ſigno c.
      - *Radices*. Vide in ſequentibus ſub ſigno d.
      - *Liquores*. Vide in ſequentibus ſub ſigno e.
      - *Succi*. Vide in ſequentibus ſub ſigno f.
      - *Gummi*. Vide in ſequentibus ſub ſigno g.
      - *Cortices*. Vide in ſequentibus ſub ſigno h.
      - *Ligna*. Vide in ſequentibus ſub ſigno i.
    - *Aquatilibus*: ut ſpongia uſta
      - *Acris* eſt, & digerentis facultatis.
      - *Senilia* ulcera ſiccat.
      - *Abſtergit*.
      - *Aſtringit*, &c.
  - *Cum ſenſu*. Vide in ſeq. ſub ſigno k.

IV. *Folia*, quæ agunt qualitate ſecunda, aut

- *Aſtringunt*: ut
  - *Mentha*, Acetoſa, Poligonum, Amomum, Abſynthium, Agnus.
  - *Burſa* paſtoris, Cyperus, Braſsica bis cocta.
  - *Cypreſſus*, Equiſetum, Ebulus, Gramen, Hedera, Helxine.
  - *Hieracium* maius, Intybum, Lauri folia, Liſimachium, Melilotum.
  - *Myrthus*, Pentaphyllum, Pſillium, Plantago, Portulaca, Folia quercus.
  - *Ruta*, Rhu obſoniorum, Semperuiuum, Salix, Verbaſcum, Vitex, Vitis, &c.
- *Diſcutiunt*: ut
  - *Ruta*, Stœchas, Seſamum, Maiorana, Abrotanum, Althea.
  - *Anethum*, Adianthum, Atriplex, Ariſtolochia.
  - *Braſsica*, Chamæmelum, Lilij folia, Malua.
  - *Mentha*, Mercurialis, Melilotum, Origanum, &c.
- *Abſtergunt* & expurgant: ut
  - *Caſſutha*, Chamæpitys, Beta, Abſynthium.
  - *Atriplex*, Aſplenos, Aſparagus, Anagallis.
  - *Ariſtolochia*, Abrotanum, Arum.
  - *Marrubium*, Parietaria, Propolis, Phu.
  - *Salix*, Tithymalli, Vitis alba, &c.
- *Aperiunt*: ut
  - *Allium*.
  - Cyclaminus, &c.
- *Extenuant*: ut
  - *Arthemiſia*, Chamæmelum.
  - *Hyſſopum*, Pulegium.
  - *Stœchas*, &c.
- *Extrahunt* atque euocant: ut
  - *Anagallis*, Propolis.
  - *Ariſtolochia*, Geniſta, Porrum.
  - *Tapſia*, Cyclaminus.
- Adurunt: ut
  - Allium.
  - *Sinapi*, &c.
- *Emolliunt*: ut
  - *Atriplex*, Althea.
  - *Cupreſſus*, Laurus.
  - *Malua*, Pſillium, &c.
- *Indurant*: ut
  - *Portulaca*, Semperuiuum.
  - *Pſillium*, Lenticula paluſtris.
  - *Solanum*, &c.
- *Supputāt*: ut
  - *Amomum*.
  - Althea.
  - *Smyrnium*, &c.
- *Glutinant* & cicatricem inducunt: ut
  - *Verbenaca*, Tormentilla, Sambucus.
  - *Symphitum* maius, Perfoliata.
  - *Pentaphyllum*, Plantago, Myrtus, Lupinus.
  - *Ariſtolochia*, Althea, Anagallis.
  - *Chamædrys*, Dracunculus, Equiſetum.
  - *Eupatorium*, Ebulus, Fragaria, &c.
- *Flatus* diſcutiunt: ut
  - *Aniſum*, Abſynthium, Anethum, Apium, Coſtus.
  - *Cuminum*, Chamæmelum, Epithymum, Fœniculum.
  - *Maiorana*, Origanum, Petroſelinum, Iuncus odoratus.
  - *Spica* nardi, Smyrnium, Seſeli, Ruta, &c.
- *Semen* generant: ut
  - *Satyrium*.
  - *Eruca*.
  - *Horminum*, &c.
- *Menſes* mouent: ut
  - *Aſarum*, Abrotanum, Allium.
  - *Ariſtolochia* longa, Adiantum.
  - *Amomum*, Abſynthium, Arthemiſia, Aniſum.
  - Ammi, Braſsica, Betonica, Coſtum, Centaurium.
  - *Chamæmelū*, Calamyntha, Chamædrys, Caſſutha.
  - *Ciclaminus*, Daphnoides, Gingidium, Fœniculum.
  - *Helenium*, Hypericum, Iuncus odoratus.
  - *Lapathum*, Maiorana, Marrubium, Meliſſa.
  - *Naſturtium*, Origanum, Ocimum, Pulegiū, Poleū.
  - *Petroſelinum*, Peonia, Ruta, Roſmarinus.
  - *Smirnium*, Saluia, Sabina, Seſeli, Serpillum.
  - *Scordium*, Trifolium, Thlaſpi, Thymus, Vrtica, &c.
- *Menſes* ſiſtunt: ut
  - *Burſa* paſtoris.
  - *Cuminum*, Fragaria, Hypociſtis.
  - *Hioſciamus*, Lyſimachia, Myrtus.
  - *Nymphea* lutea.
  - *Semperuiuum*, Symphitum, Solanum, &c.
- *Venenis reſiſtunt*. Vide in ſequentibus ſub ſigno ❧

- *Folia*, quę agũt qualitate ſecũda, aut
  - *Venenis* reſiſtunt: ut
    - *Abrotanum*, Aniſum, Abſynthium, Ariſtolochia longa.
    - *Adiantum*, Ammi, Apium, Betonica, Chamædrys.
    - *Cyclaminus*, Coſtus, Calamintha, Eupatorium.
    - *Eryſimum*, Fœniculum, Lybiſticum, Marrubium, Origanum.
    - *Pulegium*, Polium, Ruta, Scordium, &c.
  - *Leniunt*, & mitigant dolorem: ut
    - *Anethum*, Abſynthium, Amomum, Aſclepias.
    - *Atriplex*, Chamæmelum, Cuminum.
    - *Calamintha*, Centaurium maius, Chamæpytis.
    - *Eryngium*, Hyoſciamus, Lybiſticum, Lupulus,
    - *Peucedanum*, Petroſelinum, Roſmarinus, Ruta.
    - *Syſimbrium*, Serpillum, Sampſucus, &c.
  - *Strumas* diſcutiunt: ut
    - *Adiantum*, Aparine, Althea, Lupinum.
    - *Lolium*, Lapathum, Meliſſa, Naſturtium.
    - *Pentaphyllum*, Scordium, &c.
  - *Ambuſtis* medentur: ut
    - *Althea*, Adiantum, Beta, Hyacinthus.
    - *Cynogloſſum*, Ebulus, Hedera, Hypericum.
    - *Helxine*, Lactuca ſylueſtris, Malua.
    - *Plantago*, Semperuiuum, Sambuci folia, Verbaſcum.
  - *Purgant*
    - *Atram* bilem: ut
      - *Sena*, cuius
        - *Doſis* in
          - *Subſtantia*, ʒ. iij.
          - *Infuſione*, ℥. S.
        - *Preparatio*, Zingiber.
      - *Epithymum*, cuius
        - *Doſis*, ʒ. ij.
        - *Correctio*, acetum mulſum.
    - *Pituitam*: ut Eſula, cuius
      - *Doſis*, ʒ. j. trita, &c.
      - *Correctio*, Aromatica.

- a. *Flores* agũt vel qualitate
  - *Prima*; atq; ſic alij
    - *Calidi*: ut
      - *Bugloſſæ*, Betonicæ, Borraginis, Chamæmeli.
      - *Cnici*, Croci, Lilij conuallij, Fabarum, Geniſtæ.
      - *Iunci* odorati, Leucoiorum, Lauendulæ, Liliorum.
      - *Maluæ* hortenſis, Meliloti, Meliſſæ, Origani,
      - *Ocimi*, Perſicorum, Anthos, Sambuci,
      - *Scabioſæ*, Tiliæ, Verbaſci.
    - *Frigidi*: ut
      - *Balauſtiæ*, Cichorij, Nympheæ.
      - *Nenupharis*, Roſarum.
      - *Prunellæ*, Violarum.
  - *Secunda*. Sic alij
    - *Aſtringunt*: ut
      - *Balauſtiæ*, Cichorij.
      - *Meliloti*, Perſicorum.
      - *Roſarum*, Verbaſci, &c.
    - *Diſcutiunt*: ut
      - Chamomillæ.
      - *Maluæ*, Meliloti.
      - *Stœchados*, &c.
    - *Extenuant*: ut
      - Chamomillæ.
      - *Stœchados*, &c.
    - *Emolliunt*: ut
      - *Liliorum*.
      - *Maluæ*, etc.
    - *Suppurant*: ut
      - *Croci*.
      - *Liliorum* alborum, &c.
    - *Glutinant*: ut *Balauſtiæ*.
    - *Flatus* diſcutiunt: ut
      - *Chamomillæ*.
      - *Meliloti*.
      - *Iunci* odorati.
      - *Spicæ* nardi, &c.
    - *Menſes* mouent: ut
      - *Chamomillæ*.
      - *Iunci* odorati.
      - *Leucoion*.
      - *Meliſſæ*, Anthos.
      - *Saluiæ*, &c.
    - *Leniunt*: ut
      - Chamomillæ, Maluæ, Anthos.
      - Maioranæ.
      - *Roſæ*, Violæ, &c.

b. *Fructus* agunt uel qualitate

- *Prima*, Sic eorum alij
  - Calidi: ut
    - *Anacardi*, Amygdala, Baccæ iuniperi, Baccæ lauri.
    - *Cappares*, Carpobalſamum, Caricæ, Ficus.
    - *Cubebæ*, Garyophilli, Granum ben.
    - *Nux* moſchata, Nux Indica, Nux pinea.
    - *Piſtacia*, Piper, Dactyli, Squilla.
    - *Vua*, Vua paſſa, Poma dulcia, &c.
  - *Frigidi*: ut
    - *Auellanæ*, Aurantia mala, Citria.
    - *Cotonea*, Pira, Glandes, Galla.
    - *Mala* punica, Perſica, Cucurbitæ, Citrulli.
    - *Cucumeres*, Caſtaneæ, Cornus, Melones.
    - *Lemones*, Iuiubæ ſeu Ziziphæ.
    - Myxæ ſeu Sebeſten, Nux uomica.
    - *Berberis*, Meſpilæ, Oliuæ, Sorbæ, &c.
- *Secunda*, Sic eorum alij
  - Aſtringũt: ut
    - *Caſtanea*, Cornus, Cotonea, Glans, Galla.
    - *Meſpilus*, Mala punica, Nux moſchata.
    - *Vua* acerba, ſeu Omphacium.
    - *Palmulæ*, Pira, Perſica, &c.
  - *Diſcutiunt*: ut
    - *Cappares*.
    - *Piper*, &c.
  - *Abſtergunt* & expurgant: ut
    - *Amygdalæ*.
    - *Cappares*.
    - *Squilla*, &c.
  - *Extenuant*: ut
    - *Amygdala* dulcia.
    - *Bacca* iuniperi.
  - *Menſes*
    - *Mouent*: ut
      - *Cappares*.
      - *Piper*, &c.
    - *Siſtunt*: ut
      - *Berberis*.
      - *Glandes*.
      - *Vua* paſſa cum nucleis.
  - *Flatus* diſcutiunt: ut
    - *Baccæ* lauri, & iuniperi.
    - *Nux* moſchata.
    - *Piper*, &c.
  - *Semen* generant: ut
    - *Ficus*.
    - *Nuclei* pini.
    - *Nux* Indica, &c.
  - *Purgant*
    - *Bilem*
      - *Flauam*: ut
        - *Caſſia*, cuius doſis ab uncia una eſt ad unciam unam cum dimidia.
        - *Tamarindi*, quorum doſis eſt à duabus uncijs ad uncias quinque.
        - *Myrobalana* citrina, quorum
          - Doſis in
            - *Subſtantia* eſt drach. iij.
            - *Infuſione*, drach vij.
          - Correctio
            - *Amygdala* dulcia.
            - *Paſſulæ*.
        - *Pruna* Damaſch.
      - *Atram*: ut Myrobalana Inda, quorum doſis in
        - *Subſtantia* eſt à ʒ.ij. ad ʒ.iv.
        - *Infuſione* à ʒ.iv. ad ʒ. x.
    - *Pituitam*: ut
      - *Colocynthis*, cuius
        - *Doſis* à Kirati vj. uſq; ad x.
        - *Præparatio* ſeu correctio, Maſtix.
      - *Cucumer* aſininus: cuius
        - *Doſis*, à g. decem ad ſcrupulum unum.
        - *Correctio*, Tragacanthum.
      - Myrobalana
        - *Chebula*, quorum
          - *Doſis* in
            - *Subſtantia*, à ʒ.ij. ad ʒ.iv.
            - *Infuſione* à ʒ.iv. ad x.
          - Correctio
            - *Amygdala* dulces.
            - *Paſſulæ*.
        - *Emblica*, quorũ doſis in
          - *Subſtantia* ab aureis ij. ad aureos iij.
          - *Infuſione* ab aureis iij. ad vj.
        - *Bellirica* quorum doſis, ut emblicorum eſt.

Semina

e.
*Semina* agunt uel qualitate

- *Prima.* Sic eorum alia
  - *Calida* : ut
    - *Althea*, Ameos, Amomi, Aniſi, Anethi, Apij.
    - *Aſparagi*, Cardamomi, Carui, Ceparum, Canabis, Cumini, Ciceris.
    - *Dauci*, Orobi, Erucæ, Fœniculi, Fœnigræci, Fabarum.
    - *Geniſtæ*, Gingidij.
    - *Granum* tinctorium.
    - *Grana* paradiſi.
    - *Petroſelini*, Lini.
    - *Linguæ* auis.
    - *Lupini*, Maioranæ, Naſturtij, Nigellæ.
    - *Baſilici*, Pæoniæ, Raphani, Rutæ.
    - *Santonici*, Lumbricorum.
    - *Saxifragæ*, Seſelis, Seſami.
    - *Sinapi*, Staphyſagriæ, Smyrnij, Vrticæ, &c.
  - *Frigida* : ut
    - *Cicutæ*, Coriandri, Cucurbitæ, Citruli, Cucumeris.
    - *Cotoneorum*, Hyoſciami, Hordei, Halicacabi.
    - *Endiuiæ*, Scariolæ, Lactucæ, Milij ſolis.
    - *Maluæ* Melonum, Myrtillorum, Acetoſæ.
    - *Papaueris*, Plantaginis, Portulacæ, Pſyllij.
    - *Roſarum*, Anthera, Rhois.
    - *Viticis*, Agni caſti, &c.
- *Secunda*, aut
  - *Aſtringunt*: ut
    - *Agni* caſti, Acetoſæ.
    - *Granum* tinctorium.
    - *Nucleis* acinorum.
    - *Pſyllij*, Plantaginis, Portulacæ.
    - *Rhois*, Roſarum, Viticis, &c.
  - *Diſcutiunt*: ut
    - *Althea*, Anethi, Fœnigræci.
    - *Dauci*, Lupini, Erui, Lini.
    - *Maluæ*, Nigellæ, Rutæ, Seſami, &c.
  - *Abſtergunt*: ut
    - *Aſparagi*, Erui, Fabarum.
    - *Hordei*, Lupinorum, Staphyſagriæ.
    - *Vrticæ*, &c.
  - *Adurunt*: ut
    - *Sinapi*.
    - *Naſturtij*, &c.
  - *Emolliunt*: ut
    - *Althea*, Fœnigræci.
    - *Lini*, Maluæ.
    - *Nigellæ*, Pſillij, &c.
  - *Indurant*: ut
    - *Portulacæ*.
    - *Pſillij*, &c.
  - *Suppurant*: ut
    - *Altheæ*, Maluæ.
    - *Fœnigræci*, Lolij.
    - *Hordei*, Lini, Tritici, &c.
  - *Cicatricem* inducunt: ut
    - *Althea*, Lolij.
    - *Lupinorum*, Myrthi.
    - *Erui*, Plantaginis.
  - *Flatus* diſcutiunt: ut
    - *Aniſi*, Anethi, Apij.
    - *Cumini*, Carui, Fœniculi.
    - *Dauci*, Maioranæ, Nigellæ.
    - *Petroſelini*, Smyrnij, Seſelis, Rutæ, &c.
  - *Semen* generant: ut
    - *Ciceris*, Fabarum.
    - *Erucæ*, Lini.
    - *Linguæ* auis, &c.
  - *Menſes*
    - *Mouent*: ut
      - *Amomi*, Aniſi, Ammi, Ciceris.
      - *Dauci*, Gingidij, Fœniculi, Maioranæ.
      - *Meliſſæ*, Naſturtij, Nigellæ, Ocimi.
      - *Petroſelini*, Raphani, Rutæ, Seſelis, Vrticæ, &c.
    - *Siſtunt*: ut
      - *Roſarum* ſeu anthera.
      - *Cumini*, Hyoſciami.
      - *Myrtillorum*, Pæoniæ, &c.
  - *Dolorem* leniunt: ut
    - *Anethi*, Amomi, Cardamomi, Cumini.
    - *Dauci*, Erui Fœnigræci, Hyoſciami.
    - *Lini*, Milij, Petroſelini, Rutæ, &c.
  - *Strumas* diſcutiunt: ut
    - *Althea*, Coriandri, Fabarum.
    - *Hordei*, Lentium, Lupinorum.
    - *Lolij*, Lithoſpermon, Naſturtij, &c.
  - *Purgant*: ut
    - *Carthami*, quorum doſis eſt ʒ iij. cum iure galli: corrigitur cū zingibere, uel galanga, uel aniſo, &c.
    - *Coccognidij* ſeu Thymeleæ, dantur grana uiginti.
    - *Catapuciæ* minoris, ſeu Lathyris, datur grana eius maiora quindecim, minora uiginti.

d. *Radices*

d.
*Radices* agunt uel qualitate

- *Primæ*. Sic earum aliæ
  - *Calidæ*: ut
    - *Acori*, Ari, Apij.
    - *Althea*, Ariſtolochiæ, Aſclepiadis.
    - *Aſphodeli*, Angelicæ, Aſparagi.
    - *Anonis*, Ben album, Bryoniæ.
    - *Biſtortæ*, Bugloſſæ.
    - *Calami* aromatici.
    - *Doronici*, Cyclamini, Cyperi.
    - *Centaurij* maioris, Rhapontici.
    - *Curcumæ*, Cinogloſsi.
    - *Virgæ* paſtoris.
    - *Dracunculi*, Ebuli, Eryngÿ.
    - *Filicis*, Fœniculi, Galangæ.
    - *Gariophyllatæ*, Gentianæ, Glycyrrhizæ.
    - *Iridis*, Enulæ, Oſtrutij.
    - *Petroſelini*, Filipendulæ, Pæoniæ.
    - *Quinquefolij*, Pyrethri, Pimpinellæ.
    - *Peucedani*, Polygonati, Phu.
    - *Raphani*, Rubiæ tinctorum.
    - *Ruſci*, Satyrij, Symphiti.
    - *Scordij*, Tapſiæ, Tormentillæ.
    - *Vitis* albæ, Zeduaria, Zingiber, &c.
  - *Frigidæ*
    - *Cichorij*, Sonchi.
    - *Oxylapathi*.
    - *Plantaginis*, &c.
- *Secunda*, aut
  - *Diſcutiunt*: ut
    - *Althea*.
    - *Ariſtolochiæ*.
    - *Aſphodeli*.
    - *Bryoniæ*.
    - *Maluæ*.
  - *Abſtergunt*: ut
    - *Ariſtolochiæ*.
    - *Ari, Aſparagi*.
    - *Aſphodeli, Bulbi*,
    - *Hellebori*.
    - *Squillæ*, &c.
  - *Aperiunt*: ut
    - *Allium*.
    - *Cepa*.
    - *Cyclamini*, &c.
  - *Extrahunt*: ut radix
    - *Ariſtolochiæ*.
    - *Porri, Tapſiæ*.
    - *Cyclamini*.
    - *Oxyacanthæ*, &c.
  - *Emolliunt* ut
    - *Althea*.
    - *Maluæ*, &c.
  - *Suppurant*: ut radix
    - *Althea*.
    - *Bryoniæ*.
    - *Liliorum* alborum, &c.
  - *Glutinant* & cicatricem inducũt: ut
    - *Althea*.
    - *Ariſtolochiæ*.
    - *Dracunculi*.
    - *Gentianæ*.
    - *Ireos*.
    - *Symphiti* maioris.
    - *Tormentillæ*, &c.
  - *Flatus* diſcutiunt: ut
    - *Apij*, Fœniculi.
    - *Galangæ*, Acori.
    - *Enulæ*, Petroſelini.
    - *Allij*, &c.
  - *Menſes* mouent: ut
    - *Aſari*, Ariſtolochiæ.
    - *Acori*, Aſphodeli.
    - *Bryoniæ*, Cyperi.
    - *Calami* odorati.
    - *Centaurij*, Cyclamini.
    - *Fœniculi*, Dictamni.
    - *Eryngij*, Helenij.
    - *Lilij*, Petroſelini.
    - *Pæoniæ*, Ruſci.
    - *Raphani*.
    - *Rubiæ* tinctorum, &c.
  - *Semen generant*. Vide in ſequentibus ſub ſigno o✱

o✱ *Radices*

- *Radices* quæ agunt qualitate ſecunda aut
  - *Semen* generant: ut radices
    - *Acori, Satyrij.*
    - *Galangæ, Bulbi.*
    - *Paſtinacæ, Rapæ,* &c.
  - *Venenis* reſiſtunt: ut
    - *Ariſtolochiæ* longæ.
    - *Allij, Apij.*
    - *Bryoniæ, Cyperi.*
    - Carnabadij, Cyclamini.
    - *Fœniculi,* &c.
  - *Æmbuſtis* medentur: ut
    - *Althea, Aſphodeli.*
    - *Bulbi, Ebuli.*
    - *Maluæ,* &c.
  - *Dolorem* mitigant: ut
    - *Acori.*
    - *Aſclepiadis.*
    - *Centaurij* maioris.
    - *Eryngij.*
    - *Ireos,* &c.
  - *Strumas* diſcutiunt: ut
    - *Althea.*
    - Capparis.
    - *Plantaginis,* &c.
  - *Purgant*
    - *Bilem*
      - *Flauam,* ut Rhabarbarum: cuius
        - *Doſis,* in
          - *Subſtantia* drach. 2, uel 3, uel 4.
          - *Infuſione,* drach. 6, uel 7.
        - *Præparatio,* ſeu correctio: tertia pars uel
          - *Spicæ* nardi.
          - *Cinnamomi.*
          - *Maſticis.*
          - *Iunci* odorati.
      - *Atrā:* ut
        - *Polypodij:* quarum
          - *Doſis,* drach. 2. uel aur. 4. cum aqua mulſa aut decoctione paſſularum.
          - *Roboratio:* fit
            - *Sero* caprino.
            - *Iure* gallorum.
            - *Decocto* paſſularum.
          - *Correctio:* cum
            - *Aniſo.*
            - *Zingibere.*
            - *Cariophyllis.*
            - *Cinnamomo.*
        - *Hellebori* nigri: quarum
          - *Doſis,* ʒ. j. cum paſſo, aut aceto mulſo.
          - *Correctio,* cum ſeminibus odoratis: ut
            - *Aniſo.*
            - *Cumino.*
            - *Dauci,* &c.
    - *Pituitam:* ut
      - *Agaricum:* cuius
        - *Doſis,* in
          - *Subſtantia* ʒ. j. S.
          - *Infuſione,* à ʒ. j. S. uſq; ad ʒ. ij. S.
        - *Correctio,* tertia pars
          - *Oxymellis* ſcyllitici.
          - *Salis* gemmæ.
          - *Zingiberis.*
      - *Turpetum:* cuius
        - *Doſis,* in
          - *Subſtantia,* ut agarici.
          - *Infuſione,* ut agarici.
        - *Correctio,* tertia pars
          - *Zingiberis.*
          - *Galangæ.*
          - *Piperis* longi.
      - *Cucumeris* aſinini: quarum
        - *Doſis,* ℈. j. uel ℈. j. S.
        - *Correctio*
          - *Bdellium.*
          - *Tragacanthum.*
          - *Hydromel.*
          - *Sal* foſsile.
          - *Aromatica,* &c.
      - *Hermodactylorum:* quarum
        - *Doſis,* ʒ. j. uel ʒ. j. S.
        - *Correctio*
          - Cinnamomum.
          - *Zingiber.*
          - *Maſtix.*
          - *Piper* longus.
      - *Tithymalli*
        - *Doſis,* ʒ. j. cum polenta.
        - *Correctio* cum aromatibus.

- e. *Liquores*, ſunt aut
  - *Pingues*: ut Olea, quorum alia
    - *Calida*: ut
      - *Oliuarum* maturarum.
      - *Petroleum*.
      - *Amygdalarum*
        - Dulcium.
        - Amararum.
      - *Nucum*.
      - Ex baccis lauri.
      - Ex uinaceis.
      - *Seſaminum*, &c.
    - *Frigida*: ut
      - *Omphacinum*.
      - *Papaueris*.
      - *Hyoſciami*.
  - *Non* pingues: ut
    - *Vinum*, cuius differentiæ ſumuntur à
      - *Regione*: ut
        - *Creticum*, *Falernum*
        - *Albanum*, *Alſaticum*
        - *Rhenanum*, &c.
      - *Colore*: ut
        - *Album*, *Rubrum*
        - *Nigrum*
        - *Flauum*, &c.
      - *Odore*: ut
        - *Odorum*
        - *Inodorum*.
      - *Sapore*: ut
        - *Dulce*
        - *Auſterum*
        - *Acetoſum*, &c.
    - *Acetum*
      - *Vini*
      - *Alterius* liquoris.

  (De his uide ſuprà, in ſecunda huius libri parte.)

- f. *Succi* agunt aut qualitate
  - *Prima*. Sic eorum alij
    - *Temperati*: ut
      - *Cera*.
      - *Saccharum*.
      - *Lycium*.
    - *Intemperati*
      - *Calidi*: ut
        - *Aloe*. *Glycyrrhiza*.
        - *Ladanum*. *Laſerpitium*.
        - *Aſa fœtida*, *Mel*, &c.
      - *Frigidi*: ut
        - *Acacia*, *Caphura*.
        - *Hypociſtis*, *Opium*.
        - *Sanguis* draconis, &c.
        - *Roſarum*.
        - *Mina* cotoneorum.
        - *Rob* de ribes.
        - *Rob* de berberis, &c.
  - *Secunda*. Sic eorũ alij
    - *Aſtringunt*: ut
      - *Acatia*, *Aloe*.
      - *Hypociſthis*, *Ladanum*.
      - *Sanguis* draconis.
    - *Diſcutiunt*: ut *Ladanum*, &c.
    - *Emolliunt*: ut
      - *Cera*.
      - *Ladanum*, &c.
    - *Suppurant*: ut
      - *Cera*.
      - *Laudanum*, &c.
    - *Glutinant*, & cicatricem inducunt: ut
      - *Aloe*, *Lycium*.
      - *Mel*.
      - *Sanguis* draconis, &c.
    - *Menſes*
      - *Mouent*: ut *Laſerpitium*, &c.
      - *Siſtunt*: ut
        - *Acacia*, *Hypociſtis*.
        - *Lycium*.
        - *Sanguis* draconis, &c.
    - *Purgant*
      - *Bilem*: ut
        - *Aloe*, cuius doſis eſt in
          - *Subſtantia*, ʒ.j.
          - *Infuſione*, ʒ.ij.
        - *Manna*: cuius
          - *Doſis*, ℥.ij, uel ℥.ij.ß.
          - *Roboratio*. Roboratur
            - *Hyſſopo*.
            - *Thymo*.
            - *Sena*.
        - *Scamonium* ſeu Diagridiũ, cuiꝰ
          - *Doſis*, g.vij. uel viij.
          - *Correctio*, quæ fit
            - *Aniſo*, *Maſtice*.
            - *Thymo*, *pulegio*.
            - *Galanga*, &c.
        - *Succus* roſarum, cuius doſis eſt ab ℥.j. uſque ad ℥.ij.
      - *Pituitam*: ut
        - *Elaterium*: de quo dantur oboli terni, id eſt, ℈.j.ß. cum lacte recens emulcto.
        - *Mel*, &c.

g. *Gummi*

- **g.** *Gummi* agũt aut qualitate
  - *Prima*, Sic eorum alia
    - *Calida*: ut
      - *Ammoniacum*, Bdellium, Cedri, Euphorbium.
      - *Galbanum*, Hederæ, Iuniperi, Vernix, & Sandaraca.
      - *Lacca*, Maſtix, Myrrha, Opopanax, Oleæ, Elemi.
      - *Colophonia*, Reſina, Sarcocolla, Sagapenum, *Styrax*, Stacte.
      - *Storax* liquida, Succinum, Terebinthina, Thus, Pix, &c.
    - *Frigida*: ut
      - *Acaciæ.*
      - *Ceraſorum.*
      - *Tragacanthum*, &c.
  - *Secunda*, Sic eorum alia
    - *Aſtringunt*: ut
      - *Myrrha.*
      - *Succinum*, Thus.
      - *Tragacanthum*, &c.
    - *Diſcutiunt*: ut
      - *Bdellium*, Galbanum, Lacca.
      - *Pix*, Reſina, Styrax.
      - *Sagapenum*, Terebinthina, &c.
    - *Abſtergunt*: ut
      - *Maſtix*, Sagapenum.
      - *Tragacanthum.*
      - *Terebinthina*, &c.
    - *Attrahunt*: ut
      - *Galbanum.*
      - *Pix.*
      - *Terebinthina*, &c.
    - *Emolliunt*: ut
      - *Ammoniacum*, Bdellium, Colophonia.
      - *Galbanum*, Opopanax, Pix.
      - *Reſina*, Styrax, &c.
    - *Suppurant*: ut
      - *Maſtix*, Thus.
      - *Pix*, Reſina.
      - *Styrax*, &c.
    - *Glutinant* & cicatricem inducunt: ut
      - *Acacia*, Bdellium.
      - *Myrrha*, Sarcocolla.
      - *Thus*, Sandaraca, &c.
    - *Flatus* diſcutiunt: ut *Bdellium.*
    - *Menſes*
      - *Mouent*: ut
        - *Galbanum*, Myrrha.
        - *Opopanax*, Sagapenum.
        - *Styrax*, &c.
      - *Siſtunt*: ut — *Thus*, &c.
    - *Venenis* reſiſtunt: ut — *Bdellium*, Galbanum, &c.
    - *Dolorem* mitigant: ut — *Opopanax*, &c.
    - *Purgant* pituitam: ut
      - *Euphorbium.*
      - *Opopanax*, *Sagapenum.*
      - *Sarcocolla*, &c.
- **h.** *Cortices* agũt aut qualitate
  - *Prima*. Sic eorum alij
    - *Calidi*: ut
      - *Arantiorum*, Caſię, Radicum capparis.
      - *Cinnamomi*, Fabarũ, Mali citri, Macer.
      - *Raphani*, Tamaricis, Thuris, &c.
    - *Frigidi*: ut
      - *Granatorum.*
      - *Mandragoræ.*
      - *Nucis* iuglandis immaturæ, &c.
  - *Secunda*, Sic eorum alia
    - *Aſtringunt*: ut — *Thuris*, Malorum granatorum, &c.
    - *Diſcutiunt*: ut — *Radicum* capparis, &c.
    - *Abſtergunt*: ut — *Fabarum*, Capparis radicum, &c.
    - *Menſes* prouocant: ut
      - *Caſia.*
      - *Cinnamomum.*
      - *Capparis* radicum, &c.
    - *Venenis* reſiſtunt: ut
      - *Cinnamomum.*
      - *Mali* citri cortex.
      - *Caſia*, Nucis iuglãdis, &c.
    - *Strumas* diſcutiunt: ut — *Fabarum*, &c.
    - *Ventriculum* roborant: ut
      - *Arantiorum*, Mali citri.
      - *Cinnamomum.*
      - *Macis*, &c.
    - *Lienis* obſtructiones aperiunt: ut — *Capparis* radicum, Tamaricis, &c.
    - *Calculum* minuunt: ut — *Raphani*, &c.

**i. *Ligna* agunt uel qualitate**

- *Prima.* Sic eorum alia
  - *Calida:* ut
    - *Agalochum*, lignum Aloes.
    - *Aſpalathus*, Tamarix.
    - *Viſcus* quercinus.
    - *Xylobalſamum*, Guaiacum, &c.
  - *Frigida:* ut Santalum
    - *Album.*
    - *Citrinum.*
    - *Rubrum*, &c.
- *Secunda.* Sic eorum alia
  - *Aſtringunt:* ut — *Santala*, Xyloaloe.
  - *Extrahunt.* ut — *Viſcus*, &c.
  - *Flatus* diſcutiunt: ut — *Lignum* aloes, &c.
  - *Dolorem* mitigant: ut — *Agalochum*, &c.
  - *Corroborant*
    - *Caput:* ut — *Agalochum*, Xylobalſamum, &c.
    - *Cor:* ut — *Lignum* aloes, Santala, &c.
    - *Stomachum:* ut — *Lignum* aloes.
    - *Iecur:* ut — *Agalochum*, Santala, &c.
    - *Lienem:* ut — *Tamariſcus*, &c.

**k. *Medicamentorum* differētiæ ſumūtur etiā ab animalibus: atque uel**

- *Integris:* ut ſunt
  - *Cantharides*
    - *Erodunt*, Exulcerant.
    - *Calorem* eliciunt.
    - *Menſes* / *Vrinam* } Ciunt.
    - *Aqua* ſubter cutem auxiliantur, &c.
  - *Cochleæ*, quarum
    - *Teſtæ*
      - *Crematæ*
        - *Solæ*
          - *Calefaciunt* & urunt.
          - *Purgant*
            - *Lepras.*
            - *Vitiligines.*
            - *Dentes*, &c.
        - *Cum carne*, & cū melle illitæ
          - *Oculorum* cicatrices / *Vitia* cutis / *Albugines* / *Viſus* hebetudines } Emendant.
      - *Crudæ* cum tegumentis impoſitæ
        - *Aquæ* inter cutem tumores exugunt.
        - *Podagricas* inflammationes leniunt.
        - *Impactos* corpori aculeos illitæ euocant, &c.
    - *Carnes*
      - *Cum* thure & myrrh illitæ, uulnera neruorum conglutinant.
      - *Tritæ* in aceto, ſanguinem naribus erumpentem infrenant.
      - *Cum* teſta tritæ, uino & mirrha, coli cruciatus ſanat, bibitum.
  - *Ranæ*
    - *Decoctæ* ex ſale & oleo, atq; uel
      - *Eſæ* Contra omniū ſerpentiū uenena pro antidoto ſunt.
      - *Ius* earum bibitum. Contra inueteratos tendinum rigores pollent.
    - *Crematæ*, profluentis ſanguinis impetus ſiſtit.
  - *Hirundines*
    - *Cocti*, atq; eſi in cibo acies uiſus medicamentum præbent.
    - *Cremati*, atq; in cinerem redacti
      - *Oculis* claritatem adferunt cum melle obliti.
      - *Anginæ* auxiliantur, eodem modo peruncti, &c.
      - *Vuæ* & tonſillarum inflammationibus ſuccurrunt.
    - *Exiccati*, Anginam curant, ſi drachmæ pondere ex aqua bibantur, &c.
  - *Scorpiones* terreſtres, qui triti crudi & impoſiti ſuæ plagæ remedium ſunt.
  - *Cancri*
    - *Crudi*, & triti potiq; ex aſinino lacte, auxiliantur contra ſerpentium phalangiorumq; morſus, atq; ſcorpionum ictus.
    - *Decocti*, & cum iure eſitati tabidis proſunt.
    - *Cremati*, atq; in cinerem redacti
      - *Canis* rabioſi morſibus proſunt, ſi duo cochlearia, adiecto dimidio radicis gentianæ, triduo cum uino potantur.
      - *Necant* ſcorpiones cum ocimo admoti.
  - *Lumbrici* terreni
    - *Crudi* impoſiti præciſos neruos glutinant: tertianas diſcutiunt.
    - *Decocti* cum
      - *Adipe* anſerino, infuſi, affectis auribus medentur.
      - *Oleo*, dentium doloribus præſtant auxilium, ſi in contrariam aurem inſtillentur.
    - *Triti* in potu ex paſſo, urinam ciunt.
  - *Galli*, &c. ad ius purgatorium eligantur ruſi, plurimùm annoſi, benè carnoſi, furfure nutriti, &c.
- *Partibus* eorundem. Vide in ſequentibus ſub ſigno l.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0242-1
DFG

1. *Medicamentorum differētiæ ſumuntur etiam ab animalium partibus, atque uel*

- *Sentientibus*
  - *Principibus*: ut
    - *Cerebella*
      - *Leporis*, aſſata
        - *Tremoribus*, qui ualetudine contracti ſunt, proſunt.
        - *Dentitionem* infantibus facilem pręſtāt, affrictu, aut cibo, &c.
      - *Paſſerum*
        - *Bonum* ſanguinem præſtant.
        - *Semen* genitale augent.
    - *Hepar*
      - *Caprinum* inaſſatum, luſcioſis prodeſt.
      - *Aprinum*, areſactum, tritum, & ex uino potum, contra ſerpentium morſus auxilio eſt.
      - *Canis* rabidi, toſtum, & in cibo ab emorſis ſumptum, curat eos.
      - *Aſininum*, inaſſatum eſu comitialibus } Prodeſt.
      - *Lupinum*, &c. hydropicis. } Prodeſt.
    - *Pulmo*
      - *Suillus*, *Agninus*, *Vrſinus* } *Impoſitus*, attritus à calceamētis cōtractos, ab inflāmatione tuetur.
      - *Vulpinus*, ſuſpirioſos adiuuat, ſi areſactus bibatur.
    - *Teſtes*
      - *Caſtorei*
        - *Serpentum* uenenis aduerſantur.
        - *Sternutamenta* mouent.
        - *Menſes* ac partus ciunt.
        - *Partus* ac ſecundas eijciunt.
        - *Lethargicos* excitant.
        - *Tremulis* —— / *Conuulſis* / *Omnibus* neruorum uitijs } Proſunt.
        - *Calefaciunt*, &c.
      - *Gallorum*
        - *Optimè* nutriunt.
        - *Semen* generant, &c.
    - *Priapus*
      - *Cerui*
        - *Contra* uiperarum morſus prodeſt.
        - *Vrinam* retentam prouocat.
        - *Coli* cruciatibus medetur.
        - *Venerem* excitat.
      - *Tauri*
        - *Venerem* ſtimulat.
        - *Vrinam* prouocat, &c.
  - *Non principibus*: ut
    - *Ventriculus* gallinæ uel galli: uel potius interior eius tunica, ſiccata atq; trita, ſtomachicis mirificè confert, &c.
    - *Inteſtina*
      - *Lupi*, hydropicis / *Gallinarum*, ſtomachicis } Proſunt, &c.
    - *Renes* ſcincorum
      - *Venerem* excitant unius drachmæ pondere bibiti.
      - *Cum* decocto lentis, cum melle, aut ſemine lactucæ cum aqua poti, ueneris cupiditates inhibent, &c.
- *Non ſentientibus*: & uel
  - *Proprijs.* Vide in ſequentibus ſignum ✥
  - *Improprijs*: uidelicet
    - *Pinguedine*: atq; uel in
      - *Genere.* Sic adeps omnis
        - *Calefacit.*
        - *Emollit.*
        - *Rarefacit*, &c.
      - *Specie.* Sic adeps
        - *Anſerinus* / *Gallinaceus* } Hic
          - *Ad* uuluæ uitia proficit.
          - *Laſsitudines*, & fatigationes leuat.
          - *Labiorum* rimas, & aurium dolores curat.
          - *Faciem* mangonizat.
        - *Taurinus* / *Bubulinus* / *Vitulinus* / *Leoninus* } *Aliquantum* aſtringunt.
        - *Caprinus*
          - *Aſtringentior* eſt.
          - *Decoctus* cum rhoe & caſeo, dyſentericis competit infuſus.
          - *Phthyſicis* in ſorbitionibus conuenit, &c.
        - *Hircinus*
          - *Validiſsimè* diſcutit.
          - *Podagricis* auxiliatur cum fimo capræ, & croco impoſitus.
        - *Ouillus*, diſcutit, & podagræ conuenit.
        - *Suillus*
          - *Ambuſtis* medetur.
          - *Contra* uuluæ & ſedis uitia idoneus eſt.
          - *Emollit*, &c.
        - *Aſininus*, cicatrices corpori concolores reddit.
        - *Vrſinus*, capillos alopeciæ reſtituit, & pernionibus ſubuenit.
        - *Vulpinus*, aurium doloribus medetur.
        - *Viperæ*, oculorum hebetudines, & ſuffuſiones ſanat.
    - *Vnguibus.* Sic unguis
      - *Odoratus*, de quo uide ſuprà.
      - *Aſininus*
        - *Comitiales* adiuuat per multos dies potus.
        - *Strumas* diſcutit, illitus.
      - *Caprinus*, alopeciam curat, illitus ex aceto.
      - *Vaccinus*, nutricibus lactis copiam præbet.
      - *Mularum*, mulieres infœcundas reddit.
    - *Excrementis.* Vide in ſequentibus ſub ſigno ✻✻

Medicamẽtorum differentiæ, ab animaliũ partibus ſumptæ non ſentientibus proprijs, ſunt uel

- *Oſſa*: ut
  - *Os* cordis ceruini
    - *Contra* omnia uenena mirificè præſtat.
    - *Antidotis* admiſcetur, quæ peſtilentiæ aduerſantur.
    - *Omnibus* cordis affectibus confert.
  - *Cornu* ceruinum
    - *Cinis* elotus & binis ligulis epotus, dyſentericis prodeſt.
    - *Sanguinem* excreantibus, *Cœliacis*, Regio morbo, *Veſicæ* doloribus, *Vuluæ* fluxione laborantibus — Confert.
  - *Cranium* hominis
    - *Epilepſiæ*, *Apoplexiæ*, *Vertigini* — Prodeſt.
  - *Os* ſepiæ
    - *Ad* *Vitiligines*, *Lentes*, *Scabiem* — *Vſum* præſtat iuſtum.
    - *Vngues* in oculis eliquat, ſali foſsili mixtum, &c.
  - *Teſta* cochlearum, uſta
    - *Calefacit*, & urit.
    - *Lepras*, *Vitiligines*, *Dentes* — Purgat.
    - *Oculorum* cicatrices, *Vitia* cutis in facie, *Albugines*, *Viſus* hebetud. &c. — Emendat.
  - *Talus* ſuillus, inflammationibus coli, longisq; torminibus medetur, tritus & potus, &c.
  - *Ebur*
    - *Vim* aſtringendi obtinet.
    - *Fluxiones* mulierum albas ſanat, potum.
    - *Paronichia* curat.
  - *Vnicornu*
    - *Omnibus* cordis affectibus confert.
    - *Contra* omnia uenena mirificè præſtat.
- *Medulla*
  - *Ceruina*, *Vitulina*, *Taurina*, *Caprina*, *Ouilla* — Omnes
    - *Emolliunt.*
    - *Calefaciunt.*
    - *Rarefaciunt.*
    - *Vlcera* explent, &c.
- *Sanguis*
  - *Anſerinus* & hœdinus, utiliſsimè in antidota miſcetur.
  - *Palumbinus*, *Turturis*, *Perdicis* — Confert
    - *Oculis* cruore ſuffuſis, & recentibus eorum uulneribus — Illitus.
    - *Luſ iosis* — Illitus.
  - *Columbinus*, cruorem membranis cerebri erumpentem inhibet.
  - *Hircinus*, *Caprinus*, *Ceruinus*, *Leporinus*
    - *Dyſenteriam*, *Cœliacam* — *Inaſſatus* & cum uino potus, curat.
  - *Caninus*, contra
    - *Morſum* canis rabidi, *Epotum* toxicum — *Valet* bibitus.
  - *Teſtudinis* terreſtris, comitialibus prodeſt.
  - *Taurinus*
    - *Duritias* diſcutit, *Emollit* — *Cum* polenta illitus.
- Caro: ut
  - *Mumia*
    - *Hemicraneæ*, paralyſi, *Comitialibus*, uertiginoſis, *Tuſsientibus*, *Deuolutis* ab alto, *Excreationibus* cruentis, &c. — Prodeſt.
  - *Viperæ*
    - *Claritatem* oculis affert.
    - *Neruorum* uitijs auxiliatur.
    - *Senectutem* prolongat.
    - *Totum* corpus per cutim purgat.
    - *Elephantiaſi* confert.
    - *Contra* omnia uenena mirificè ualet.
  - *Ranæ*, contra omnium ſerpentium uenena pro antidoto ſunt.
  - *Cochleæ*
    - *Stomacho* utiles ſunt.
    - *Non* facilè corrumpuntur.

** *Medicamentorum* differentiæ petitæ ab animaliũ partibus inſenſibilibus improprijs, ſumũtur etiam ab excrementis

- *Vtilibus*: cuiuſmodi ſunt
  - *Lac*, in
    - *Genere*
      - *Boni* ſucci eſt.
      - *Corpus* alit.
      - *Aluum* emollit.
      - *Stomachum* & inteſtina inſlat, &c.
    - *Specie*. Sic aut
      - *Humanum* } Prodeſt.
        - *Maximè* alit
        - *Tabi*
        - *Stomachi* roſionibus
        - *Oculis* cruore ex ictu ſuffuſis
        - *Podagricis*
      - *Caprinum*
        - *Aluum* minus tentat.
        - *Stomacho* accommodatiſsimum.
      - *Ouillum*
        - *Craſſum.*
        - *Præpingue.*
        - *Stomacho* non uſq; adeò utile.
      - *Bubulum*, aſininum, equinum
        - *Ventri* magis idoneum.
        - *Ventrem* turbat.
        - *Fluxioni* alui ſiſtit.
  - *Caſeus*, recens atq; illitus } Confert.
    - *Inſlammationibus* oculorum
    - *Sugillatis*
  - *Butyrum*
    - *Emollit.*
    - *Ventrem* ſoluit, largius epotum.
    - *Gingiuarum* pruritus } Emendat.
    - *Oris* ulcera infantibus } Emendat.
    - *Inſlammationes* } Vuluæ diſcutit.
    - *Duritias* } Vuluæ diſcutit.
    - *Dyſentericis* } Infunditur, &c.
    - *Coli* exulcerationibus } Infunditur, &c.
- *Inutilibus*: uidelicet concoctionis
  - *Primæ*: cuiuſmodi ſunt
    - *Coagulũ*
      - *Leporis*
        - *Venenatorum* morſibus } *Auxiliatur*, tribus obolis ex uino ſumptum.
        - *Cœliacis*, Dyſentericis } *Auxiliatur*, tribus obolis ex uino ſumptum.
        - *Fœminis* fluxione uuluæ laborãtibus } *Auxiliatur*, tribus obolis ex uino ſumptum.
        - *Reiectionibus* à pectore } *Auxiliatur*, tribus obolis ex uino ſumptum.
        - *Sanguinem* in grumos concretum diſcutit.
        - *Potum*, partus necat.
        - *Pariendi* ſpem adimit, à puerperio potum.
      - *Equi* } Conuenit.
        - *Cœliacis*
        - *Dyſentericis*
      - *Hœdi*, Agni; *Capræ*, Vituli; *Bubuli*, Cerui; *Apri*, &c.
        - *Similem* uim habet.
        - *Contra* aconiti potum in uino, & concretum lac in aceto conuenienter aſſumitur, &c.
    - *Stercus*
      - *Bouinum*
        - *Vulnerum* inſlammationes mitigat recens admotum.
        - *Coxendicis* cruciatus fotu compeſcit.
        - *Duritias* } *Diſcutit* illitum ex aceto.
        - *Panos* } *Diſcutit* illitum ex aceto.
        - *Strumas* } *Diſcutit* illitum ex aceto.
        - *Procidentes* uuluas reprimit ſuffitum.
      - *Caprinum*
        - *Regium* morbum emendat, in uino potum.
        - *Menſes* cit } *Cum* odoramentis hauſtum.
        - *Partus* euocat } *Cum* odoramentis hauſtum.
        - *Proſluuia* fœminarum ſiſtit, impoſitum lanis cum thure.
        - *Sanguinis* impetus ex aceto cohibet.
        - *Alopecijs*, exuſtum medetur, cum aceto illitum, &c.
      - *Ouillum* } *Sanat*, ex aceto illitum, &c.
        - *Epinyctidas*
        - *Clauos*
        - *Penſiles* uerrucas
        - *Ambuſta* igni
      - *Suis* ſyluestris
        - *Reiectiones* ſanguinis ſiſtit } *Aridum* in uino potũ.
        - *Vetuſtum* lateris dolorẽ mulcet } *Aridum* in uino potũ.
        - *Ad* rupta & conuulſa ex aceto bibitur.
        - *Luxatis* cum cerato roſaceo medetur.
      - *Equinum*, *Aſininum* } *Sanguinis* eruptiones cohibet cum aceto.
      - *Columbinum*
        - *Excalfacit* } *Vehementius.*
        - *Vrit* } *Vehementius.*
        - *Strumas* ex aceto & hordeacea farina diſcutit.
        - *Carbunculos* emarginat.
        - *Ambuſtis* igne medetur, tritũ cũ melle, lini ſemine & oleo.
      - *Gallinaceum*
        - *Omnia* eadem, ſed inefficacius præſtat.
        - *Contra* uenena fungorum } *Ex* uino aut aceto bibitum.
        - *Contra* coli cruciatus } *Ex* uino aut aceto bibitum.
      - *Ciconiæ*, Comitialibus prodeſt, ex aceto potum.
      - *Murinum*
        - *Alopecijs* medetur, tritum & aceto illitum.
        - *Calculos* expellit, cum thure & mulſo.
        - *Alui* deiectionem promouet.
      - *Caninum*
        - *Anginis* auxiliatur, gutturi impoſitum.
        - *Aluum* ſiſtit.
      - *Humanum*
        - *Vulnera* ab inſlammatione uindicat, illitum.
        - *Anginæ* confert, ſiccum & ex melle inunctum, &c.
  - *Secundæ*. Vide in ſequentibus ſignum m.
  - *Tertiæ*. Vide in ſequentibus ſignum n.

- m. *Medicamentorum* differentiæ ſumũtur etiam ab animaliũ excrementis ſecundæ concoctionis: uidelicet
  - *Vrina*, quæ eſt uel
    - *Humana*
      - *Contra*
        - *Viperæ* morſus
        - *Venena*
        - *Incipientem* hydropem
        - } *Prodeſt* pota.
      - *Morſus*
        - *Scorpionis*
        - *Draconis*
        - } *Sanat*, admota ſeu illita.
    - *Canina*
      - *Ad* perfundendos canis morſus idonea eſt.
      - *Pruritus*, *Lepras* } *Expurgat* addito nitro.
      - *Vlcera*, *Furfures*, *Pſoras* } *Capitis* abſtergit.
      - *Nomas* genitalium cohibet.
      - *Auribus* infuſa manans pus ſupprimit.
    - *Taurina*: aurium dolores lenit, cum myrrha inſtillata.
    - *Aprina*
      - *Veſicæ* calculos, potu expellit.
      - *Aurium* dolores mulcet.
    - *Caprina*
      - *Hydropicos* curat, pota cum ſpica nardi.
      - *Vrinam* per aluum extrahit.
      - *Aurium* doloribus medetur, inſtillata.
    - *Aſinina*. Renum uitijs medetur, &c.
  - *Felle*, & uel in
    - *Genere*. Sic fel omne
      - *Excalefacit*.
      - *Acre* eſt.
      - *Deiectionẽ* alui promouet infantibus, tomentũ in eo intinctũ, atq; ſubiectũ.
    - *Specie*, Sic fel
      - *Scorpionis* marini, *Marinæ* teſtudinis, *Hyænæ*, *Perdicis*, *Aquilæ*, *Gallinæ*, *Sylueſtris* capræ } *Prodeſt*
        - *Contra* ſuffuſiones incipientes.
        - *Contra* oculorum caligines.
        - *Contra* argemas.
        - *Contra* genarum ſcabritias.
      - *Taurinum*
        - *Ouillo*, ſuillo, hircino atq; urſino multo efficacius eſt.
        - *Anginæ* prodeſt inunctum cum melle.
        - *Sedis* ulcera ſanat, & ad cicatricem uſq; perducit.
        - *Auribus* fractis & purulentis, cum lacte muliebri competit, &c.
      - *Ouillum*, contra eadem pollet, ſed inefficacius.
      - *Vrſinum*, eclegmate comitiales adiuuat.
      - *Teſtudinum*
        - *Anginis*, *Nomis* in ore infantium } Prodeſt.
        - *Comitiales* erigit, naribus inditum.
      - *Hircinum*, luſcioſos ſanat.
      - *Suillum*, contra aurium ulcera, reliquaq; omnia prodeſt.

- n. *Medicamentorum* differentiæ ſumuntur etiã ab animalium excrementis tertiæ concoctiõis: cuiuſmodi ſunt
  - *Sordes*, ſeu ſtrigmenta à balneis
    - *Calefaciunt*.
    - *Molliunt*.
    - *Diſcutiunt*.
    - *Ad* ſedis rimas & condylomata illinuntur.
    - *Articulorum* nodos adiuuant, &c.
  - *Sudores*, præſertim equi, aſini & muli
    - *Viridem* tumidamq; reddit faciem, potus.
    - *Ventriculum* perturbat, præſertim ſudor ſub alis.
    - *Delirium* facit ex uino potus, &c.
  - *Zibetum*
    - *Calidæ* humidæq; facultatis eſt.
    - *In* coitu, mulieribus magnum affert ſolatium, ſi penis glans eo inungatur.
  - *Moſchus*
    - *Calefacit* ordine ſecundo, ſiccat uerò tertio.
    - *Cor* frigidum ac tremulum roborat, & omnibus ipſius affectibus opem præſtat.
    - *Cerebrum* roborat.
    - *Dolorem* capitis diuturnum mulcet.
    - *Albugines* oculorum tenues detergit.
    - *Humidas* oculorum defluxiones ſiccat, &c.

CC. De

# C C. De Medicamentis artificialibus.

Medicamentorum mixtio, quę fit arte, figuram naturalem aufert, & artificialē nouā indit. Sic ergo figurā habet medicamentum uel

- *Fluidā*: & uel
  - Nō pinguē, quibus ars indit figuram rei uel
    - Naturalis: ut puta
      - *Lactis*: ut lac amygdalarum dulcium
        - *Nutrit*, abſtergit.
        - *Sitim* extinguit.
        - *Pectus* lenit.
        - *Leniter* aſtringit.
        - *Alui* fluores ſiſtit, &c.
      - *Mellis*
        - *Syrupi*
          - *Alterantes ſeu concoquētes*
            - *Bilem*, in
              - *Capite*: ut Syrupus
                - *De* papauere.
                - *Nenupharis*, &c.
              - *Pectore*: ut
                - *Violarum.*
                - *Iniubarum.*
                - *Portulacæ*, &c.
              - *Stomacho*: ut Syrupus
                - *Acetoſus* ſimplex.
                - *Granatorū*, Roſar.
                - *Oxyſaccharū*, &c.
              - *Corde*: ut Syrupus
                - *Acetoſæ.*
                - *Acitoſitatis* citri.
              - *Hepate*: ut
                - *Endiuiæ.*
                - *De* ſucco Endiuiæ.
                - *Cichorij.*
            - Pituitā, in
              - *Capite*: ut Syrupus de
                - *Betonica.*
                - *Stœchade.*
              - *Thorace*: ut Syrupus
                - *Hyſſopi*, Praſsij.
                - *Calamenthi.*
                - *Epithymi.*
                - *Glycyrrhizæ.*
                - *Capillorum* ueneris.
              - *Corde*: ut Syrup, Biſantinus, de borrag. de bugloſſa.
              - *Stomacho*: ut
                - *Syrupus* de mantha.
                - *Mel* roſ. colatum.
                - Oxymel
                  - *Simplex.*
                  - *Compoſitum.*
                  - *Scilliticum.*
                - *Abſynthij*, &c.
              - *Hepate*: ut
                - *Syrupus*
                  - *De* duab. radicib.
                  - *De*quinq; radicib.
                - *Acetoſus.*
                - *Syrupus* de Eupatorio.
              - *Matrice*: ut
                - *Arthemiſiæ.*
                - *Calamenthi.*
            - *Atram* bilem: in
              - *Genere*: ut Bizantinus.
              - *Specie*: & uel in
                - *Corde*: ut Syrupus
                  - De pomis compoſ.
                  - *Sabor* regis.
                - *Hepate*, & ſplene, ut Syrupus
                  - *De* epithymo.
                  - *Lupulorum.*
                  - *Fumi* terræ.
          - *Purgantes*: ut Syrupus
            - *De* cichorio cum rhabarbaro.
            - *Diaſcreos.*
            - *Infuſionis* roſarum.
            - *Magiſtralis*, &c.
        - *Iulapia*
          - *Frigida*: ut
            - *Violarum.*
            - *Roſarum.*
          - *Calida*: ut iulapium uini, &c.
      - *Aquæ*. Vide in ſequentibus ſignum β.
    - *Non* naturalis. Vide in ſequentibus ſignum γ.
  - *Pinguem*. Vide in ſequentibus ſignum ϱ.
- *Non* fluidam. Vide in ſequentibus ſignum Σ.

- ζ. *Aquæ* deſtillatæ, ex herbis, floribus, & radicibus in Balneo Mariæ, uel uapore aquæ calidæ, uel in cineribus, leui admodũ calore, atque in uaſis uitreis deſtillandæ ſunt: quarum aliæ
  - Calefacientes, ſeu alterãtes
    - *Caput*: ut aqua
      - *Maioranæ.*
      - *Saluiæ.*
      - *Roriſmarini,*
      - *Betonicæ*, &c.
    - *Pectus*: ut aqua
      - *Hyſſopi.*
      - *Praſſij.*
      - *Capillorum* ueneris.
      - *Scabioſæ*, &c.
    - *Cor*: ut aqua
      - *Mellis.*
      - *Bugloſſæ.*
      - *Borraginis.*
    - *Stomachum*: ut aqua
      - *Menthæ.*
      - *Abſynthij.*
      - *Fœniculi.*
      - *Chamomillæ.*
      - *Rutæ*, &c.
    - *Hepar*: ut aqua
      - *Eupatorij.*
      - *Hyſſopi*, Praſsij.
      - *Lupulorum*, Scabioſæ.
      - *Fumi* terræ, &c.
    - *Matricem*: ut aqua
      - *Arthemiſiæ.*
      - *Pulegij.*
      - *Sabinæ*, &c.
    - *Splenem*: ut aqua
      - *Scolopendrij.*
      - *Epithymi*, &c.
  - *Frigefacientes*
    - *Caput*, ut aqua
      - *Lactucæ.*
      - *Nenupharis.*
      - *Papaueris*, &c.
    - *Pectus*: ut aqua
      - *Violarum.*
      - *Portulacæ.*
    - *Cor*: ut aqua
      - *Acetoſæ.*
      - *Roſarum.*
      - *Borraginis.*
      - *Cotoneorum*, &c.
    - *Stomachum*: ut aqua
      - *Acetoſæ.*
      - *Roſarum*, &c.
    - *Hepar*: ut aqua
      - *Endiuiæ*, Cichorij.
      - *Solatri*, Cucurbitæ.
      - *Hepaticæ*, Cotoneorum, &c.

- γ. *Medicamenta* fluida, quib. ars indit figurã rei non naturalis: ſunt aut
  - *Potiones*, ſeu decocta: parãtur è radicib. folijs, ſeminibus, floribus, & fructib. Ceterùm radicũ quantitas uncias tres ad ſummũ quinque: foliorum manualiũ quinq;: ſeminum drachmarum quatuor: aut ſex, florum manipulorũ quatuor nõ excedat. Fructuum uerò quãtitas numeri adiectione æſtimatur. Aquę menſura rarò libras duas, uel ad ſummũ tres ſuperet. Sacchari pro qualibet ℔. aquæ, additur libra ſemis, &c. Sunt autem potiones huiuſmodi aut
    - *Alterantes*, & uel qualitate
      - *Prima*. Vide in ſequentibus ſub ſigno **.
      - *Secunda*. Sic eorum alia
        - *Flatus* diſcutiunt: ut
          - ℞. *Aniſi*, carui, dauci, cymini, fœniculi, ana ℥.iij.
          - *Cicerum* rub. ℥.S.
          - *Glycyrrhizæ* ℥.S.
          - *Florum* chamæmeli M.S.
          - *Vuarum* paſſarum ℥.j.S.
          - Coque in libris duabus aquæ ad medietatem ferè.
        - *Obſtructiones* uiſcerum aperiunt: ut
          - ℞. *Rad.* Graminis, aſparagi, fœniculi, apij, petroſelini, ana ℥.S.
          - *Cicerum* rubr. ℥.S.
          - In aquæ ſextario ad quartas coquantur,
    - *Purgantes*. Vide in ſequentibus ſignum ε.
  - *Gargariſma*. Vide in ſequentibus ſignum ζ.
  - *Clyſteres*. Vide in ſequentibus ſignum η.
  - *Errhina*. Vide in ſequentibus ſignum κ.
  - *Fomenta*. Vide in ſequentibus ſignum λ.
  - *Epithemata*. Vide in ſequentibus ſignum μ.
  - *Inſeſſus*. Vide in ſequentibus ſignum ν.

**. *Potionum*

✣ *Potionum* alterantium qua litate prima aliæ concoquunt

- *Bilem*
  - *Flauam*, in
    - *Genere*: cuiuſmodi eſt decoctum commune
      - *Primum*: ut
        - ℞. *Prunorum* Damaſc. num. xij.
        - *Hordei* mundati ℥ j.
        - *Tamarindorum*, *Violarum*, *Vuarum* paſſarum — ana ℥.S.
        - *Sem.* com. maiorum ana ℥.ij.
        - Coque in ℔.ij. aquæ communis, donec dimidium abſumatur: cola & utere.
      - *Alterum*: ut
        - ℞. *Prunorum* Damaſc., *Palmularum*, *Vuarum* paſſarum, *Glycyrrhizæ*, *Hordei* purgati — ana partes æquales.
        - In aqua fontana, quantum ſatis eſt, decoquantur.
    - *Specie*: atque uel in
      - *Pectore*: ut
        - ℞. *Vuarum* paſſarum, *Glycyrrhizæ*, *Violarum*, *Hordei* excorticati, *Prunorum* Damaſcen., *Sem.* quatuor frig., *Palmularum*, *Adianti* — ana partes æquales.
        - In aquæ menſura decenti coquantur.
      - *Hepate*: ut
        - ℞. *Cichorij* rad. & herb., *Endiuiæ*, *Sem.* endiuiæ, Scariolæ, Lactucæ, Portulacæ, *Violarum*, Glycyrrhizæ, *Hordei* mundi, *Prun.* Damaſcenorum — ana partes æquales.
        - In aqua, quantum ſufficicit, decoquantur.
      - *Liene*: ut
        - ℞. *Rad.* capparorum, Cort. tamaricis, Cort. capparorum, *Aſplenij*, *Vuarum* paſſarum, *Violarum*, *Hordei* mundati, *Prun.* Damaſc., *Sem.* quat. frig. com. — ana partes æquales.
        - In aqua fontana decoquantur.
      - *Renibus* & ueſica: ut
        - ℞. *Sem.* quatuor frig. com., *Violarum*, *Hordei* mundi, *Prun.* Damaſc., *Glycyrrhizæ*, *Rad.* cichorij, Graminis, Aſparagi — ana partes æquales.
        - In aqua quantum ſufficit, fiat decoctum.
  - *Atram*, in genere, ut
    - ℞. *Florum* borraginis, Bugloſſæ, *Fumi* terræ, *Lupulorum*, *Rad.* cichorij, Polipodij, Glycyrrhizæ, *Scolopendrij*, *Violarum*, *Prun.* Damaſc. — ana partes æquales.
    - In aqua fontana decoquantur.
- *Pituitam*: in
  - *Genere*: cuiuſmodi eſt decoctum commune: ut
    - ℞. *Vuarum* paſſarum, *Glycyrrhizæ*, *Iuiubarum*, *Sebeſten*, *Prunorum* Damaſc. dulc., *Adianti* albi, *Sem.* aniſi, fœniculi — ana partes æquales.
    - In aqua fontana, quanta ſatis eſt, incoquantur.
  - *Specie*. Vide in ſequentibus ſub ſigno ✣

✣ Po-

**Potiones ſeu decocta alterantia pituitā in ſpecie, atque uel in**

- *Capite*: ut
  - ℞. *Stœchados*, *Betonicæ*, *Saluiæ* ana M. S.
  - *Rad.* Pæoniæ ʒ.ij.
  - *Vuarum* paſſarum ℥ j.
  - *Glycyrrhizæ*, *Aniſi*, *Dauci* ana ʒ.iij.
  - *Nucis* moſchatæ ʒ.S.
  - Coquantur in ſ. q. aquæ ad conſumptionem tertiæ partis.
- *Thorace*: cuiuſmodi eſt decoctum
  - *Primum*: ut
    - ℞. *Hyſſopi*, Adianti, *Palmularum*, Ficuum, *Myxariorum*, Ziziphorum, *Vuarum* paſſarum, *Hordei* purgati, *Glycyrrh.* ana partes æquales.
    - In aqua fontana, quantum ſufficit, coquantur.
  - *Alterum*: ut
    - ℞. *Aniſi*, *Fœniculi*, *Adianti* ana partes æquales.
    - *Cinnamomi*, Maſticis, ana ʒ.j.
    - Omnia coquantur in aqua uſque ad tertiæ partis conſumptionem.
- *Corde*: ut
  - ℞. *Pruna* vij.
  - *Vuarum* paſſarum ℥.j.
  - *Myxaria* xvj.
  - *Zizipha* x.
  - *Florum* borraginis, bugloſſæ, uiolarum, meliſſæ, ana M.S.
  - *Adianti* M. S.
  - *Sem.* baſiliſci, Glycyrrhizæ, Dauci, ana ʒ ij.
  - Coquantur ut ſuprà.
- *Hepate*: ut
  - ℞. *Eupatorii* M j. S.
  - *Abſynthij* M.S.
  - *Azari* M.S.
  - *Rad.* fœniculi, apij, petroſ. ruſci, aſparagi, ana ℥.S.
  - *Sem.* aniſi, fœniculi, ana ʒ.j.S.
  - *Vuarum* paſſarum ℥.j.
  - *Glycyrrhizæ* ℥.S.
  - In aqua, quantum conuenit, coquantur, &c.
- *Renibus* & ueſica: ut
  - ℞. *Saxifraxiæ*, ſpicæ Celticæ, cicerum rubr., *Rad.* aſparagi, fœniculi, *Sem.* aniſi, urticæ, *Vuarum* paſſarum, *Glycirrhizæ* ana partes æquales.
  - Coquantur in aqua, &c.
- *Matrice*, &c. ut
  - ℞. *Artemiſiæ*, ſabinæ, pulegij, calaminthi, ana M. S.
  - *Rad.* rubiæ tinct. fœniculi, aſparagi, apij, ana ℥ S.
  - *Sem.* aniſi, fœniculi, petroſelini, ana ʒ.j.
  - *Glycyrrhizæ* ʒ.iij.
  - *Vuarum* paſſarum ℥.j.
  - Coquantur in aqua, &c.

**Potiones purgantes ſunt aut**

- *Decoctæ*: quorū alia purgant
  - *Bilem*
    - *Flauam*: cuiuſmodi eſt decoctum adianti: ut
      - ℞. *Adianti* recentis ℥.j.S.
      - *Fumariæ*, Lupulorum, Violarum, ana ℥.j.
      - *Prunorum* Damaſc. num. xxxx.
      - *Myxariorum*, num. xx.
      - *Ziziphorum*, num. x.
      - In tribus aquæ libris coquuntur, dum duæ abſumuntur: in iure decocti, colati caſsiæ medullæ ℥.iij diluito, palmularū ℥.ij: Mannæ ℥.j. Rhabarbari electi ʒ.iij. Frigidum manibus fricato, colato, & propinato.
    - *Atram*: cuiuſmodi eſt decoctum fumariæ Meſuæ: ut
      - ℞. *Succi* cichorij, intybi, lupuli, borraginis, ana triens.
      - *Succi* fumariæ ℥ viij. quibus coctis purgatisq; addantur Myrobalanorum flauorum, Indorum ana ʒ. ij.
      - *Vuarum* paſſarum, acinis exemptis ℥.j.
      - *Tamarindorum* ℥.iij.
      - Fricentur & colentur, ſeruenturq;. Flauam bilem & aduſtos humores purgat, obſtructiones iecoris aperit, regiūq; morbū ſanat.
  - *Pituitam*: cuiuſmodi eſt decoctum eupatorij Meſuæ: ut
    - ℞. *Eupatorij*, abſynthij, azari, *Nardi* Indicæ, adianti, *Cyperi*, fumariæ, rhabarbari ana ʒ iiij.
    - *Spinæ* albæ, Aegyptiacæ, ana ʒ.iiij.
    - *Myrobalanorum* chebulorum, Indorum ana ℥.j.
    - *Vuarum* paſſarum ℥.j.
    - Ex aqua coquantur, &c.
- *Diluta*. Vide in ſequentibus ſub ſigno ☙

☙ Po-

*Diluta*: quæ fiunt ex ſimplicibus ac cōpoſitis medicamētis purgantib. Medicamenta cathartica ſimplicia & ſicca minutim inciſa, uel paululū cōtuſa. cū ijs quæ malitiam eorum corrigūt, in conuenienti aliquo humore, horis 24. aut minimū 12. macerantur, deinde manu exprimūtur, coloq; traijciuntur. Cōpoſita uerò medicamēta & liquida in humore tantū diluuntur. His dilutis, ſyrupus aliquis humori quem educere uolumus, idoneus, unciæ inſtar, & aromatis cuiuſdam drachma admiſcetur. Cæterùm dilutorum alia purgant

- *Bilem*
  - *Flauam*: ut
    - ℞. *Rhabarbari* electi ʒ.ij.
    - *Cinnamomi* ʒ. S.
    - *Myrobolanorum* flauorum ℥.S.
    - Macerentur in aquarum ſtillatitiarum, abſynthij & fumariæ ana ℥.ij. In iure colato ſyrupi roſati laxatiui ℥. j. additur, &c.
  - *Atram*: ut
    - ℞. *Fumariæ*, bugloſſæ, origani, ana M. S.
    - *Polypodij* quercini ℥. S.
    - Ex aqua decoquantur, deinde ſenæ electæ drachmæ duæ: lapidis cyanei loti & triti drachma, in iuris huius colati uncijs quatuor per noctem macerantur: deinde ſerapij ex lupulis ℥.S. in eodem iure colato diluitur, &c.
- *Sanguinem*, & puriorem reddunt: ut
  - ℞. *Adianti*. M.j.
  - *Violarum* P.j.
  - *Glycyrrhizæ* ʒ.ij.
  - *Vuarum* paſſarum ℥.S.
  - *Ficus* octo.
  - *Myxaria* ſex. In aqua decoquantur ad dimidias.
  - *Rhabarbari* inciſ. ʒ.j. Rad. nardi ℈ j.
  - *Senæ* ʒ.iij. Per noctem in iure decocti macerātur. Manè leuiter exprimuntur, colāturq; iulapij uiolacei ℥ S, additur, &c.
- *Pituitam*: ut
  - ℞ *Rad.* quinque. ana ℥.1.
  - *Rad.* ebuli. ʒ ij.
  - *Polypodij* ʒ v.
  - *Chamæpytios* M.S.
  - *Florum* ſambuci, Stœchados, ana M. j.
  - Decoquantur in aquæ libra ad dimidias. In iure decocti ſeminis cnici ʒ. iij. Folior. ſenæ ʒ.ij. Cinnamomi ʒ.j. Zingiberis ʒ.S. Per noctem macerantur. Manè percolatis ſerapij diacnicu ℥.j.S. additur, & horis duab. ægro ante cibū propinatur.

*Gargariſmata* nunc apophlegmatiſmi loco adhibentur, pituitæ è cerebro eliciendæ gratia: nunc faucib. affectis peculiariter dicata ſunt, materiam eò deſcendentē uel reprimendo, uel diſcutiendo: interdū ulceris etiā oris ſanando. Cōſtant autē decoctis & aridis medicamentis in puluerē redactis. Horum autem drachmas duas aut tres, illorū ſelibram præſcribere ſemel abunde eſt. Plerunq; uerò ipſis additur mel roſaceum, uel ſyrupi ex ſtœchado ℥.j. Cum ori curando adhibentur, ſucci, ut diamoron, rob de ribes uel berberis, & ſimiles conueniunt, &c. Cæterùm gargariſmatum aliud

- *Repellit*: cuiuſmodi eſt ad inflammatas tonſillas per initia exhibendum: & uel ex
  - *Aquis*: quorū
    - *Vnum*: ut
      - ℞. *Aquæ* roſarum uel plantaginis, quadrans.
      - *Aceti* roſati ℥ j. Miſceantur.
    - *Alterū*: ut
      - ℞ *Aceti* roſ. ℥.iij.
      - *Aquæ* fontanæ ℥ vj.
      - Miſce, & fiat gargariſma.
  - *Decoctis*, quorum
    - *Vnum*: ut
      - ℞ Plantaginis, oxalidis, portulacæ, ana M.j.
      - *Corticum* malorum punicorum, rhus, ana ℥ S.
      - *Roſarum* rubr. P.j.
      - *Cort.* glandium ʒ.iij. Decoquantur in aqua ad tertias: iuri horum colato addantur diamoron ℥ S. Syrupi myrtini & ex papauere, ana ℥.j. Aceti ℥.S. Miſce.
    - *Alterū*: ut
      - ℞. *Summitatum* rubi, myrti, uel uitis, uel piri ſylueſtris M. ij.
      - *Piloſellæ*, plantaginis, ana M.j S.
      - *Roſ.* rub. P.S. Decoquantur in aquæ ℔. ij. ad tertias: in iuris colati ℔ j. S. Diluito ſacchari ℥. iiij. aut mellis roſ. aut diamaron, &c.
- *Reprimit* & detergit in augmento & ſtatu: ut
  - ℞. *Plantaginis*, Oxalidis, ana M. S.
  - *Roſarum* P. ij.
  - *Hordei* mundi P. iij.
  - Decoquantur in aqua ad tertias, fiatq; gargarizatio.
- *Anginis* ſalutare: ut
  - ℞. *Spinæ* Aegyptiæ ʒ.j Iridis ʒ.S.
  - *Glycyrrhizæ* ʒ.S. Furfuris frumenti P.S.
  - *Palmularum*, numero vij.
  - Ex ſapa aut aqua coquantur: iuri paulùm mellis addatur.
- *Diſcutit* & detergit in declinatione inflammationum: ut
  - ℞. *Hyſſopi*, uel ſatureiæ, uel origani M j.
  - *Florum* roriſmarini, ſtœchados, ana P. j.
  - *Glycyrrhizæ* ℥.j. Vuarum paſſarum, ficuum, ana paria xx.
  - Decoquantur in aquæ hordei integri ſextario: in iuris ℔.j.S. Mellis roſacei collati ℥.iiij. diluito.
- *Vlcera* oris maligna, puſtulas, &c. curat: ut
  - ℞. *Plantaginis* utriuſq; prunellæ, fragariæ, liguſtri, roſar. rub. Maluæ flor. cicorij, ana partes æquales. Decoquantur omnia in uaſe nouo & aqua, &c.
- *Purgat* pituitam ex capite: ut
  - ℞. *Hyſſopi*, Saluiæ, Thymi, ana M.S.
  - Decoquantur in aqua ad tertias, adde huius iuris ℔. ℥. iij. oxymellitis.
- *Dolorem* dentium mitigat: ut
  - ℞ *Rad.* quinquefolij ℥. ij. Hederæ ʒ.ij.
  - *Rad.* Cyperi ℥.j. Pyrethri ℥.S.
  - *Caryophillorum*, compeſij ana ʒ.ij.
  - *Piperis* longi ʒ.j.
  - Decoquantur ex uino aſtringente & aqua, aut aceto & aqua, &c.

η.

*Clyſter*, Latinis lauamẽ ſeu ablutio dicitur. Horũ uaria ſunt genera, ad quorum compoſitionem quatuor rebus opus eſt. Primũ aliquo liquore, ut decocto pulli, capi, gallinæ, ciceru‍m, aut alio decocto, iuxta morbi naturã: cuius doſis eſt ℔.j. aut plus minúſue pro diuerſa corporis cõſtitutione. Secundò medicamẽta purgantia, quæ duplo pondere dantur, ad ea quæ deuorantur. Tertiò, ſunt olea diuerſa, pro morbi diuerſitate, quorũ doſis ℥.iij. Quartò ſalis genera, ut facultatem excretoriam excitent: doſis ʒ iij. Ceterùm clyſteriorum alij

- *Alterãt*: atq; uel qualitate
  - *Prima*. Sic eorum alij
    - *Refrigerantes*: ut
      - ℞. *Maluæ*, uiolarum, lactucæ, ana M.j.
      - *Sem*. quatuor frig. maiorum, ana ℥. S.
      - *Prunorum* Damaſc. n. xx.
      - *Florum* uiolarum, bugloſſæ, ana P.j. decoquantur in aqua ad lib. j. in hac Sacchari rubri ℥. j, diluitur.
      - *Olei* uiolacei ℥. iij. Miſce.
    - *Calefacientes*: ut
      - ℞. *Decocti* origani, pulegij, galangæ, ſem. aniſi, carui, cumini, fœniculi, rutæ, baccarum lauri, &c. ℥. vj.
      - *Vini* albi ueteris ℥. iij.
      - *Olei* nucum & rutacei, ana ℥. ij. S.
      - *Mellis* ſcillitici, ℥. ij. Miſce.
  - *Secunda*. Sic eorum alij
    - *Emolliunt*: ut
      - ℞. Parietariæ, atriplicis, mercurialis, ana M.j.
      - *Rad*. Liliorum alborum, ebuli, ana ℥. j.
      - *Sem*. Lini, fœnigræci, ana ℥. S. aniſi. ʒ. ij.
      - *Ficuum* pinguium, numero iiij.
      - *Prunorum*, n. v.
      - *Florum* uiolarum, chamæmeli ana P. j. decoquantur uſque ad libram j. cui adde Caſsiæ, diaprunu ſimplicis, ana ℥. j. mellis uiolacei ℥. ij. olei uiolacei, ℥. iij. & fiat clyſter.
    - *Ad* inteſtinorũ roſionem conueniunt: ut
      - ℞. *Cremoris* hordei, ℔. j.
      - *Olei* chamomelini ℥. iij.
      - *Vitellorum* oui, cum albumine, n. j. Miſce, &c.
    - *Flatus* diſcutiunt: ut
      - ℞. *Mercurialis*, origani, calaminthæ, altheæ, pulegij, ana M. S. rad. galangæ ℥. j. liliorum alborum ℥. j. S. ſem. aniſi, carui, cumini, fœniculi, ana ℥. S baccarum lauri ʒ. iij. ſem. rutæ ʒ. ij. decoquantur in aqua ad tertias. Huius iuris libræ uni poteris addere elect. Diaphœniconis ℥ S. &c.
    - *Dolorem* colicum mitigant: ut
      - ℞. *Iam* dicti decocti, ℥. vj.
      - *Vini* albi ueteris ℥. iij.
      - *Olei* nucum, rutacei, ana ℥. ij. S.
      - *Mellis* ſcillitici ℥. ij. Miſce.
- *Purgãt*: & uel
  - *Bilem*
    - *Flauam*: ut
      - ℞. *Maluæ*, altheæ, parietariæ, uiolarum, lactucæ, cichorij, portulacæ, ana M. S. Rad. altheæ, liliorum alborum, ana ℥. j. Prunorum Damaſ. n. xx. Vuarum paſſarum ℥. j. S. Hordei integri M. j. omnia ſimul ex aquæ ſextario ad tertias decoquantur in iuris colati libra. adde caſsiæ, aut Diacathol. *Sacchari communis*, ana ℥. j. uitell. ouorum *n. j. olei uiolacei* ℥. *iij. ſalis* ʒ. *j. Miſce.*
    - *Atram*: ut
      - ℞. *Mercurialis*, parietariæ, maluæ, altheæ, ana M. j. thymi, peithymi, ſcolopendrij, betæ, ana P. S. Quinque rad. aperientium, ana ℥. ij. Polypodij quercini ℥. j. Florum borraginis, fumiterræ, meliloti, anethi, chamæmeli ana P. j. Sem. cnici, aniſi, fœniculi, ana ℥. j. decoquantur omnia, ut decet, cui adde Confect. Hamech ℥. j. Sacchari rubri, uel mellis uiolacei ℥. j. Olei anethini ℥. iij. Miſce.
  - *Pituitam*: ut
    - ℞. *Quatuor* herbarum mollientium ana M. j. Calaminthæ, acori, chamæpytis, ſaluiæ, roriſmarini, maioranæ, agrimonij, abrotani, meliſſæ, polij montani, ana ℥. j. S. Rad. enulæ, aſparagi, ruſci, acori, ana ℥. j. S. Polypodij ℥. j. Sem. aniſi, carui, cumini, amenos, ſeſeleos, ana ℥. S. Carthami ℥. j. Fœnigræci, rutæ, baccarum lauri, aua ʒ. ij. fiat decoctum, de quo accipe ℔. j. cui adde Diaphœniconis, Benedictæ, ana ℥. i. Sacchari rubri, mellis anthoſat, ana, ℥. iij. Olei anethini ℥. ij. Miſce.
  - *Aquoſos* humores in
    - *Aſcite*: ut
      - ℞. *Radicum* apij, petroſelini, graminis, aſparagi, rubiæ, quinquefolij, ana ℥. ij. Iridis, enulæ, ana ℥ j. Fol. braſsicæ marinæ, thymeleæ, chamæleæ mercurialis, rutæ, ana M. j. Florum geniſtæ, P j. decoquantur in aqua, quouſque ſatis eſt. Huius decocti libræ adde urinæ pueri ℥. vj. *Benedictæ* ℥. S Salis parum. Mixta inferius indantur.
    - *Anaſarca*: ut
      - ℞. Pulegij, hyſſopi, origani, ana M. j. Aniſi, fœniculi ana j. ℥. S.
      - *Agarici* trochiſcati ʒ. ij.
      - *Florum* anthos, ſtœchados, centaurij minoris, ana P. j. omnia decoquantur. In decocti iuris libra diluantur mellis ſcillitici ℥. ij. Benedictæ ℥. j. Miſce, & fiat clyſter.

κ. *Errhina*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0252-6
DFG

κ.
*Ærrhina* ſunt quæ naribus inſeruntur: uulgus naſalia uocat. Vtimur ijs uel in abſtergẽdis naribus, uel ad anterioris cerebri excrementa euacuanda. Fiunt partim ex ſolidis, partim ex humidis, partim ex aridis & humoribus miſtis ad unguenti ſpiſsitudinem. In uſu, panno lineo, aut ſerico penicilli inſtar formato oblinuntur, & naribus conduntur. Cæterùm errhinorũ alia

- *Purgant*
  - *Bilem*
    - *Flauam*: ut
      - ℞. *Succi* roſarum ℥.S.
      - *Diagridij* ʒ.j.
      - *Mellis* parum.
      - *Farinæ* lupinorum, aut hordei, momentum.
      - Formetur errhinon, &c.
    - *Atram*: ut
      - ℞. *Pyrethri* ℥.S.
      - *Pulegij*, *Calaminthæ*, *Polypodij*, *Thymi*, *Epithymi*, *Senæ*, *Veratri* — ana P. S.
      - Decoquantur in aqua ſelibra, adde mellis roſ. ſcillitici, ana ℥.ij. ex iure decocti diluantur, formeturq́; errhinum.
  - *Pituitam*: cuiuſmodi eſt
    - *Vnum*: ut
      - ℞. *Pyrethri*, iridis, ana ℥.S.
      - *Pulegij*, calaminthæ, origani, ana M.j.
      - *Agarici* trochiſcati ℥.j.S.
      - *Florum* roriſmarini, ſtœchados, ana P. S.
      - Decoquantur in ſelibra aquæ. mellis roriſmarini floribus imbuti, & ſcillitici, ana ℥.ij. ex iure decocti diluantur, & formetur errhinon.
    - *Alterum*: ut
      - ℞. *Succi* radicis betonicæ, maioranæ, ana ℥.S.
      - *Mellis* deſpumati ſtillatitij ℥ j.
      - *Vini* albi ℥.S.
      - *Nigellæ* tritæ, nucis moſchatæ, ana ℈.j.
      - Mixtis tepidis ante cibum utitor.
    - *Tertium*: ut
      - ℞. *Succi* betæ, uel iridis, uel helenij, ſucci maioranæ, ana ℥ j.S.
      - *Vini* albi ℥.j.
      - *Zingiberis*, *Pyrethri* — ana P.j.
      - Miſceantur diligenter.
    - *Quartum*, ſolidum: ut
      - ℞. *Nigellæ*, piperis, contuſorum, ana S.j.
      - *Caſtorei* ℈.S.
      - Excipiantur ſucco betæ, rediganturq́; in formam penicilli, & naribus indantur.
- *Sanguinem* reprimunt: ut
  - ℞. *Thuris* ℈.ij. Aloes ℈. j.
  - Contrita in puluerem, ex albumine oui ſubigantur, & mollißimis pilis leporinis adiectis, in penicilli formulam redigantur, quod naribus indatur.
- *Dolorem* capitis & lippitudinẽ auferunt: cuiuſmodi eſt
  - *Vnum*: ut
    - ℞. *Nigellæ*. ʒ.ij. S.
    - *Salis* ammoniaci ℈.j. Elaterij ℈.iiij.
    - Trita excipiuntur oleo irino, ut cerati ſpiſsitudinem habeat. Hoc nares ſubungentem attrahere ſurſum iubeto.
  - *Alterum*: ut
    - ℞. *Iuris* decocti maioranæ ℥.j.S.
    - *Mannæ* granuloſæ ʒ.vj.
    - Mixta ante cibum per nares attrahantur.
  - *Tertium*: ut
    - ℞. *Succi* maioranæ ℥.j. S.
    - *Nigellæ* torrefactæ ʒ. j.
    - His tepefactis ante cibum manè utendum eſt.
- *Vlcera* in naribus purgant: cuiuſmodi eſt
  - *Primum*. ut
    - ℞. *Myrthi*, lentiſci, ana M.j.
    - *Mala* punica immatura duo.
    - Decoquantur ex aqua & uino. Contuſa diligenter exprimantur: iuri colato mellis roſati trientem addito.
  - *Alterum*: ut
    - ℞. *Succi* plantaginis, ſolani, roſarum, ana ℥.iiij.
    - *Vino* albo, aut malorum punicorum ſucco & mellis ℥.j.S.
    - Diluantur.
- *Carnem* excreſcentem auferunt, & polypum & putredinem curant: ut
  - ℞. *Omphacij* in æneo uaſe parati, quantum morbi magnitudo, & partis affectæ ſenſus poſtulat, humoribus iam dictis diluatur, &c. Idem præſtat aqua fortis.

λ. *Fomenta*, à fouendo dicta ſunt, quòd ſcilicet ſuo calore partes corporis, quibus applicantur, foueant. Græci πυρίας uocant. Sunt autem uel

- *Humida*, quæ in utere, ueſica, uel uaſculo æreo, aut teſtaceo, uel ſpongia admouentur. Hæc inflãmationibus, quæ ex bilioſioribus ſuccis contractæ ſunt, cõueniunt. Siquidẽ dolorem ſedant, humorem crudũ concoquunt, emolliunt, diſcutiuntq́;. Horum alia
  - *Digerunt* & reſoluunt
    - *Oculorum* ſuffuſionem: ut
      - ℞. *Fœnigræci* ℥.ij.
      - *Florum* chamomillæ P. S.
      - *Sem.* rutæ ℥ iij.
      - Decoquantur ex aqua, &c.
    - *Pleuriticum* dolorem: ut
      - ℞. *Maluæ*, *Saluiæ*, *Abſynthij*, *Abrotani*, *Scabioſæ*, ana M.S.
      - In ſextario aquæ ad tertias decoquito. Spongia ex iure decocti expreſſa, partem affectam foueto.
    - *Flatus*: ut
      - ℞. *Maluæ* M.j.
      - *Florum* chamomillæ, meliloti, ana P.j.
      - *Seminis* lini ℥. j.
      - *Aniſi* ℥.S.
      - *Ficus* xxxx.
      - Decoquantur in aqua ad tertias. Veſicam iure hoc calente repletam, lateri affecto, ſemel atq; iterum admoueto.
  - *Dolorem* cuiuslibet mẽbri auferunt: ut
    - ℞. *Fol.* maluæ, altheæ, uiolarum, ana M.S.
    - Decoquantur in aqua, olei chamomelini, aut anethini, aut cyprini ℥ ij. addãtur iuri colato. Ex hoc ſpongiam expreſſam parti affectæ applicato.
  - *Stomacho* conueniunt
    - *Frigido*: ut
      - ℞. *Chamomillæ* ℥.ij.
      - *Maſtices*, Nardi Gallicæ, *Abſynthij*, Anethi, ana ℥.j.
      - Coquantur in quinq; uncijs uini, olei omphacini uncijs quatuor.
    - *Calido*, præſertim in febrib. ardentibus: ut
      - ℞. *Succi* lactucæ, *Vuæ* acerbæ, *Portulacæ*, *Solani*, *Vmbelici* ueneris, ana partes æquales.
      - Hoc refrigerato, ſtomachum, aut aliam partem inflammatam, linamentis tinctis foueantur.
  - *Alui* fluxiones bilioſas ſiſtunt: ut
    - ℞. *Gallæ*, *Malicorij*, *Quinquefolij*, *Rad.* baccarũ cupreſsi, ana ℥ S.
    - *In olei communis libra coquantur ad tertias. Spongia iure decocti madida ano admoueatur.*
  - *Conferunt* lieni
    - *Inflammato*: ut
      - ℞. *Thymi*, origani, ana M.S.
      - Decoquantur ex oleo nardino, & uino, aut ex roſaceo cum uino, & aceto, aut auſtero uino, aut dulci, &c. & cum ſpongia expreſſa ei admoueatur.
    - *Indurato*: ut
      - ℞. *Rad.* altheæ, liliorum alborum, ana ℔ j.
      - *Maluæ* M.j.
      - *Ficuum* num. xx.
      - *Sem.* lini, fœnigræci, ana ℥.ij.
      - *Flor.* chamomillæ, roriſmarini, ſambuci, uiolarum, ana ℥.S.
      - *Sem.* uiticis, uiolarum, ana ℥.S.
      - Decoquãtur ex aceto, atq; ex iure lien foueatur.
  - *Menſes* obſtructos reſerant: ut
    - ℞. *Rad.* rubiæ maioris, eryngij, fœniculi, apij, petroſelini, graminis, ana ℥. S.
    - *Rad.* liliorum. altheæ, ana ℥ ij.
    - *Pulegij*, parthemij, ana M.j.
    - *Sem.* apij, *Petroſelini*, *Seſeleos*, *Fœnigræci*, *Altheæ*, ana ℥.j.
    - *Florum* chamomillæ, uiolarum lutearum, purpurearum, ana P.j.
    - Decocto horum uterus foueatur.
- *Arida*, quæ conſtant ex ſale uel milio torrefactis, uel eruo, uel panico, uel auena, uel hordeo, uel cumino, interdum ex arena: quodlibet etiam calefacto, & in linteum uel ſacculos lineos coniecto. Hæc tenues & aquoſos humores diſsipãt, euacuãtq́;. Verũ de his inferius, ubi de ſacculis mentionẽ faciemus, agemus, &c.

μ. Epi-

μ. *Epithemata* ueteribus malagmata uocabantur, diuerſa quā olim ratione è ſtillatitijs liquorib. adiectis ſpecieb. aliquot, componuntur. Ea autem magna ex parte ſic miſcent, ut ℔. uni liquorū ℥.j.S. aut duæ ſpecierū reſpondeāt. Horū alia conferūt

- *Omnibus* corporis partibus in febribus: ut
  - ℞. *Succi* lactucæ, uuæ immaturæ, portulacæ, ſolani, umbilici Veneris, ana ℥.iij.
    His ſpongia aut linteum imbutum, partibus, quæ febris ueluti fomites ſunt, imponi debent.
- *Aliquibus*, uidelicet
  - *Cordi* in
    - *Febri* continua: ut
      - ℞. *Aquarum* roſ. cichorij, bugloſsi, ana ℥.ij.S. Intybi ℥.j.S.
      - *Pul.* diamargariton frigidi ʒ. S.
      - *Diagemmæ*, ſantali citrini, coralli, rubri, ana ℈.j.
      - *Scobis* eboris ℈.S. Margaritarum g. xij.
      - *Croci* g.ij. Vini & aceti roſ. ana ℥.j. S.
        Linteum uel ſpongia his omnibus imbuta, hora una, uel ſeſquihora ante cibum cordis regioni applicetur, per æſtatem, frigidū ſæpiusq; mutetur.
    - *Ardentibus* febribus: ut
      - ℞. *Aquarum* bugloſſæ, roſarum, ana ℥. iij.
      - *Violarum* ℥.vj. Spec. diamarg. frig. ʒ j.
      - *Chryſtalli* ʒ.j.S. Succi citri ℥.S.
        Miſceantur.
    - *Virium* imbecillitate, ex ſpiritibus reſolutis & extinctis: ut
      - ℞. *Aquarum* bugloſſę, meliſſæ, flor. arantiorū, ana ℥. iij.
      - *Ex* floribus myrti, uel roſarum ℥.ij.
      - *Vini* Cretici ℥.j. Spec. diagemmæ ʒ j.
      - *Trochiſcorum* caphuræ ℈.j.
        Mixta cordi applicentur.
  - *Iecori*
    - *Supercalefacto*: ut
      - ℞. *Aquarum* roſarum, intybi, cichorij, ſolani, ana ℥.iij.
      - *Aceti* roſati ʒ.j.
      - *Spec.* diatrion ſantalon ʒ.ij.
      - *Spodij* ʒ.j. S.
        Mixta omnia regioni iecoris admoueantur.
    - *Obſtructo*: ut
      - ℞. *Cichorij* cum rad. Intybi recentis, eupatorij, ana M.j.
      - *Abſynthij* M.S. Florum cichorij P.j.
      - *Sem.* quatuor frig. maiorum & minorum, ana ℥.j.S.
      - *Cyperi* ʒ.ij. Lupinorum ʒ. iij.
      - *Santalorum* omnium, ana ʒ.j. Iunci odorati ʒ.S.
        Hæc omnia in ſacculum coniecta ex octo aquę uncijs, uini & aceti ana ℥.ij in uaſe fictili cooperto ſimul ad ignē inferueſcant, & epithematis modo applicentur.
  - *Vētriculo*
    - *Debili*: ut
      - ℞. *Roſarum* rub. P.ij. Plantaginis M j.
      - *Abſynthij* M. S. Omnium ſantalorum, ana ʒ.ij.
      - *Coralli* rubri ʒ.iij.
        Omnia ſacculo impoſita ex aqua cum momento aceti & uini coquantur: linteum duplicatum hoc iure calido imbutum uentriculo admoueatur.
    - *Bilioſo*: ut
      - ℞. *Acetoſæ*, intybi, ana M.j.
      - *Althea* cum rad. M.S. Abſynthij ſicci P.j.S.
      - *Roſ.* rubr. P.j. Coriandri præparati ℥.S.
      - *Santalorum* omnium, ana ʒ.j.S. Berberorum ʒ ij.
        Decoquantur ex aqua ℔.ij. in ſacculo ad tertias, cui addantur ſucci cotoneorum ℥.iij.
    - *Pituitoſo*: ut
      - ℞. *Meliloti*, chamæmeli. maluæ, altheæ, menthæ, abſynthij, ana M.j.
      - *Nardi* M.j.
        Omnia ex aqua in ſacculo coquantur: iuri addatur olei roſacei, abſynthij, maſtichini, ana ℥.S, adipis anſerini ℥. ij. Ventri cū ſpongia applicentur.
    - *Dolenti*: ex cauſa
      - *Calida*: ut
        - *Decoquantur* herbæ frigidæ ſuperius nominatæ in aqua ad dimidias, ſpongiæ aut lintea iure iſto madida & expreſſa uentriculo imponantur: deinde unguenta odora illinantur.
      - *Frigida*: ut
        - ℞. *Menthæ*, pulegij, calaminthæ, anethi, ana M.j.
        - *Flor.* chamæmeli, meliloti, ana P.S. Roſ. rub. P.j.
        - *Nardi*, iunci odorati, ana ʒ.ij.
        - *Sem.* aniſi, carui, dauci, anethi, fœniculi, ana ʒ j.
        - *Sem.* lini ʒ. iij. Galangæ, zedoariæ, ana ℈ j.
        - *Caryophillorum*, nucis moſchatæ, ligni aloes, ana ℈ j.
          In aquæ & uini æquis partibus decoquantur.
  - *Teſticulis* in febribus ardentibus: ut
    - ℞. *Aquarum* roſ. ℥.viij. Acetoſæ, nymphеæ, bugloſsi, ana ℥.iij.
    - *Santalorum* omnium, corallij utriusq;, ana ʒ.j.S. Croci ℈.S.
    - *Aceti* ℥.S. Caphuræ g.iij. Miſce.
  - *Arterijs*, iuxta manum: ut
    - ℞. *Caryophillorum*, nucis moſchatæ, ligni aloes, cinnamomi, ana ℈.j.
    - *Aquarum* roſarum, bugloſſæ, borraginis, ana ℥.j.
    - *Aceti* roſacei, ʒ ij.
      His cōmixtis, linteum aut pannum ſericum duplex imbutū, obducitur.
  - *Capiti* dolenti ex calida cauſa: ut
    - ℞. *Aquarum* roſarum, lactucæ, ana ℥.iij.
    - *Albuminum* ouorum, numero. j.
    - *Olei* roſacei ℥.S. uel. ℥.j. Aceti roſ. ℥.S. Miſce.

v. *Inſeſſus*, eſt dimidium ſolium, cui ægri ad uentriculum uſq; tantũmodo inſident, cruribus & brachijs exemptis. Horũ uſus ob balneorum defectum, aut ægri imbecillitatem exiſtit. Vtimur aũt his potiſsimũ in renum, ueſicæ, coli, ani & uteri malis. Variantur autem pro morborum diuerſitate: ita ut eorum alij conferant ad

- *Dolorem*
  - *Colicum*: ut
    - ℞. *Altheæ*, rutæ, maioranæ, arthemiſiæ, ana M. ij.
    - *Fol.* lauri ℥. ij. S.
    - *Sem.* apij, aniſi, cumini, ana ʒ. ij.
    - In aqua decoquantur, quanta ſolium dimidium repleat.
  - *Nephriticum*, & colicum, cum flatuum copia: ut
    - ℞. *Anethi*, origani, calaminthæ, chamomillæ, lauri, ana M. iiij.
    - *Sem.* carui, cumini, aniſi, fœniculi, fœnigræci, ana ℥. ij.
    - *Baccarum* lauri ℥. S.
    - *Maluæ*, altheæ, parietariæ, uiolarum, ana M. j.
    - Coquantur in aqua, &c.
- *Anum* prolapſum: ut
  - ℞. *Plantaginis*. M. j.
  - *Roſarum* rubr. M. S.
  - In aqua decoquantur, cui antea chalybs fuerit extincta.
- *Vteri* fluorem nimium, & hæmorrhoidas ani: ut
  - ℞. *Plantaginis*, polygonij, equiſeti, rubi foliorum, ana M. j.
  - *Roſ.* P. iiij. Malicorij ℥. ij.
  - *Rad.* ſymphyti ℥ j. S. Calicum glandium ℥ j.
  - Decoquantur in aqua pluuiali, cui chalybs fuerit extincta.
- *Renes* inflammatos: ut
  - ℞. *Maluæ*, altheæ, ana M. iiij.
  - *Sem.* lini, fœnigræci, ana ℥. ij.
  - Decoquantur in aqua, &c.
- *Calculoſos*: ut
  - ℞. *Raparum* paſtinacæ, ſiſeris, chamomillæ, florum Verbaſci, Betonicę, Brunellæ, Aquilegij, rutæ murariæ, arthemiſiæ, ana M. j. Coquantur in aqua cœleſti, &c. Vel
  - ℞. *Maluæ*, altheæ, chamomillæ, meliloti, parietariæ, ana M. ij.
  - *Rad.* Maluæ ℔ S. Rad. fœniculi ℥. iij. Sem. lini ℥. iij.
  - *Fœnigræci* ℥. ij. Rubiæ tinct. ℥. j. In aqua coquantur.
- *Menſtrua* prouocanda: ut
  - ℞. *Arthemiſiæ*, roriſmarini, marrubij, thymi, calaminthæ, ana M. ij.
  - *Sabinæ* M. j. Fol. lauri P. iij. Flor. roriſm. ſambuci, ana P. ij. Rad. cyperi ℥. ij.
  - *Valerianæ*, apij, petroſelini, fœniculi, ana ℥. j. Gran. iuniperi ℥. j. S.
  - Omnia inciſa, ſacculoq; condita, coquantur ex aqua fluuiali, &c.
- Hæmorrhoides: ut
  - ℞. *Verbaſci*, plantaginis, ana M. j.
  - *Florum* Verbaſci P. j. Sem. lini ℥. ij.
  - *Cort.* mal. punicorum, balauſtiorum, rhus obſoniorum, baccarum myrti, ana ℥. j. S.
  - In aqua & uino auſtero decoquantur ad inſeſſum.
- *Vteri* inflammationem: ut
  - ℞. *Rutæ*, pulegij, nepitæ, marrubij, thymi, arthemiſiæ, altheæ, ana q. ſ.
  - Ad inſeſſum decoquantur. Poſt huius uſum, uterus oleo laurino uel nardino inungatur.
- *Teneſmum*: ut
  - ℞. *Maluæ*, altheæ, uiolariæ, uerbaſci, ana M. j.
  - *Florum* uerbaſci P. j. Sem. lini ℔. S.
  - In horum decocto ex aqua, æger ad umbilicum uſque inſideat.
- *Vulnera*. Aquæ & oleo, æquis partibus ſolio inditis, ægri ad umbilicum uſq; inſideant.
- *Podagram*, &c. ut
  - ℞. *Lixiuij* ex fagi cineribus parati, & quater colati, uini, ana partes æquales.
  - *Aluminis* ℥. ij.
  - Omnia in fictili uitreato calefiant ad ignem, ſed ita ut non ferueſcant, deinde tranſfundantur in uas, in quo pedes conſiſtere poterunt, ut aqua ſupra talos excedat; fiatq; pedum lotio, &c.

ę. *Medicamenta*, quę figuram pinguem habent, ſunt olea, parata aut modo

- *Craſſo*: hoc eſt per impreſsionem. Horum alia
  - *Calida*: atq; uel accommodata
    - *Capiti*, ſunt omnia ferè.
    - *Thoraci*, ut
      - *Amygdalarum* dulcium.
      - *Seſaminum*, Irinum.
      - *Leucoion*, &c.
    - *Ventriculo*: ut oleum
      - *Abſynthij*.
      - *Menthæ*, Maſticis.
      - *Nardinum*, &c.
    - *Hepati*: ſunt eadem, quę uentriculo cõpetunt.
    - *Lieni*: ut
      - De capparibus, Spicæ.
      - *Irinum*, Nardinum.
      - *Amygd.* amararum, Behen, &c.
    - *Vtero*: ut
      - *Irinum*, Nardinum.
      - *Cicinum*, Leucoion.
      - *Anethinum*, Spicæ, &c.
    - *Articulis*: ut
      - *Rutæ*, Spicæ.
      - *Nucum*, Laurinum.
      - *Vulpinum*, Coſtinum, &c.
  - *Frigida*: atque uel accõmodata
    - *Capiti*: ut oleum
      - *Violarum*, Roſarum.
      - *De papauere*.
      - *Nympheæ*, &c.
    - *Thoraci*: ut
      - *Violarum*.
      - *Nymphea*, &c.
    - *Ventriculo*: ut
      - *Roſarum*.
      - *Citoniorum*.
      - *Myrtinum*, &c.
    - *Hepati*: ut
      - *Roſarum*, Citoniorum.
      - *Myrtinum*.
      - *Omphacinum*, &c.
    - *Vtero*: ut
      - *Violarum*.
      - *Roſarum*, &c.
- *Subtili*, ſeu Chymico. Vide in ſequentibus ſignum a a.

**a a. Olea, chymico modo parata, per diſtillationem fiunt. Horum alia diſtillantur ex**

- *Herbis*, earumq; floribus, ex quibus parum olei elicitur. Primùm herbæ uel flores earum inciduntur, contunduntur q; : deinde induntur uitro, miſcēturq;: poſtea, ſi ſiccæ ualde ſint, aqua fontana perfunduntur: ſin humidæ & aquoſæ fuerint, per ſe uaſe occluſo, in ſole alioue loco calido macerantur, quoad oleum in ſuperficie appareat, quod inuerſo uitro, & cæra perforata relictis fæcibus ſeiungitur. Hoc deinde cum aqua effluente ſimul ampullæ imponitur, & ex ferueſcente euocatur rurſus. Aliàs herbæ & flores ita macerati ex balneo pariter deſtillantur, poſtea oleum ſeparatur.
  - *Eaſdem*, quas herbæ unde fiunt, uires obtinent, ſed multò efficaciores.
- *Seminibus*: quæ contuſa conquaſſataq; in fimo equino macerantur dum putreſcāt: deinde uinum ſtillatitium, uel aqua ſuperfunditur, & ex arena, uel in balneo aereo ſicco deſtillantur. Ex ſeminibus autem eſt oleum
  - *Aniſi*
    - *Opitulatur.*
      - *Vertigini*
      - *Anguſtiæ* pectoris
      - *Præfocationi*, Vomitioni
      - *Cruditatibus* ſtomachi
      - *Stomacho*, Inteſtinis
      - *Veſicæ*, Vtero
      - *Omnib.* membris neruoſis
    - *Vteri* fluorem album exiccat.
    - *Oris*, halitusq; fœtorem emendat.
    - *Vſus* eſt eius, ſi aliquot guttarum inſtar ex uino uel iuſculo manè aſſumantur: quinetiam tabellis rectè additur.
  - *Fœniculi*
    - *Capitis* affectibus confert.
    - *Viſum* acuit.
    - Succurrit.
      - *Pectoris* anguſtiæ
      - *Difficultati* ſpirandi
    - *Stomachum* & concoctionem iuuat.
    - *Flatus* diſsipat.
    - *Calculos* arenoſos comminuit.
    - *Vrinam* & menſtrua promouet.
  - *Cumini*, &c.
    - *Stomacho* difficulter concoquenti prodeſt.
    - *Flatus* diſcutit, & tuſsi medetur.
    - *Anhelationi* conducit.
    - *Expectorationem* iuuat.
    - *Colicis* doloribus ſubuenit.
    - *Vrinæ* ſtillicidium & ardorem impedit.
    - *Lieni* uulnerato ſalubre.
- *Fructibus* & radicibus, cum ſcilicet tunduntur: deinde uaſi imponuntur, & tot aquę fontanæ menſuris affuſis, quot illarum ſunt libræ: macerantur per dies tres aut quatuor: poſtea ueſicæ aereæ, quali in ſtillando uino uulgò uti conſueuerunt, induntur, & commiſſuris luto obductis, per aquam frigidam extillantur: primo igne exiguo, poſtea auctiore, tamdiu, dum nihil amplius olei emanarit. Vbi itaq; tantum liquoris, quantum impoſitum eſt, fluxiſſe apparuerit, tunc igne remoto, uas, quod excipit, ſimul auferri debet, ne aduſtionem reſipiat: atque id quod collectum eſt, ſeparare conuenit, & conſequeris oleum præſtantiſsimum.
- *Aromatibus*, primū craſsè in puluerē redactis: deinde ex aqua fontana, quanta opus eſt, maceratis, atque in uaſis uitreis uel per cineres, uel per arenā moderato igne deſtillatis, uaſis etiam in id idoneis ſubinde refrigeratis, &c, Sunt autem aromatū olea aut
  - *Cinnamomi*
    - *Vires* mirificè reficit.
    - *Stomachi* uitioſos humores diſcutit.
    - *Obſtructiones* uenarum aperit.
    - *Omnibus* morbis frigidis conuenit.
    - *Omnem* putredinem impedit.
    - *Vulnera* & ulcera curat illitum.
    - *Partus* accelerat.
    - *Senes* debiles reficit.
    - *Animi* deliquio parturientis præſentiſsimum eſt remedium, una aut altera gutta per ſe ori indita.
    - *Concoctionem* iuuat, &c.
    - Idem præſtat aqua cinnamomi.
  - *Macis*
    - *Calidæ* eſt facultatis.
    - *Colicæ* frigidæ prodeſt.
    - *Roborat*, tres aut quatuor guttę in Iuris cochleari primo, aut uini potu ſumptæ.
      - *Cor*
      - *Ventriculum*
      - *Vterum*
  - *Caryophillorū*
    - *Idoneum* eſt.
      - *Ventriculo*
      - *Iecori*
      - *Cordi*
    - *Vniuerſas* facultates habet, quas balſamum natiuum.
    - *Vulnera* omnia recentia & puncturas ſanat.
    - *Artuum* ſaniem & uulnerum ſanguinem profluentem reprimit.
    - *Ventriculum* & iecur firmat.
    - *Cor* & caput corroborat.
    - *Sanguinem* melancholicum purgat.
    - *Vertiginem* diſcutit.
    - *Viſum* acuit, &c.
  - *Piperis*
    - *Multò* efficaciores facultates habet quàm ipſum piper.
    - *Penetrat* & flatus diſcutit.
    - *Pituitam* abſumit, duabus aut tribus guttis ſumptis.
    - *Horrorem* atq; tremorem febris tertianæ impedit, tres guttæ cum cotoneorum miua ſumptæ.
  - *Nucis* moſchatæ
    - *Ventriculum* frigidum calefacit ac roborat.
    - *Superfluos* uentriculi humores conſumit.
    - *Inflationem* tumoremq; uentriculi prohibet.
    - *Flatus* diſcutit, & colicos dolores ſedat.
    - *Oris* halitum commendat.
    - *Veſicæ* affectibus ſuccurrit, trium aut quatuor guttarum inſtar ex primo cochleari iuſculi, aut uino cretico aſſumptum, &c.
- *Lignis*. Vide in ſequentibus ſignum **.

44. *Olea*, chymico modo parata, deſtillãtur aut ex

- *Lignis*: quæ per deſcenſum deſtillantur. Ex quorum numero ſunt oleum
  - *Ligni* guaiaci: Vlceribus & doloribus ex lue gallica ortis prodeſt.
  - *Iuniperi.*
    - *Membris* ex frigore debilitatis competit.
    - Renes & uterum roborat.
    - *Conceptionem* iuuat.
    - *Vlcera* maligna & uulnera ſanat.
    - *Dolores* mitigat.
  - *Hebeni*
    - *Vlceribus* ex morbo gallico ortis mirificè conuenit.
    - *Dolores* gallicos lenit, &c.
  - *Fraxini*
    - *Arthriticam* frigidam curat.
    - *Excoriationes* cicatrizat.
    - *Morpheam* albam ſoluit, & ipſam denigrat.
    - *Paralyticos* & lienicos curat.
- *Reſinis*, liquorib. concretis, & gũmi, &c. ut eſt oleum
  - *Terebinthinæ*: quod ex ampulla erecta, non alta nimis uel potius ex incuruata optimè deſtillatur in arena. Alij ℔. tribus terebinthinę addunt manipulum ſalis, & uini ſtillatitij modicum, prius macerant, deinde diſtillant. Alij uni libræ terebinthinæ addunt uncias tres cineris. Alij addunt arenam lotam, & deſtillant, &c.
    - *Frigidis* neruorum affectibus conuenit.
    - *In* aſthmate & anhelitus difficultate mirificum eſt, ſi duæ drachmæ ſingulo mane ſumantur.
    - *Empyema* curat.
    - *Colicos* dolores ſedat.
    - *Cicatrices* decorat ac corrigit.
    - *Rimas* uberum in mulieribus curat.
    - *Vulnera* citiſsimè conſolidat.
    - *Spaſmum* tollit.
    - *Surditati* ſuccurrit, &c.
  - *Succini.* Succinum modicè teritur, & retortæ, luto probè obductæ imponitur, ſilicibus paruulis interim cõmixtis: hæc deinde in fornace locatur deorſum uergens, & igne mediocri extructo, elicitur:
    - *Capitis* affectibus / *Neruorum* reſolutioni / *Morbo* attonito / *Comitiali* — Succurrit, gutta aliqua cum aqua tiliæ ſumpta.
    - *Ab* omni ueneno & aeri peſtilenti præſeruat, naribus inunctum.
    - *Renum* & ueſicæ morbis conuenit.
    - *Calculos* educit.
    - *Vrinam* mouet, ex uino potum.
    - *Colico* morbo medetur.
    - *Viers* ſtrangulatui prodeſt, naturalibus illitum. Fœtum euocat.
    - *Partum* facilem reddit, ſi gutta ex aqua uerbenæ parturienti propinetur.
    - *Omnes* facultates corporis roborat & reficit.
    - *Cerebrum* confirmat.
    - *Humores* conſumit, &c.
  - *Maſtichinum.* Maſtix primum in uino coquitur, deinde reponitur, maceraturq́; ex eodem per dies aliquot: poſtea ampullæ erectæ luto diligenter oblitæ, inditur, oleumq́; & aqua per operculum ex nudo igne proliciuntur. Hæc denuò cucurbitæ uitreæ imponuntur, & in balneo Mariæ deſtillantur, dum aqua ab oleo ſeiungatur. hoc deinde per cineres calidos à craſsiore materia ſeparatur, & effluet tenue, flauum & ſubtile: tandem quod craſsius eſt, à fæcibus ſuis in arena euocatur, & in ſolis calore corrigitur:
    - *Nobile* eſt oleum propter uim penetrandi: qua omnia mẽbra reficit.
    - *Stomachum* corroborat.
    - *Ventriculi* cõcoctionẽ adiuuat.
    - *Viſcerum* inflammationib. conuenit.
    - *Abſceſſus* lenit.
    - *Dolores* ſedat.
    - *Neruos* omnes confirmat.
  - *Thuris.* Libra ſemis thuris in puluerem redacti ampullæ orificio magno præditæ inditur: deinde uitrũ calicis modo formatum, quali in potu quotidiano uti conſueuimus, imponitur: ut in medio ampullæ conſiſtat, idemq́; aqua calida impletur: poſtea operculum in uertice perforatum applicatur: cuius foramini infundibulum coaptatur, & oleum commiſſuris oblitis euocatur. Inter deſtillandum uerò aqua calida per illud in uitrum, quod dixi, guttatim ſtillatur: ita tamen, ne hoc repleto, illa effluat, atq; ſic cum aquæ uapore oleum ſimul aſcendit ſuauiſsimum.
  - *Myrrhæ.* Vncijs ſex myrrhæ adduntur aquę uitæ unciæ xij. atq; in fimo equino diebus ſex quieſcunt. poſtea deſtillantur in balneo, uſque quo aqua tota aſcenderit, tum in fundo bociæ remanebit oleum, quod per pannum linteum eſt colandum:
    - *Virtutes* habet balſami.
    - *Conſeruat* ac tuetur omnia à putrefactione.
    - *Faciem* pulcherrimam conſeruet atq; iuuenilem conciliat, ſi eo inungatur.
    - *Vulnera* citiſsimè conſolidat.
    - *Aurium* ſurditatem tollit, &c.
  - *Caphuræ*, &c. Caphura in aqua ualida diſſoluitur, & oleum, quod ſupernatat, ſeiungitur: hoc uitro imponitur, uinoq́; ſtillatitio perfuſum in balneo digeritur: tandem igne deſtillatur:
    - *Febribus* — *Ardentibus* / *Continuis* / *Peſtilentialib.* — Prodeſt, ex humore idoneo ſumptum.
    - *Laterum* inflammationibus conuenit.
    - *Vlcera* maligna curat.
  - *Belzoinum.* Huius pulueris libra ex humore aliquo in cineribus calidis maceratur, deinde aqua igne lento deſtillatur: poſtea auctiore urgetur, dum oleum effluat: hoc tandem aut in ſolis, aut balnei calore corrigitur. Similiter ex ſtyrace utraq; etiam elicitur. Valet ad faciendam aquam odoriferam, &c.
  - *Ceræ*, &c. Cera in ſartagine liquata permiſcetur arenæ lotæ, quod ſatis eſt: ubi refrixerit, ampullæ erectæ imponitur, & igne primum lento, poſtea auctore urgetur, dum nihil effluat, &c.
    - *Dolores* podagricos mirificè ſedat.
    - *Vulnera* / *Vlcera* — Curat, &c.
- *Metallis.* Vide in ſequentibus ſignum B B.
- *Gemmis* & lapidibus. Vide in ſequentibus ſignum C C.

BB, *Olea*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0258-1

**B B. Olea, chymico modo parata, deſtillãtur etiam ex metallis: uidelicet**

- *Auro*, ex quo liquor, ſeu oleum, ſeu potius rubedo in hunc modum extrahitur Auri per regale cementum, ſiue ſtibium purgati lamellæ, ex uiridi ſalis liquore in puluerem reſoluuntur: is deinde aqua pluuiali ſtillatitia tandiu abluitur, donec nulla amplius ſalſedo ſubeſſe percipiatur. Aut ſi celerius idem expedire cupias, auri lamine cum plumbo in lamellas redacto, obteguntur, & per horas uiginti quatuor cementantur, leuiganturq́; dũ calx auri ſubtiliſsima fiat. Poſtea tantum ſpiritus uini ſuper elotum puluerem funditur, quantum ſex digitos tranſuerſos ſupereminеat: ac iuncturis uaſis probè oblitis, macerantur in aqua temperatè calida, ſiue balneo Mariæ, diebus uiginti, aut triginta. Tum liquor citrinus, relicto in fundo uaſis puluere candido, effunditur, & ſpiritus uini ex ampulla uitrea per operculum à flauo auri liquore, modicè ex balneo ſeparatur. Poſtremo idem liquor auri extractus, ad ſummum gradum uſq; eleuari, hoc eſt, quinquies per ampullam incuruatam urgeri debet: atq; tunc quinta eſſentia auri abſolutè parata dicitur, ſummum chymicorum myſterium, &c.
  - *Corpus* humanum integrũ tuetur.
  - *Vitiatum* corpus priſtinæ ſanitati reſtituit.
  - *Spiritum* quaſi emortuum, reficit.
  - *Humidum* radicale auget.
  - *Corpus* ipſum roborat.
  - *Obſtructiones* aperit.
  - *Vniuerſas* corporis partes penetrat.
  - *Sanguinem* uitioſum emendat.
  - *Superf.* humores abſumit.
  - *Omnes* corporis facultates confirmat.
  - *Vniuerſos* tũ interiores, tũ exteriores corporis morbos radicitus euellit, &c.
- *Argento*. Vnde fit liquor argenti, hoc modo. Salis nitri libræ duæ: terræ luteæ libræ quatuor miſcentur, deſtillanturq́;, ut oleum ſalis uiride, igne primũ modico, deinde paulatim adaucto, donec ſpiritus promanare deſierint. huius liquoris unciæ ſex, ſuper argenti puriſsimi in lamellas redacti uncias duas funduntur, & uitro occluſo, in cinerem modicè calidũ, uel ſolem ponuntur, dum illæ exſoluantur: poſtea quod ſolutũ eſt, fæcibus relictis, in aliud uas percolando effunditur, & cum aqua pluuiali ſtillatitia abluitur tandiu, quoad nulla amplius ſalis acrimonia percipiatur: hinc ſpiritu uini diluitur, rurſusque ſeiungitur & exiccatur. Tandem aqua uitæ correcta perfunditur, & uaſculo bene obturato, in loco calido per dies quatuordecim digeritur, paraturq́; liquor ea ratione, qua ex auro:
  - *Omnibus* morbis ex cerebri imbecillitate & inflammatione ortis, conuenit.
  - Prodeſt, &c.
    - *Neruorum* conuulſioni
    - *Morbo* attonito
    - *Maniæ*
    - *Inſaniæ*
    - *Obſtructionibus*
      - *Lienis*
      - *Iecoris*
- *Ferro*. Fit oleum ferri, ſi in reſinam, ſiue oleum rubicundiſsimũ per aquam aluminis redigatur: uel ſi chalybs per acetum ſtillatitiũ læuigetur in puluerem croco ſimilem: atq; hinc ſal armoniacus octies, aut nouies eleuetur: poſtea in oleũ reſoluatur, idemq́; aqua ſtillatitia diligenter lauetur, dum dulceſcat:
  - *Profluuio* alui prodeſt triũ aut quinque guttarũ inſtar cum oleo nucis moſch. ſcrupulo dimidio ex uino rub. bibitum, &c.
  - *Maiorem* in chymia uſum quàm in medicina habet.
- *Aere*. Fit oleum ſeu balſamum æris, quando illud in chalcanthum redigitur, reſoluitur, & ex terra, oleum rubicundũ paratur:
  - Curat.
    - Cancrum
    - *Phagedenas*
    - *Fiſtulas*
    - *Gangrenas*
    - *Vlcera* maligna
- *Stanno*. Fit oleũ ſtanni externũ hoc modo. Stannũ in calcem ſiue cinerẽ redigitur, perfunditurq́; aqua ualida, & dum lapilli cryſtallini proſiliãt, in ampulla ſinitur: deinde humor omnis per arenã modicè extillatur: poſtea acetũ deſtillatũ affunditur, & in balneo macerantur omnia, donec ſoluantur, horiſq́; decem aut duodecim coquuntur, & ubi refrixerint, quod clarum eſt, eximitur, deſtillaturq́;, materiæ exiccatæ, aliud acetũ admiſcetur, coquiturq́; ut anteà, donec omnis eliqueſcat: atq; tunc acetum ſtillare ſinitur: idq́; iteratur uſq; dum illa olei modo in fundo ſubſiſtat: quod dum adhuc calet, eximi debet, ne mellis inſtar fiat ſpiſſum:
  - *Intra* horas uigintiquatuor curat.
    - *Vlcera*
    - *Vulnera* recentia
- *Plumbo*. Fit oleum plumbi, dum hoc in calcem, uel cinerem aduritur, & ſuper hunc aceti optimi ſtillatitij, quantum ſatis eſt funditur, maceraturq́; per biduum in cineribus calidis: deinde hoc relictis fæcibus effunditur, & recens admiſcetur, finiturq́;, & eximitur ut anteà: idq́; toties repetitur, donec omnis dulcedo extracta fuerit: poſtea acetum quod collectũ eſt, ampullæ inditur, & ex balneo deſtillatur, uſq; dum in fundo materia, ſiue ſal plumbi album remaneat, quod in oleũ tandem deducitur, &c.
  - *Deplorata* intra paucos dies ſanat.
    - *Vulnera*
    - *Vlcera*
  - *Membris* Cũ oleo terebynthinæ p̃mixtũ & unctũ, medetur.
    - Conuulſis
    - *Reſolutis*
  - *Tumores* cum oleo chamœmelino, diſcutit.
  - *Reſtinguit*.
    - *Inflammationes*
    - *Ambuſta*
  - Colicam curat, &c.
- *Lithargyrio*, hunc in modum. Lithargyrij libra conteratur optimè, imponaturq́; fictili, quod ſuper ignem ad latus collocetur, & rudicula agitando bene incaleſcere ſinatur: deinde in acetũ ebulliens, quod ſartagini ex aurichalco inditum fuerit, effundatur: atq; tunc oleum à lithargyrio ſeiungitur: poſtea acetum excoletur, & in ſartagine coquatur, donec ad mellis liquidioris ſpiſsitudinem peruenerit. Aliàs lithargyrium aceto ſtillatitio perfundunt, & in loco calido macerant: deinde effundunt: aliudq́; admiſcent, digeriq́; ſinunt ut prius: & eundem laborem reiterant toties, quoad acetũ non amplius coloretur: poſtremo hoc ampullæ indunt, & in balneo extillare permittunt, donec oleum in fundo remaneat, &c. Valet ad
  - *Tumores*.
  - *Inflammationes*.
  - *Exulcerationes*.
  - *Ambuſta*.
  - *Dolores* ex calore, &c.
- *Hydrargyro*, Vide in ſequentibus ſignum ❧



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0259-9

*Olea*, chymico modo parata, deſtillantur etiam ex metallicis: uidelicet

- *Hydrargyro*, fit oleum ad externa uitia hoc modo. Hydrargyri in altum eleuati ſeſquilibra, ſalis armeniaci albiſsimi per fæculas uini preparati ſelibra, ampullæ perlutatæ induntur, eleuanturq; toties, donec in fundo remaneant, & ceræ inſtar liqueſcant: deinde refrigerata cõteruntur, & cũ aqua ſalis armeniaci per ſe, aut ex ouorum aqua ſoluta humectantur, rurſusq; exiccãtur nouies, uel decies: tandem ſupra marmor in loco humido, ſinuntur, dum in aquam reſoluantur. Poſtea huius ſelibra, foliorum auri, & argenti, utriuſq; drachmæ duæ ampullæ imponuntur, maceranturq; horis uigintiquatuor: deinde liquor per balneum ebulliens, uel cineres calidos ſeiũgitur, & uitro probè recõditus, in loco calido ad uſum reſeruatur, &c.
  - *Cancrum*, *Fiſtulas*, *Serpiginem*, *Vlcera* ſerpentia — *Curat* ſine dolore.
  - *Tubercula* ſquamoſa tollit.
  - *Durities* emollit.
  - *Scabiem*, aliaq; cutis uitia, ex morbo Gallico, ſanat.
- *Auripigmento* ſeu arſenico, hoc modo. Auripigmentum cum duplo ſalis nitri pondere cõteritur: deinde carbonibus ſub dio accenſis, catinus imponitur, ſiniturque dum excandeſcat: huic poſtea chymicus aſsidens, auripigmentum immittit, quod lento igne liqueſcere ſinit, donec non amplius ebulliat: mox rurſus tantum inijcit, idemq; ut prius exurere permittit. hoc tamdiu agit, uſq; dum ſatis iniectum fuerit: atq; tunc conſumpto iam ſale nitri, igne uehementiore per horas quatuor, aut quinq; urget, quoad auripigmentũ in fundo butyri inſtar liquefactum reſideat, refrigeratumq; aereo nitore inalbeſcat. poſt cõteritur, imponiturq; marmori, & in loco humidiore ad liquorem reſoluitur: qui tandem artificio ex ampulla deſtillatur:
  - *Craſsitiem* extenuat cum melle illitum.
  - *Elephantiaſim* abigit, terebinthina exceptum.
  - *Ani* ulceribus, & ijs quæ cicatricem ægrè ducũt, prodeſt.
  - *Purgat.*
  - *Extrahit.*
  - *Siccat.*
  - *Suppurationes* diſcutit.
  - *Excreſcentias* reprimit.
  - *Pilos* euellit.
  - *Vlceribus* narium, oriſq; conducit.
  - *Vlcera* ſerpentia, &c. curat.
- *Talco*, hoc modo. Talci libra catillo imponitur, & in igne luculento horis quatuor excandeſcere ſinitur: deinde ubi refrixerit, fornaci, in quo panis iam coctus eſt, immittitur, & refrigeſcere modicè permittitur: poſtea eximitur, humectaturq; oleo oliuarum, & fictili inditur, atq; per deſcenſum óleum extillatur. Valet ad ulcera putrida, ſordidaq; curanda, eorumq; tumores diſcutiendos, & dolores leniendos, &c.
- *Sulphure*, fit oleum ad externa hoc modo. Sulphuris detriti unciæ duæ: fœcularum uini in puluerem contuſarum uncia: calcis uiuæ, contuſæq; unciæ octo, miſcentur ſimul, & in ampulla incuruata urgentur. Aliàs ſulphuris ſeſquilibra, ſalis armeniaci unciæ quatuor, calcis non extinctæ libra, miſcentur, & aqua, in qua ſalis modicum ſolutum ſit, perfunduntur, oleumq; ex retorta deſtillatur, quod à phlegmate ſeiunctum, uitro probè reconditur. Efficaciſsimum quoq; oleum ex ſulphure prouenit, quando totius eſſentia per acetum ſtillatitium, & fæcularum uini in calcem redactarum ſalem, ita extrahitur, ut poſtea balſami inſtar ex operculo diſtillet: quod non ſolùm externis corporis uicijs, uerùm etiam ad interna potu aſſumptum, ſaluberrimum exiſtit.
- *Stibio*, hoc modo. Stibij puluis ſubtiliſsimus ampullæ uitreę imponitur, perfunditurq; aceti ſpiritu, & in balneo maceratur, donec illud rubeſcat: deinde hoc ipſo effuſo, recens admiſcetur, ſiniturq; reſidere, ut antea: idq; repetitur, uſq; dum idem non amplius coloretur: atq; tunc, quod collectum eſt, ex ampulla ſtillatur, quo ad in fundo extractus ſtibij liquor, inſpiſſetur: tandem hic in fimo equino per menſem digeritur, dum fiat oleum. Ad ulcera maligna ualet, &c.
- *Cryſtallo*, hoc modo. Cryſtalli ſubtiliſsimè conteruntur, & uel æquali nitri, uel duplo ſulphuris pondere commixti in calcem aduruntur: hæc deinde ex aqua pluuiali ſtillatitia lauatur aliquoties, rurſusq; ſiccatur: poſtea ſpiritu uini perfunditur, maceraturq; tum extillatur rurſus, & quod in fundo remanet, iterum calcinatur, lauatur, deſtillaturq; toties, donec in uino eliqueſcat niuis inſtar. tandẽ incoquendo ſal prouenit, quod in loco humido reſoluitur in liquorem:
  - *Calculos* renum & ueſicę comminuit, ac expellit, dimidia drachma potui aſſumpta.
  - *Vrinam* prouocat.
- *Sale*, fit in hunc modũ. Salis cõmunis libræ tres: terræ luteæ libræ ſex: ſalis nitri purgati ℥. j. S. ſimul miſcẽtur optimè, & ampullę collo oblõgiore prędit ę, argillaq; probè oblitæ, induntur: deinde hæc in fornace ad latus locatur, & uaſe, qđ liquorẽ excipiat ſatis amplo oppoſito, cõmiſſuriſq; diligẽter cõglutinatis ignis per initia exiguus extruitur, donec, qđ aquoſum ineſt ſtillare, & ſpiritꝰ coloratĩ apparere cœperint: poſtea calore uehemẽtiſsimo, repleto nimirum fornace carbonibus, in modũ aquę ualidæ, qđ reliquũ eſt, expellitur. Tandẽ uaſis refrigeratis, oĩs eximitur liquor, q infuſus cucurbitæ uitreæ, ex calidis cineribus diſtillatur, dũ phlegma ab oleo ſiue ſpiritib. ſeparetur:
  - *Dolores* podagricos egregiè ſedat, tophoſq; diſcutit, cum oleo uerbaſci commixtum.
  - *Hominem* renouat.
  - *Aquam* intercutem conſumit.
  - *Morbum* comitialem diſcutit.
  - *Febres* abigit.
  - *Arquatum* ſanat, trium guttarum inſtar ex aqua uitæ ſumptum, &c.
- *Sale.* Vide in ſequentibus ſignum

**Olea chymico modo parata, deſtillantur etiã ex metallis: uidelicet**

- *Sale* armeniaco, hoc modo. Sal Armeniacus cũ æquali ſquamarũ ferri pondere cõteritur, inditurq́; uaſi, & igne primũ exiguo, poſtea adauctiore urgetur, donec excandeſcat, in eoq́; caloris gradu ſeruatur horis duodecim: deinde refrigeratis omnibus, eximitur, id quod eleuatum eſt, & cum pari ſalis præparati pondere, rurſum in altũ pellitur, ut antea: idq́; toties reiteratur, donec ſal niuis inſtar albeſcat: quod in oleum ſoluitur.
  - *Lachrymas* oculorũ cohibet.
  - *Viſum* acuit.
  - *Cor*, *Pulmones*, *Iecur* — Reficit.
  - *Stillicidio* urinæ ſubuenit.
  - *Veſicam* purgat, &c.
- *Sale* nitri, eodem modo fit, ut oleum ſalis uiride
  - *Ventriculi* humores incidit & diſsipat tres guttæ cum uino ſumptæ.
  - *Veſicam* à ſuperfluis liberat.
  - *Sanitatem* conſeruat.
  - *Linguæ* nigræ calidæq́; medetur.
  - *Putrelaginem* oris aufert.
  - *Vlceribus* canis conuenit, &c.
- *Chalcantho*, in hũc modũ. Calchanti libræ duodecim uaſi uitreo luto obducto induntur, & ex igne phlegma extillatur: deinde illud eximitur, contunditurq́; ex phlegmate rurſus perfunditur, idemq́; euocatur, ut antea, uſq; dum nihil amplius emanet, & ſpiritus proſiliãt: poſtea ab igne remouetur, & calx rubicunda, in puluerẽ redacta, uel per ſe ſola, uel laterũ fruſtulis adiectis, ampullę incuruatę, ſiue erectæ potius imponitur, & uaſe amplo, quod excipit adaptato, cõmiſſurisq́; diligentiſsimè luto obſeratis, noctu dieq́; luculẽtiſsimo igne urgẽdo oleũ deſtillatur. Vbi oĩa refrixerint, totus liquor eximitur, infunditurq́; ampullę uitreę, & ex arena calida primũ aqua inſipida, deinde acida, acrisq́;, quam oleum appellant, ſeparatur, purgaturq́; à ſedimento. Valet ad
  - *Apoplexiam.*
  - *Epilepſiam.*
  - *Paralyſim.*
  - *Febres* ardentes.
  - *Peſtem.*
  - *Sitim.*
  - *Stomachum* bilioſum.
  - *Morbos* uterinos.
  - *Alios* morbos innumeros; ex humore idoneo guttarũ inſtar potione aſſumptum.
- *Tartaro*, hoc modo. Tartari albi libræ quatuor in puluerẽ rediguntur: deinde ampullæ incuruatæ, argilaq́; obductę induntur: hęc in fornacẽ locatur, & uaſe, quod excipit amplo appoſito, iuncturę luto occluduntur diligenter: poſtea igne per initia exiguo, tandẽ auctiore urgetur, donec nulli amplius ſpiritus appareãt: tunc refrigeratis uaſis liquor eximitur, infunditurq́; ampullæ uitreæ erectæ, & in balneo calente corrigitur, ſeparaturq́; aqua ab oleo: idẽ ex cineribus uel arena iterũ euocatur à ſedimẽto craſſo, & oleũ aurei coloris prouenit:
  - *Vlcera* maligna, præſertim ex morbo gallico orta, curat.
  - *Calculos* renum & ueſicę conterit, atq; expellit, ex uino hauſtum.
  - *Vrinam* mouet.
  - *Vlcera* purgat.

**CC. Olea chymico modo parata, deſtillãtur etiã ex gemmis, lapidibus, &c. uidelicet**

- *Margaritis*, ſeu unionibus, in hunc modũ. Primùm in puluerem rediguntur, & uitro oris anguſti induntur, perfunduntur q́; aceto diſtillato optimo, ita ut hoc ad duos digitos ſupereminea: deinde in cineres calidos ponuntur, donec ſoluantur: poſtea, quod ſolutum eſt, in balneo extillatur ad ſiccitatem uſq;, & ſuper calcem hãc unionum aqua pluuialis ſtillatitia funditur, rurſusq́; deſtillatur, dum omnis humor emanarit: tunc iterum affunditur recens aqua ſtillatitia, rurſusq́; detrahitur, ut antea: atq; is labor ter quater'ue repetitur, quoad nihil aceti ſubeſſe percipiatur. Tandem puluis, ſiue calx unionũ, aut in loco humido ſupra marmor diſſoluitur, aut ex ſpiritu uini maceratur, diſtillaturq́; dum in liquorẽ olei inſtar redigatur:
  - *Ad* *Reſolutionem* neruorum, *Conuulſionem*, *Marcorem* ſenilem, *Phrenitidem* — *Dantur* grana ſena ex humore aliquo.
  - *Corpus* ſanum conſeruat.
  - *Læſum* corpus priſtinæ ſanitati reſtituit.
  - *Lac* muliebre emendat.
  - *Naturalium* partium uitia auget.
  - *Semen* corrigit.
  - *Abſceſſibus*, *Vlceribus*, *Cancro*, *Hæmorrhoidibus* — *Medetur*, &c.
- *Coralliis*, fiunt eodem modo, quo margaritæ. Alij corallia minutim contuſa, in aqua ardenti, ſiue uiridi ſalis liquore ſoluũt prius in calcem: deinde hanc abluunt ſtillando, donec nulla amplius ſalſedo percipiatur: poſtea puluerẽ uini ſpiritu excipiunt, & per balneum ſexies, aut ſepties refundendo abſtrahunt. Alij corallia in calcem ſubigunt: hanc reſoluunt, & ex uini ſpiritu nouies extillare ſinunt, dum ſalis inſtar diſſoluantur. quicquid autem in fundo remanet, id recenti uini ſpiritu perfundunt, & priore modo euocant, uſq; dum tinctura coralliorum proueniat:
  - *Morbos* internos omnes radicitùs euellit.
  - *Corpus* cœleſti quadã ui intemperatũ habitũ reſtituit.
  - *Morbum* comitialem in quinque ſeptimanis prorſus ſubtrahit.
  - *Omne* alui profluuiũ, à quacunq; cauſa ortũ, cohibet.
  - *Sanguinem*, à quacunq; parte manantem, coercet.
  - *Vterinos* fluores omnes ſiſtit.
  - *Spiritus* animi recreant, &c.
- *Granatis*, eodem modo fit ut oleum cryſtallorum. Valet ad
  - *Tremorem* cordis.
  - *Sputum* ſanguinis.
- *Saphyro*, eodem quoq; modo, ut oleum cryſtallorum fit. Valet ad
  - *Inſaniam.*
  - *Peſtilentiam.*
  - *Carbun nlum.*
  - *Cordis* palpitationem, &c.
- *Sarda* & hæmatite, eodem modo ut cryſtalli. Valet ad ſanguinis profluuia, &c.

- Σ. *Medicamenta*, figuram habẽtia nõ fluidam, habent aut
  - *Diſſipatam*: ut puluercs
    - *Alterantes*: ſeu ſpecies aromaticæ, ex quibus fiunt Trageæ additis rebus alijs odoratis, & ſaccharo, ita ut ad ſingulas drachmas ſpecierũ, ſacchari ponatur communiter ℥.j. &c. Cæterum confectionum ſeu ſpecierum, aliæ
      - Calefaciunt ſeu confortant
        - *Caput*
          - *Diambra*. Diamarg. cal.
          - *Elect.* pliriſarcoticon.
          - *Dianthos*, Diamoſchu.
        - *Pectus*
          - *Diairis*, Diapraſsium.
          - *Diapenidion*, Diacalamentum.
          - *Tragacanthum* cal.
        - *Cor*
          - *Dianthos*, Diambra.
          - *Diamoſchũ* dul. Diamarg. cal.
          - *Elect.* de gemmis. Elect. lætitiæ Gal.
          - *Roſata* nouella.
        - *Ventriculum*
          - *Aromaticum* roſ. & Caryoph.
          - *Diagalanga*, Diacyminum.
          - *Dianiſum*, Diacinnamomum.
          - *Diaxiloaloes*, Diatrion peper.
          - *Diagingiber.*
        - *Hepar*
          - *Diacinnamomum.*
          - *Diacalamentum*, Diacoſtum.
          - *Dialacca*, Diacurcuma.
        - *Splenem*
          - *Diacapparis.*
          - *Diacalamentum.*
          - *Diacoſtum.*
        - *Matricem*
          - *Diambra*, Diacalamentum.
          - *Electuar.* de gemmis.
          - *Elect.* Ducis. Elect. dulce.
      - *Frigefaciunt*
        - *Caput*
          - *Diarhodon* Abb.
          - *Diacoralli*, Diacodion.
          - *Manus* Chriſti.
        - *Pectus*
          - *Diapapauer.*
          - *Diatragacant.* frig.
          - *Diapenidion.*
        - *Cor*
          - *Diamarg.* frig.
          - *Diacoralli*: Triaſantali.
          - *Manus* Chriſti.
        - *Ventriculum*
          - *Diarhod.* Abb.
          - *Triaſantali.*
        - *Hepar*, ſplenem & matricẽ
          - *Diarhod.* Abb.
          - *Triaſantali.*
    - *Purgantes.* Vide in ſequentibus ſignum σ.
  - *Coactam.* Vide in ſequentibus ſignum τ.

- σ. *Pulueres* purgantes: purgant aut
  - *Bilem*: cuiuſmodi eſt
    - *Puluis* Hieræ pieræ Galeni.
    - *Puluis* trochiſcorum de uiolis Meſuæ quod in hunc modum ſe habet: ut
      - ℞. *Flor.* uiolarum ʒ.vj. Turbit gummoſi ℥.S.
      - *Succi* liquiritiæ, Mannæ granatæ, ana ʒ.ij.
      - *Diagridij* ʒ.ij.
      - Miſce, & fiat puluis.
    - *Puluis* uiolarum Andernaci,
      - *Leniter* purgãs: ut pulueris uiolarũ purpurearũ drachma, ex iure piſorum rubrorum modicẽ coctorum ſumpta
        - *Pueris*, *Grauidis*, *Imbecillis* } Conuenit.
      - *Valentior*: ut
        - ℞. *Pul.* uiolarum purpurearum.
        - *Senæ* puluerizatæ, ana ℥.S.
        - *Glycyrrhizæ* raſæ, Zingiberis, ana ℈.j.
        - *Tartari* ℈.S. Miſce.
    - *Puluis* paſſauant cum rhabarbaro: quod ſic ſe habet
      - ℞. *Flor.* uiolarum, borraginis, ana ℈.ij.
      - *Zingiberis*, ſpicæ nardi, ana ʒ.j.
      - *Liquiritiæ*, aniſi, ana ʒ.ij.
      - *Diagridij* ʒ.iij. Rhabarbari ʒ.vj.
      - *Turbit* ℥.j. Senæ ℥.ij.
      - Miſce, & fiat puluis.
  - *Pituitam*: ut puluis
    - *Medicaminis* turbit Auicennæ.
    - *Ex* Turpeto.
    - *Benedictæ* laxatiuæ.
    - *Indi* minoris Meſuæ.
    - *Hieræ* pieræ Galeni.
    - *Hieræ* colocynthidos.
    - *Artificioſus*, Andernaci: ut
      - ℞. *Turpeti* ℥.j.
      - *Zingiberis*, Cinnamomi, Maſticis, *Caryophillorum*, Galangæ, *Cardamomi*, ſeminis Aniſi, *Hermodactylorum*, Diagridij, } ana ℥.S.
      - *Senæ* ℥.ij.
      - *Sacchari* albi ℥.iiij. Miſce, & fiat puluis.
  - *Atram* bilem: ut
    - *Puluis* ſenæ præparatæ Montagnanæ.
    - *Puluis* ſenæ, Braſſauolæ, &c.
  - *Lumbricos*: ut
    - ℞. *Seminis* ſantonici ℥.j.
    - *Lupinorum* ℥.S. Abſynthij ʒ.ij.
    - *Cornu* ceruini uſti ʒ.j.S.
    - Miſce, & fiat puluis, ex uino exhibendus, &c.

- 1. *Medicamenta* figuram habentia coactam aut habent
  - *Humidam*
    - *Actu*: ut
      - *Electuaria*: quorũ alia
        - *Alterant* uel qualitate
          - *Prima*. Sic horũ alia
            - *Calida*: ut
              - *Aurea* Alexandrina.
              - *Confectio* anacardina.
              - *Elect*. de baccis lauri.
              - *Diacaſtorin*.
              - *Muſa* enea Meſuæ.
              - *Diacorum* Meſuæ.
              - *Diaireos* Nicolai.
              - *Tryphera* Sarracenica.
              - *Tryphera* magna Nicolai.
              - *Theriaca*, Mithridatium, &c.
            - *Frigida*: ut
              - *Philonium* Meſuæ.
              - *Philonium* maius Nicolai.
              - *Electuarium* reſumptiuum.
              - *Requies* Nicolai.
              - *Tryphera* perſica, &c.
          - *Secũda*. Sic eorũ alia
            - *Aſtringunt*: ut
              - *Diacodion*
                - Meſuæ.
                - Actuarij.
              - *Mithleta* Nicolai.
              - *Philonium* Perſicum.
              - *Tryphera* minor Phœnonis.
              - *Diaolibanu*, &c.
            - *Somnum* inducunt: ut Philonium Meſuæ.
            - *Tuſſim* ſedant: ut Diaireos Nicolai.
            - *Dolores* mitigant: ut Philonium maius Nicolai.
            - *Venerem* excitant: ut
              - *Diaſatyrium*
                - Meſuæ.
                - Nicolai.
              - *Diacorum* Meſuæ.
            - *Venenis* aduerſantur, &c. ut
              - *Theriaca*
                - Andromachi.
                - Diateſſeron Meſ.
              - *Mithridatium*
                - Damocratis.
                - Galeni.
                - Andromachi.
              - *Eſdra* antidotus.
        - *Purgant*. Vide in ſequentibus ſignum 1.
      - *Conſerua*. Vide in ſequentibus ſignum 2.
      - *Ecligmata*. Vide in ſequentibus ſignum 3.
      - *Condita*. Vide in ſequentibus ſignum 4.
    - *Potentia*. Vide in ſequentibus ſignum 5.
  - *Siccam*. Vide in ſequentibus ſignum 6.

- 1. *Electuaria* cathartica, ſolutiua, & laxatiua, purgãt aut
  - *Bilem*
    - *Flauam*
      - *Clementer*: ut — Doſis ℥.j.
        - *Diaprunis* lenitiua
        - *Diacatholicon*
      - *Valenter*: ut — *Doſis* ℥.vj. aut paulo plus, minus'ue, pro ratione ætatis, temporis, & ſumentis uiribus.
        - *Electuarium* de ſucco roſarum
        - *Electuarium* roſatum Meſuæ
        - *Electuarium* de Pſyllio
        - *Diaprunis* ſolut.
        - *Catarchticum* imperiale
    - *Atram*
      - *Debiliter*: ut — Doſis ℥.j.
        - *Diacaſsia*
        - *Diaſena* lenitiua
        - *Diacatholicon*
      - *Vehementer*: ut — *Doſis* ℥.iiij. uel ſex, plus, minus'ue, &c.
        - *Confectio* Hamech
          - Minor
          - Maior
        - *Electuariũ* de epithymo, &c.
  - *Pituitam* — *Doſis* ℥.vj. aut plus, minus'ue.
    - *Clementer*: ut
      - *Hiera* piera Galeni
      - *Diaphœnicon*
    - *Valenter*: ut
      - *Electuarium* Eleſcoph
      - *Electuarium* Indum
      - *Benedicta* laxatiua
      - *Diacarthamus*
      - *Diaturpetu*, &c.

2. *Conſeruæ*

- 2. *Conſeruæ*
  - *Calefacientes* ſiue roborantes
    - *Caput*: ut
      - *Roriſmarini* ſeu anthos.
      - *Betonicæ*, Lauendulæ.
      - *Saluiæ*, Pæoniæ.
      - *Maioranæ*, &c.
    - *Pectus*: ut
      - *Capillorum* Veneris.
      - *Hyſſopi*.
      - *Enulæ*, &c.
    - *Cor*: ut
      - *Meliſſæ*.
      - *Borraginis*.
      - *Bugloſſæ*, &c.
    - *Stomachum*: ut
      - *Menthæ*.
      - *Saluiæ*.
      - *Acori*, &c.
  - *Frigefacientes*
    - *Caput*: ut
      - *Roſarum*.
      - *Violarum*.
      - *Nenupharis* florum, &c.
    - *Pectus*: ut Violarum.
    - *Cor*: ut
      - *Roſarum*.
      - *Acetoſæ*.
      - *Borraginis*.
      - *Bugloſſæ*, &c.
    - *Ventriculum*: ut
      - *Roſarum*.
      - *Violarum*.
      - *Acetoſæ*.
      - *Florum* nenupharis.
    - *Hepar*: ut
      - *Roſarum*.
      - *Violarum*.
      - *Cichorij*, &c.

- 3. *Ecligmata*, ſunt aut
  - Calida
    - *Mitiora*: ut Loch de
      - *Pino* ——
      - *Pulmone* uulpis
      - } *Tuſsi* diuturnæ, & aſthmati medetur.
    - *Vehemētiora*: ut Loch
      - *Ad* aſthma
      - *Sanū* & expertū
      - *De* Scilla
      - } *Aſthmati* antiquę à craſsis & uiſcidis humoribus auxiliantur.
  - *Frigida*: ut Loch de papauere. Tuſsi à caliditate & ſiccitate ſuccurrit.

- 4. *Condita*, ſunt aut
  - *Calida*: ut conditum
    - *Acori*
      - *Cerebri* ——
      - *Neruoſarum* partium
      - } *Affectibus* pituitoſis confert.
    - *Helenij* rad.
      - *Stomachum* corroborat, aliaq; nutritoria membra.
      - *Valet* contra pituitam, &c.
    - *Galangæ*
      - *Stomachum* corroborat.
      - *Concoctionem* iuuat.
      - *Flatus* diſcutit.
      - *Venerem* mouet, &c.
    - *Mali* Citri
      - *Ventriculum* roborat.
      - *Cor* confirmat.
      - *Venenis* reſiſtit.
    - *Zingiberis*
      - *Intemperiem* uentriculi frigidam & humidam ſanat.
      - *Concoctionem* iuuat.
      - *Viſcera* infirma roborat.
      - *Flatus* diſcutit.
      - *Alimenti* diſtributionem accelerat.
      - *Hyeme* ſenibus & natura, uel ex morbo frigidis ſalubre.
    - *Nucis* moſchatæ Indicæ
      - *Coctionem* iuuant
      - *Ventriculum* firmant & reliqua uiſcera.
      - *Venerem* excitant, &c.
    - *Eryngij*
      - *Temperatè* calefacit.
      - *Vrinas* mouet.
      - *Calculos* expellit, &c.
    - *Myrobalanorum*
      - Chebulorum
        - *Stomachum*, *Ventriculum*, *Iecur* } Firmant.
        - *Appetentiam* excitant.
        - *Cerebri* actiones promouent.
        - *Viſum* clarificant.
        - *Corporis* habitum tuentur.
        - *Obſtructiones* diſcutiunt.
      - *Emblicorum*
        - Cerebrum, Cor, *Iecur*, Ventriculum } Confirmant.
  - *Frigida*: ut conditum
    - *Cotoneorum*
      - *Ventriculum* roborat.
      - *Appetitum* excitat.
      - *Vomitum* compeſcit.
      - *Aluum* aſtringit.
    - *Perſicorum*, Prunorum, Sorborum, Pirorum, *Myrobalanorum* citrinorum.
      - *Ventriculum* roborat.
      - *Sitim* extinguit.
      - *Aluum* ſiſtit, &c.
    - *Radic.* Cichorij
      - *Iecoris* intemperiem calidam corrigit.
      - *Obſtructiones* hepatis aufert.

5. *Medicamẽta* humida potẽtia, medio calore ſunt: ut ea, quę ex pinguib. cõſtant, ex quorum genere ſunt

- *Cerata*, quæ à cera nomen habent, & unguentis ſolidiora ſunt. Fiũt à cera, reſinis, oleis & ſpeciebus. *Damus* pro qualibet olei uncia, pulueris ʒ.j. uel ad ſummum ʒ.ij. cum reſina, quantum ſatis erit. Horum alia
  - *Calida*: ut Cerotum ſtomachale, &c.
  - *Frigida*: ut
    - *Cerotum* infrigidans Galeni.
    - *Santalinum*, &c.
- *Emplaſtra*, quæ fiunt ex herbis, floribus, radicibus, cera, reſina, oleis, metallicis, &c. craſsè contuſis. Pro cuilibet manipulo, oleorum aut alterius liquoris ℥.j. aut ℥.j. *S.* ponitur, &c. Horum alia
  - *Calida*, ſiue digerentia: ut emplaſtrum
    - *Diachylon*
      - Simplex.
      - Compoſitum.
    - De meliloto.
    - *Oxycroceum*.
    - *Apoſtolicum*.
    - De baccis lauri.
  - *Frigida*, repellentia: ut emplaſtrum
    - Album.
    - *De* cruſtra panis, &c.
- *Vnguenta*, quæ componuntur ex ſpeciebus, iuxta morbi naturam, oleis & cera uel gummi. Pro qualibet olei uncia damus ʒ.j. pulueris ſiue ſpecierum, aut ad ſummum ʒ.ij. cum pauco ceræ. Horum autem alia ſunt uel
  - *Calida*, rarefacientia, ſiue digerentia: ut unguentum
    - *Arogon*.
    - *Agrippæ*.
    - *Dialthea*.
    - *Alabaſtrinum*.
    - De meliloto.
    - *Martiatum*, &c.
  - *Frigida*, repellentia: ut
    - *Cometiſſæ*.
    - De bolo.
    - *Infrigidans* Galeni.
    - *Populeon*.
    - *Santalinum*.
    - *Roſatum*.
- *Linimenta*. Hæc ex iiſdem ferè rebus fiunt, quibus unguenta, dempta ſola cera, conſiſtentiam paulo molliorem & liquidiorem accipere debent.
- *Cataplaſmata*. Hæc ab emplaſtris differunt, quæ fiunt tantùm è plantis uiridibus contuſis, uel iiſdem ad mollitudinem uſque in aqua decoctis, abſque aliquo liquore pingui, hypochondriis adhiberi ſolent, aliiſq; partibus, quæ ſuſpecta ſemper ſunt, niſi prius corpore uacuato.
- *Dropax* ſeu picatio, à pice uocata eſt, qua membra externa omnia, extenuata, reſoluta, frigida & humida oblini ſolent. *Eſt autem duplex dropax, ſimplex & compoſitus. Simplex ſola pice modico oleo liquata conſtat.* Calefacit, humectat, ſanguinemq; ad partes membrorum emaciatas, attrahit, reficitq;. *Compoſitus præter picem oleo liquatam recipit etiam piper, pyrethrum, ſemen roriſmarini, bitumen: & ſi opus ſit ſiccare, ſulphur uiuum, ſalem cinerem ſarmentorum: ſin uellicare adarcem, aut ephorbium. atq; hæc trita liquefactis adiiciuntur, ut maiorem calorem excitent.* Cæterùm dropax uterque calidus adhuc cuti illinetur, & præraſis membris adglutinabitur. Priuſquam autem perfrigeſcat, auelletur, rurſusq; calefactus, ad ignem admouebitur, idẽ anteà quàm refrigeſcat, auelli debet, idq; ſæpius, &c.
- *Sinapiſmus*, qui nihil aliud eſt, quàm cataplaſma, aut emplaſtrum ex ſinapi confectum, qualia ſunt, quæ hodie uocantur uulgò rubificantia. Imponitur autem, ubi ex alto ad ſuperficiem extrahere uolumus, idoq; alicui parti admotus, non amouetur, dum cutem exulcerat, aut cruento colore ſuffundat. Vſus ſinapiſmi indiuturnis potiſſimum paſsionibus, ubi reliqua præſidia non ſuffecerint. Maximè prodeſt capitis dolori hemicraniæ, morbo comitiali, uertigini, inſaniæ, capiti admotus. Thoraci autem in aſthmate, orthopnœa, tuſsi diuturna, &c.

6. *Medicamenta*, q̃ ſignum habẽt coaĝi ſiccam, ſunt aut

- *Confectiones*. Vide in ſequentibus ſignum 7.
- *Trochiſci*. Vide in ſequentibus ſignum 8.
- *Catapotia*. Vide in ſequentibus ſignum 9.
- *Glandes*. Vide in ſequentibus ſignum 10.
- *Peſſi*. Vide in ſequentibus ſignum 11.
- *Apophlegmatiſmi*. Vide in ſequentibus ſignum 12.
- *Dentifricia*. Vide in ſequentibus ſignum 13.
- *Odoramenta*. Vide in ſequentibus ſignum 14.
- *Sacculi*. Vide in ſequentibus ſignum 15.
- *Suffimenta*. Vide in ſequentibus ſignum 16.
- *Collyr.* Vide in ſequentibus ſignum 17.

- *Alterantes*, hoc eſt,
  - *Calefacientes*: ſeu confortantes
    - *Caput*: ut
      - Diambræ.
      - *Dianthos.*
      - *Diamarg.* calidi.
      - *Diamoſchi.*
      - *Elect.* pliriſarcotion.
    - *Pectus*: ut
      - Diaireos.
      - *Diapenidion.*
      - *Diapraſij.*
      - *Diatrag.* calidi.
      - *Diacalamenthi.*
    - Cor: ut
      - Diambræ.
      - *Diamoſchi* dulcis.
      - *Dianthos.*
      - *Diamarg.* calidi.
      - *Elect.* de gemmis.
      - *Elect.* letitiæ Galenſ.
    - *Ventriculum*: ut
      - Aromatici roſati
      - *Aromat.* cariophillati.
      - *Diagalangæ.*
      - *Diacymini.*
      - *Dianiſi.*
      - *Diacinnamomi.*
      - *Diaxyloaloes*, &c.
    - *Hepar*: ut
      - Diacinnamomi.
      - Diacalamenthi.
      - *Diacoſti.*
      - *Dialaccæ.*
      - *Diacurcumæ.*
    - *Lienem*: ut
      - *Diacapparis.*
      - *Diacalamenthi.*
      - *Diacoſti.*
    - *Matricem*: ut
      - Diambræ.
      - *Electuarij* de gemmis.
      - *Elect.* ducis.
      - *Diacalamenthi.*
      - *Elect.* dulcis.
  - *Refrigerantes*
    - *Caput*: ut
      - *Saccharum* roſ. tabulatum.
      - *Diarrhod* Abb.
      - *Diacorallij.*
      - *Diacodion.*
      - *Manus* Chriſti.
    - *Pectus*: ut
      - *Saccharum* uiolatum tabulatum.
      - *Diatrag.* frigidi.
      - *Diapapaueris.*
    - *Cor*: ut
      - *Diamarg.* frigidi.
      - *Diacorallij.*
      - *Manus* Chriſti.
      - *Saccharum* roſ. tabulatum.
    - *Ventriculum*: ut
      - *Diarrhod.* Abb.
      - *Saccharum* roſ. tabulatum:
      - *Triaſantali.*
    - *Hepar*, ſplenem & matricẽ: ut
      - *Diarrhod.* Abbatis.
      - *Triaſantali.*
- *Purgantes*, aut purgant humores
  - *Vnum*. Vide in ſequentibus ſignum ~℞.
  - Duo: uidelicet bilem & pituitam: cuiuſmodi eſt tabularũ forma
    - *Vna*: ut
      - ℞. *Pulueris* electuarij diacnicu ℥.ſ.
      - *Diaturpeti* cum rhabarbaro ʒ.vj.
      - *Sacchari* ℥.iij.ſ.
      - *Rediganiur* in placentulas pendentes ʒ.ij.
    - *Altera*: ut
      - ℞. *Carnis* cotoneorum ℥.j.
      - *Diatrag.* frig. ℥.ſ.
      - *Zingiberis* ʒ.ij.
      - *Medullæ* ſem. cnici ℥.iv.
      - *Diagridij* ʒ iij.
      - *Turpeti* ʒ.vj.
      - *Mannæ*, Mellis roſ. ana, ℥.j
      - *Sacchari* optimi ʒ.x.
      - Fiant tabulæ, pendentes ſemuntiam ſingulæ.

7 *Confectiones* ſolidæ, quarum aliæ ſunt rotundæ, & uocantur orbiculi, uel rotulæ: aliæ ſunt fruſta aut quadrata, aut oblonga. quadrata tabulæ, oblonga, morſelli, ſeu morſuli & lozangæ appellantur. Fiunt hoc modo. Coquitur ſaccharum ad perfectionem exactam, deinde ab igne remotum, ligneo piſtillo agitatur, & ſpecies inijciuntur, ac probè miſcentur. Mixtis ſimul cunctis, in tabulam farina uel puluere aliquo ſtratam, uel ſuperficie humectatam, uel (ut in rotulis) ſpatula aſsiduè ſaccharum pari & æquali quantitate extrahatur: uel (ut in tabellis) ſaccharum ſecundum longitudinem effundatur, poſtea præciduntur morſuli, &c. Cæterùm in rotulis accipiuntur unciæ quatuor ſacchari ad drachmas duas ſpecierum. In tabulatis uerò eadem ſeruatur quantitas, uel paulo plus ſpecierum additur. In morſellis quoq; aliquãto plus ſpecierum ſumitur. Sunt autem, tabulæ, uel orbiculi, aut

*Tabulæ* purgantes, aut purgāt humorem unum: uidelicet
- *Bilem*
  - *Flauam*: ut tabulæ ex
    - *Electuario* de ſucco roſarum Nicolai.
    - *Succo* roſarum
      - Primæ: ut
        - ℞. *Mannæ* electæ ℥.iv.
        - *Succi* roſarum ℔.ij.
        - *Conſeruæ*, bugloſsi, Borraginis, ana ℥.ij.
        - *Diagridij* ʒ.vj.
        - *Sacchari* albi quantum ſufficit.
        - Fiant tabulæ, unciam ſemis pendentes.
      - *Alteræ*: ut
        - ℞. *Succi* roſ. rub. ℥.j.S.
        - *Mannæ* electæ ℥.iij.
        - *Santalorum* omnium, Galliæ moſchatæ, Trochiſcorum de berberis, ana ʒ.iij.
        - *Conſeruæ* cichorij, Bugloſſæ, ana ℥.ij.
        - *Diagridij* ʒ.j.
        - Cum ſaccharo formentur tabulæ, drachmas duas aut tres pendentes.
  - *Atram*: ut
    - ℞. *Succi* cotoneorum, Mellis optimi deſpumati, ana ℔.j.S.
    - *Caryophillorum*, Zingiberis, Cinnamomi, ana ʒ.j.
    - *Conſeruæ* bugloſſæ, Borraginis, Violarum, ana ℥.ij.
    - *Epithymi*, Senæ, ana ℥. S.
    - *Veratri* nigri ʒ.vj.
    - Ex ſaccharo fingantur tabellæ, drachmas duas pendentes.
- *Pituitam*: ut tabulæ
  - *Communiores*, ex
    - *Diacnico*.
    - *Diaphœnicone*.
    - *Diaturpeto*.
  - *Rariores*:
    - ℞. *Diatragacanthi* frigidi ℥. S.
    - *Carnis* cotoneorum ℥. j.
    - *Zingiberis* ʒ.ij.
    - *Medullæ* ſeminis cnici ℥. iv.
    - *Turpeti* ℥.ij. Mellis roſati ℥. j.
    - *Mannæ* ℥.j. Sacchari optimi ʒ.x.
    - Fiant tabulæ, pendentes ℥.S. ſingulæ.

8.

*Trochiſcus*, rotunda quædam compoſitio eſt, depreſſa ad formam ſeu ſimilitudinē magni lupini. Doſis eorum eſt à ʒ.j.S. uſq; ad ʒ. ij. Exhibentur triti, ex aqua, aut uino, aut alio quouis liquore. Nōnunquam antidotis, ſaccharo, pilulis, clyſteribus, unguētis, alijsq; huiuſcemodi commiſcentur. Horum alij alterant qualitate
- *Prima*. Sic eorum alij
  - *Calefaciunt*, ſiue aperiunt: ut Trochiſci de
    - *Abſynthio*.
    - *Eupatorio*.
    - *Rhabarbaro*.
    - *Myrrha*.
    - *Lacca*.
    - *Cappare*.
    - *Alipta* muſchata.
  - *Frigefaciunt*, ſeu conſtringunt: ut Trochiſci de
    - *Carabe*.
    - *Spodio*.
    - *Veſicaria*.
    - *Terra* lemnia.
    - *Caphura*.
    - *Berberis*.
    - *Diarrhodon*.
    - *Ramich*.
    - *Terra* ſigillata, &c.
- *Secunda*. Sic eorum alij
  - *Purgant*
    - *Bilem*: ut Trochiſci de
      - *Rhabarbaro*.
      - *Violis*, cum diagrydio, &c.
      - *Diagrydio*, quæ ſunt huiuſmodi: ut
        - ℞. *Maſticis*, Nucis pineæ, Vuarum paſſarum, ana g.v.
        - *Cumini* g. vij.
        - *Diagridij* ℈.j.
        - *Ex melle* fiant paſtilli, qui una uice ſumi poſſunt.
    - *Pituitam*: ut Trochiſci de Alhandalo & Agarico.
  - *Tuſſim* ſedant: ut Trochiſci Bechij albi & nigri.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0267-1

9\. *Catapotia* ſeu pilulæ, à figura paruæ pilæ dicũtur, ut ſemel non maſticata deglutiantur. Conficiuntur maſſæ pilularum, uel cum ſuccis, uel cum aquis diſtillatis, uel cum ſyrupis, uel melle, uel oleo aliquo deſtillato. Doſis communiter eſt ʒ.j. & plus minúsue iuxta materiã ſimplicem, ex quibus conficiuntur. Harum aliæ

- *Purgant*
  - *Bilem à*
    - *Capite*
      - *Clementiores*
        - *Communes* ſiue peſtilentiales.
        - *Sine* quibus, &c.
      - *Valentiores*
        - *Arabicæ.*
        - Aureæ.
        - *Aſſaieret.*
    - *Hepate.* De Rhabarbaro.
    - *Toto.* Aggregatiuæ.
  - *Pituitam à*
    - *Capite*
      - *Clementiores*
        - *Aſſaieret.*
        - De hiera S.
        - *Sine* quibus, &c.
      - *Valentiores*
        - *Cochiæ*, Fœtidæ.
        - De opopanaco.
        - *Arabicæ.*
    - *Oculis.* Pilulæ lucis.
    - *Pectore*
      - *De* hiera cum agarico.
      - *De* agarico.
    - *Stomacho*
      - *Debiliores*
        - *Alephanginæ.*
        - *Stomachicæ.*
      - *Vehement.* Maſtichinæ
        - *Meſuæ.*
        - *Conciliatoris.*
    - *Iuncturis.* Arthriticæ.
    - *Toto.* Aggregatiuæ.
  - *Atram* bilem
    - Debiliores
      - *Indæ*
      - De fumo terræ
    - Vehementiores
      - De lapide lazuli
      - De lapide armeno
    - (omnes:) Ab hepate & liene.
- *Alterant*, qualitate ſecunda, hoc eſt, uel
  - *Aſtringunt* fluxiones ad aſperam arteriã deſcendentes: cuiuſmodi ſunt
    - *Hypoglottides*: ut
      - ℞. *Acatiæ* ʒ.S.
      - *Hypociſtidis*, boli armeni, terræ ſigillatæ, ana ʒ.j.
      - *Roſar.* ſpõgię, ſpinæ albæ radicis, biſtortę, ana ʒ.ij. Amyli ʒ.iij.
      - Ex ſyrupo roſ. ſiccarum, aut myrtorum pilulæ formentur.
    - *Ex* cynogloſſa: ut
      - ℞. *Cynogloſſæ*, opij, ſem. alterci, ana ℥.S.
      - *Myrrhæ* ʒ.vj. Thuris ʒ.v.
      - *Cinnamomi*, caryophillorum, ſtiracis calamitæ, ana ʒ.ij.
      - Excipiantur aqua roſacea, fiantq́; pilulæ.
  - *Aperiunt* obſtructiones
    - *Iecoris*: ut
      - ℞. *Trochiſcorum* de abſynthio ʒ.j.
      - *Succi* apij quantum ſufficit.
      - Fiant catapotia, num. x.
    - *Lienis*
      - *Debiliores*: ut
        - ℞. *Trochiſcorum* de capparibus ʒ.j.
        - Cum ſyrupo acetoſo formentur pilulæ decem aut plures.
      - Fortiores: ut
        - ℞. Myrrhæ aſari, ſem. capparis, ariſtolochiæ utriuſque, ana ʒ.j.
        - *Nardi* iunci odorati, ana ʒ.S. Apij, petroſelini, agni caſti, ana ℈.ij.
        - Cum ſyrupo acetato formentur pilulæ exiguæ.
  - *Vrinam* & menſtrua prouocant: & quidem
    - *Debiliora*: ut
      - ℞. *Succi* abſynth. clari & ſiccati ʒ.ij. Spicę nardi, iũci odor. ana ʒ.S.
      - *Sem.* apij, petroſelini, ana ℈.j. Trochiſcorum de rhabarbaro ʒ.j.
      - Cum ſyrupo de cichorio fiant pilulæ paruæ.
    - *Vehementiora*: ut
      - ℞. *Succini* ʒ.j. Gummi, ceraſorum, aſari, ſeſeleos, ana ℈.j.
      - *Sem.* apij, petroſelini, nardi celticæ, ana ℈.S.
      - Cum ſucco apij fiant pilulæ, &c.
  - *Calculos* expellunt: ut
    - ℞. *Pil.* iam dictarum ʒ.S. *Sem.* paliuri ʒ.ij.
    - *Cineris* ſcorpionum ℈.j.
    - Cum oxymelle fingantur pilulæ.
  - *Vlcera* curant
    - *Veſicæ* & renũ: ut
      - ℞. *Tragacanthi*, gummi arabici, leuiter aſſatorum, corallij rubri, boli præparati, ſang. draconis, ana ʒ.S.
      - *Maſticis*, lapidis Iudaici, ana ℈.j.
      - *Sem.* ueſicariæ, melonum, ana ℈.ij.
      - Cum ſucco equiſeti fiant pilulæ.
    - *Pulmonum*: ut
      - ℞. *Tragacanthi*, gummi Arabici, ana ʒ.j. Amyli ʒ.S.
      - *Thuris*, ſtiracis, ana ℈.j.
      - *Mirrhæ*, ſucci glycyrrhizæ, ana ℈.ij. Opij ℈.j.
      - Cum ſapa fiant pilulæ decem pro drachma, ex quibus ſumantur duæ uel tres, longè à cibo.
  - *Dolorem* ſedant
    - *Communiter*: ut
      - ℞. *Opij*, croci, caſsiæ, ana ℥.S.
      - *Vini*, quantum ſufficit.
      - Formantur pilulæ.
    - *Propriè*
      - *Nephriticum*: ut
        - ℞. *Opij* ℈.j.
        - *Styracis*, myrrhæ, croci, caſtorei, ana ℈.S.
        - Cum uino fingantur pilulæ.
      - *Colicum*:
        - ℞. Cnici, aniſi, caſtorei, ana ʒ.j.
        - *Petroſelini*, piperis longi & rotundi, ana ʒ.j.S.
        - *Opij*, iunci odorati, myrrhæ, nardi, ana ʒ.ij.
        - Cum melle fiant pilulæ.
  - *Tuſsim* ſedant: ut
    - ℞. *Succi* glycyrrhizæ, ſacchari albiſsimi, ana ʒ.x.
    - *Amyli*, tragacanthi, amygdal. dulcium, pini nucleorum, ana ʒ.j.
    - Cum lentore decocti ſeminis cotoneorum fiant pilulæ.
  - *Sitim* ſedant: ut
    - ℞. *Cucumeris* ſatiui ℥.S. Sem. portulacæ ʒ.iv.
    - *Tragacanthi*, ſacchari optimi. ana ℥.j.
    - Fiant pilulæ, quæ ſub lingua teneantur.
  - *Raucitati* & aſperitati gutturis conueniunt: ut
    - ℞. *Glycyrrhizæ* mundæ, contuſæq́; ℥.j.
    - *Vuarum* paſſarum ℥.ij. Ordei integri P.j.
    - Decoquantur in libra aquæ ad tertias. Colato iuri adde,
    - *Tragacanthi* ℥.S. Penidiorum ℥.iij. Sacchari candi ℥.j.
    - Modico amylo fingantur pilulæ, quæ ſub lingua teneantur.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0268-7
DFG

10. *Glandes* penicilla ſunt, quæ ano ſubijciuntur, unde Barbaris ſuppoſitoria dicuntur. Harum aliæ

- *Leues*: quæ fiunt aut ex
  - *Farina* hordei uel tritici ex aqua in maſſam reducta, & modico ſale condita, atque inſtar annularis digiti longa formata.
  - *Sapone* albo.
  - *Pinguedine* ſuilla ſalſa.
  - Radice
    - *Betæ*
    - *Braſſicæ*
    - *Mercurialis*
    - } *Oleo* intincta & modico ſale reſperſa.
  - *Vitello* oui & ſale.
- *Mediocres*, quæ componuntur aut ex melle
  - *Solo*, probè cocto, atque in formam indicis digiti redacto, &c.
  - *Adiecto* uel
    - *Salis* momento.
    - *Puluere*
      - *Aloes*.
      - *Hiera* picræ.
    - *Agarico*, &c.
- *Acres*, ex melle quidem fiunt, ſed ualidis medicamentis ad purgandum efficacibus additis: ut
  - ℞. *Mellis* ad ſpiſsitudinem cocti ℥.S.
  - *Veratri*, ſcammonij, ſalis, ana ℈.j. Vel,
  - *Mellis* concreti ℥.j.
- *Cucurbitæ* ſyluestris, aut ſucci cyclamini, aut ſcamonij, aut grani cnidij grana quinque, in glandem indicis inſtar longam digeſta, oleoq́; ſeu butyro inuncta.

11. *Peſſi* ſunt rotundi, & lõgiores & craſſiores quàm glandes: nempe digitos octo, ut facilius in uteri os inſeri poſſunt. Conſtant rebus molliuſculis & teneris, cera, candela, uel melle cocto, tanquã baſi, panno, & molli lana, uel linamento circumdata. Medicamenta uerò compoſita, uel etiam ſimplicia, quæ morbo conueniunt, hiſce rebus excipiuntur, condiunturq́; naturalibus, filo appenſo, ut cum res poſtulat, extrahantur. Horum alius

- *Vlcera* ſiccat: ut eſt peſſus paratus atque uel
  - *Vnguento* è pompholyge imbutus, atque uuluæ inditus.
  - *Vnguento* roſaceo imbutus, atq; naturalibus inditus.
  - *Ex*
    - *Medullæ* ceruinæ
    - *Adipis* anſerini
    - } ana ʒ.S.
    - *Luteis* ouorum duobus.
    - *Terebinthinæ* ʒ.j.
    - *Croci* ℈.j.
    - Subactis imbutus, atque inditus.
- *Mẽſtrua*
  - *Educit*: ut
    - ℞. *Caſtorei* ℈.j.
    - *Myrrhæ* ʒ.S.
    - *Saluiæ* ℈.ij.
    - Sem. nigellæ ℔.j.
    - Ex ſucco mercurialis, & pauca terebinthina, uel melle cocto formetur peſſarium: aut puluis ſacculo ex ſerico tenui, & raro cum modico goſsipio, ad maioris digiti formam indatur, ſubijciaturq́ue locis naturalibus.
  - *Siſtit*: ut
    - ℞. *Sanguinis* draconis ʒ.j.
    - *Boli* armeni ʒ.ij.
    - *Stercoris* porcini ℥.j.
    - Cum ſucco plantaginis fiat peſſus. Idem quoque ulceratæ uuluæ utilis eſt, ceruſſa uel pompholyge adiecta.
- Pituitam educit: ut
  - ℞. *Pulueris* benedictæ ʒ.iij.
  - *Agarici* trochiſcati ʒ.ij.
  - Fiat peſſus, &c.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0269-5

12.

*Apophlegmatiſmi* ſunt medicamenta, quæ retenta in ore, & commanducata, per emiſſaria palati pituitam & humores, qui in capite concreuerunt, noxios eliciunt, ad capitis, dentium, & aſperę arteriæ affectus accommodata, Barbari maſticatoria uocant. Fiunt ex ſinapi, hyſſopo, origano, pulegio, thymo, uua paſſa, zingibere, pyrethro, pipere, &c. Sunt autẽ apophlegmatiſmi aut

- *Simplices*
  - *Mitiores*, qui fiunt ex *Hyſopo*, Pulegio, *Origano*, Thymo, *Sinapi*, &c.
  - *Valentiores*: fiunt ex *Pyrethro*, Pipere, *Zingibere*, *Radice* acori, &c.
  - *Quæ* per ſe tantùm linteo panno raro inuoluta manducantur.
- *Compoſiti*: quorum medicamenta aut arida in puluerem redacta ſuccis excipiuntur, & rediguntur in paſtillos, auellanas, uel lupinos magnitudine referentes: aut cera alba excipiuntur, quæ mane mandi debẽt: aut humida ex decoctorum medicamentorum iure componuntur, & in ore continentur ad horam circiter dimidiam. Cæterùm eorum alij conferunt ad
  - *Dolorem*
    - *Dentium*, ex materię influxu: ut
      - *Maſticis* ℥.j.
      - *Pyrethri*, piperis, ana ʒ.j.S.
      - Mixta ad horæ dimidium mandantur ante cibum.
    - *Capitis*, ex
      - *Bile*: ut
        - ℞. *Maſticis* contritæ ℥.S.
        - Ex melle redigatur in paſtillos, inſtar lupinorum.
      - *Pituita*: ut
        - ℞. *Piperis* albi, zingiberis, pirethri, ana ʒ.j.
        - Excipiantur melle, fingãturque paſtilli manſiles.
  - *Deſtillationem* capitis: ut
    - ℞. *Maſticis* ℥.j.
    - *Cort.* capparis ʒ.ij.
    - *Pyrethri* ʒ.iij.
    - *Piperis* nigri ʒ.j.S.
    - *Vuarum* paſſarum ℥.S.
    - Mixta, panno ęq; linteo raro inuoluta ad horæ dimidium ante cibum mandantur.
  - Morbum comitialem: ut
    - ℞. *Pyrethri*, maſticis, ana ℥.j.
    - Ex cera in paſtillos auellanæ magnitudinis formatur, &c.

13.

*Dentifricia* uariè parantur: aut enim in forma

- *Pulueris*. Horũ alia dentes
  - *Sordidos* abſtergunt: & ſunt duo
    - *Primum*: ut
      - ℞. *Origani*, menthæ ſiccæ, ſeſeleos, hyſſopi, ana ʒ.j.
      - *Caryophillorum* ℈.ij.
      - *Cinnamomi* ʒ.j.S.
      - *Ireos*, cornu ceruini, aluminis uſti, oſsis, ſæpiæ, pumicis, ana ℈.j.
      - Miſceantur, & fiat puluis, ſeu dentifricium.
    - *Alterum*: ut
      - ℞. *Salis* communis ʒ.iij.
      - *Panis* hordeacei ʒ j.
      - *Cornu* ceruini ʒ.ij.
      - *Caryophillorum*, cinnamomi, ana ℈.ij.
      - *Moſchi* parum.
      - Omnia combuſta, exceptis aromatibus, uino & aqua roſacea reſtinguantur, ac fiat puluis aſper.
  - *Nigros* dealbant, firmant ac conſeruant: ut
    - ℞. *Summitatum* myrti, lentiſci, oleaſtri, ſaluiæ, roriſmarini, ana M.j.
    - *Coralli* rubri, eboris, dentium equorum, ana ʒ.iv.
    - *Salis* communis P.j.
    - In uaſe fictili ſimul urantur, donec dealbentur: deinde in puluerem redigantur, adijciantorq; caryophillorum, roſarum, cinnamomi, ana ℥.iij. Mixtis, dentes confricentur.
- *Solida*: & ſunt duo,
  - *Primum*: ut
    - ℞. *Roriſmarini*, menthæ, pulegij, ana ʒ.S.
    - *Rad.* ireos, iunci odorati, ana ℈.j.
    - *Nardi* piperis, ana ℈.S.
    - *Pumicis*, ſalis toſti, cornu ceruini, ana ℈.ij.
    - Excipiantur tragacãtho in aqua roſacẽ macerato, & fiãt ueluti penicilla. Ex lentiſco bacillij concinẽtur, dentib. expurgandis, & roborandis apti.
  - *Alterum*: ut
    - ℞. *Coralli* rubri ℥.j.
    - *Terræ* maioricæ ℥.S.
    - *Oſsis* ſæpiæ, pumicis, ana ʒ.ij.
    - *Caryophillorum*, cinnamomi, maſticis, ana ℈.j.
    - *Margaritarum* ʒ.j.
    - *Sanguinis* draconis ʒ.ij.
    - *Moſchi* g.j.
    - In puluerem redacta, ex tragacantho aqua roſacea macerato, in maſſam redigantur, fiantq; dentifricia ſeu penicilla.
- *Linimenti*: ut
  - ℞. *Roriſmarini* ʒ.j.
  - *Myrrhæ*, maſticis, boli armeni, ſang. draconis, aluminis ſciſsi, toſti, ana ʒ.S.
  - *Cinnamomi* ʒ.j.S.
  - *Aceti*, aquæ lentiſci, ana ʒ.ij.
  - *Aquæ* fluuialis ℔.S.
  - *Mellis* ℥.iij.
  - Coquantur lento igne, donec ſpumare deſinant: deinde addatur Belzoini ℈.j. & fiat unguentum, in uaſe fictili ſeruandum. Os purgat, dentes mobiles confirmat, gingiuas reficit, oris odorem commendat: ſi mane antè cibum paululum in ore contineatur.
- *Aquæ*: ut
  - ℞. *Aquæ* roriſmarini, maioranæ, ſaluiæ, menthæ, ana ℥.iij.
  - *Oſsis* ſæpiæ, pumicis, ana ʒ.j.
  - *Salis* ammoniaci chryſocollæ, ana ℥.ij.
  - Miſceantur, & deſtillantur in Balneo Mariæ, & aqua inde facta, os colluatur ſæpius, &c.

14. *Odoramenta*

14. *Odoramenta* ſunt, quæ citra ignis acceſsionē ſuo odore cerebrum alterare, aut grauem odorem, aut peſtilentem auram depellere poſſunt. Fiunt autem ex moſcho, ambaro, nigella, maiorana, caryophillis, ſtyrace, ladano, ligno aloes, lauendula, roſis, &c. atque uel in forma

- *Pomi*: & ſunt uaria, quorum alia
  - *Cerebrum* alterant atq; confortant: ut
    - ℞. *Pulueris* uiolacei ʒ.j.S.
    - *Roſarum*, *Maioranæ*, *Styracis* calamitæ, *Ladani*, ana ʒ. j.
    - *Caryophillorum* ʒ.ij.
    - *Belzoini*, nucis moſchatæ, ana ℈.j.
    - *Ambari* ℈. S.
    - Maſſa fiat ex aqua roſarum, in qua maduerit tragacanthum, & gummi arabicum: hæc momento olei caryophillorum, uel nucis moſchatæ imbuatur.
  - *Peſtilentem* aerem fugant: ut
    - ℞. *Ladani*, ſtyracis calamitæ, ana ʒ.j.
    - *Caryophillorum* ʒ.j.S.
    - *Caphuræ*, *Nardi*, *Nucis* moſchatæ, ana g.vij.
    - Omnia in puluerem tenuem contuſa, commixtaq́; ex aqua roſarum, in qua tragacanthum & gummi arabicum maduerit, redigantur in orbiculos.
- *Sacculi*: horum alij
  - *Confortant* cerebrum: ut
    - ℞. *Nigellæ* toſtæ ʒ.j.S.
    - *Maceris* ℈.ij.
    - *Cubebarum* ʒ.S.
    - *Caryophillorum* ℈. j.
    - Contuſa & trita deligentur ſacculo ſerico ad odorandum.
  - *Veſtibus* gratum odorem conciliant: ut
    - ℞. *Violarum*, roſarum, ana ℥.S.
    - *Maioranæ* ſiccæ ℥.j.
    - *Rad.* Iridis ℔.j.
    - *Calami* aromat. ʒ. vj.
    - *Caryophillorum* ʒ. iij.
    - *Moſchi* ℈.j.
    - Miſceantur, & ſacculis deligentur.
- *Linimenta*: quorum alia
  - *Confortant* cerebrum: ut
    - ℞. *Olei* nucis moſchatæ ʒ. j.
    - *Zibeti* ℈. j.
    - *Moſchi* g. vj.
    - *Olei* ſpicę, lauendulę, ana g.ij.
    - Miſceantur, fiatque linimentum, quo nares, frons, &c. illinantur.
  - *Odorem* gratum reddunt: ut
    - ℞. *Moſchi*, *Ambari*, *Zibeti*, ana g. iv.
    - Ex oleo amygdalino dulci, fiat linimentum, quo ſupercilia, nares, barba, &c. illinantur.

15. *Sacculi* ſunt fomenta arida. Componuntur, ex herbis, floribus, ſeminibus, radicibus, & id genus alijs. Adhibentur autem uel

- *Cordi*, uidelicet debili, ſeu palpitanti: ut
  - ℞. *Florum* bugloſſæ, borraginis, roſarum, meliſſæ, ana M.j.
  - *Cinnamomi*, caryophillorum, macis, ana ʒ.S.
  - *Ligni* aloes ℈.j
  - *Corticum* mali citri, ſpec. diambræ, ana ʒ. j.
  - *Oſsis* de corde cerui ℈. S.
  - *Croci* ℈ j.
  - Contritis omnibus, fiat è ſerico ſacculus cordi admouendus.
- *Ventriculo*
  - *Frigido*: ut
    - ℞. *Galangæ*, *Cyperi*, *Caryophillorum*, ana ʒ. ij.
    - *Menthæ*, abſynthij, ana ℥.S.
    - Contuſa in linteolum demittantur: fiat ſacculus, ſtomacho admouendus, oleo maſtichino prius inuncto.
  - *Flatuoſo*: ut
    - ℞. *Galangæ*, *Macis*, *Cinnamomi*, *Nucis* moſchatæ, *Calami* odorati, ana ʒ. iij.
    - *Nardi*, *Cumini*, *Carui*, *Apij*, *Petroſelini*, ana ʒ.ij.
    - *Sem.* rutæ ʒ.j.
    - Trita in ſacculum demittantur, &c. qui ſcuti formam referat.

✣

*Sacculi*, qui ex herbis, floribus, &c. ſunt compoſiti: adhibentur capiti, atque hi oblongi, aut tiaræ formam obtinere debēt. Horum itaque alij conferunt capiti

- *Dolenti* ex
  - *Calore*
    - *Minus* uehementi: ut
      - ℞. *Roſarum*, coriandri, ana ℥.S.
      - *Nucis* moſch. macis, cariophillorum, ſantalorum omnium, granorum rubiæ tinctorum, ana ʒ.ij.
      - Contuſa in ſericum demittantur, formeturque ſacculus tiaræ formam exprimens.
    - *Vehementiore* in
      - *Pleuritide*: ut
        - ℞. *Coriandri* ʒ.ij. Florum nimpheæ ʒ. iij.
        - *Violarum*, roſarum ana ʒ.ij.
        - *Sem.* lactucæ & papaueris, ana ʒ.j.
        - *Coralli* rubri ʒ.j.S.
        - *Santali* rubri ℈. iij.S.
        - Contuſa in ſericum ſacculum demittantur, & anteriori capitis parti applicetur.
      - *Phrenitide*: ut
        - ℞. *Violarum*, nimpheæ, ana ℥.j.
        - *Roſarum* ℥.S.
        - *Chamomillæ* ʒ. ij.
        - *Capitum* papaueris, corticis mandragoræ, ana ʒ.ij.
        - *Sem.* papaueris albi ʒ.ij.
        - *Anethi*, aniſi, rub. tinct. ana ℈.j.
        - In puluerem redacta, in ſacculum ponantur.
  - *Frigore*: ut
    - ℞. *Nucis* moſchatæ, macis, galangæ, ana ʒ.ij.
    - *Seminis* rubiæ tinct.
    - *Cinnamomi*, ana ʒ.i.
    - *Flor.* ſtœchados, roriſmarini, Chamæmeli, ana ℥.j.
    - *Cort.* citri ſicci ℈.j.
    - *Calami* odorati, ſpicæ celticæ, ana ℈. S.
    - Trita in ſericum demittantur, &c.
- *Vulnerato*: ut
  - ℞. *Myrrhæ* ℥.S.
  - *Sem.* rubię, cyperi, iridis, ſarcocollę ana ʒ.iij.
  - Redigantur in puluerem, &c.

16.

*Suffimenta*, quæ Græcis θυμιάματα dicuntur, ſunt medicamenta quæ incenduntur, aut ignitis carbonibus inijciuntur. Horum alia conferunt ad

- Animi defectionem: ut
  - ℞. *Thuris*, maſticis, ana ℥.j.
  - *Corticis* citri ℥. S.
  - *Ligni* aloes, *Styracis* calamitæ, *Calaminthæ*, *Caryophillorum*, ana ʒ.iij.
  - Ex his in puluerem redactis, fiat ſuffitus.
- *Animales* & uitales uires roborandas: ut
  - ℞. *Roſ.* rub. florum ſtœchados, roriſmarini, ana ʒ.j.
  - *Thuris* ʒ.ij. Caryophillorum, macis, xyloaloes, ana ʒ.j.S.
  - Ex his tritis fiat ſuffimentum.
- *Deſtillationes* ſiccandas: ut
  - ℞. *Roſarum*, coriandri, gummi hederæ torridi, ana ℥. j.
  - *Nigellæ* torrefactæ in aceto ℥.j. S.
  - *Maſticis*, thuris, corticis thuris, gummi iuniperi, ana ʒ.iij.
  - Redigantur in puluerem craſsiorem, quo carbonibus impoſito, capitis tegmina ſuffiantur.
- *Vlcera* pulmonis: ut
  - ℞. *Gummi* hederæ torridæ.
  - *Coriandri*, roſarum, ſantalorum, maſticis, myrrhæ, thuris, corticis thuris, ana ʒ.iij.
  - *Belzoini*, ſtyracis, ladani, hypociſtidos, ana ʒ.ij.
  - *Auripigmenti* rubri ʒ. j.
  - Excepta terebinthina formentur formulæ lupinares, ex quibus uelamina capitis, ad ulcera aurium, pulmonis & uteri ſuffienda.
- *Tuſsim*: ut
  - ℞. *Thuris*, maſticis, ana ʒ.iij. Santalorum omnium, ana ʒ j.
  - *Styracis* calamitæ, ladani, roſarum rubrarum, ana ʒ.ij.
  - His detritis, operimenta capitis mane & ueſperi ſuffiantur.
- *Vterum* calefaciendum: ut
  - ℞. *Aliptæ* moſchatæ, galliæ moſchatæ, ana ℥.S.
  - *Belzoini*, calami aromatici, ana ʒ.ij.
  - Cremore tragacanthi formentur paſtilli: fumus per infundibulum excipiatur.
- *Conceptionem*: ut
  - ℞. *Ladani*, maſticis, gallię moſch. caryophillor. macis, calami arom. galangę, ana ʒ.iij.
  - *Cyperi*, roſarum, ana ℥. S.
  - *Hypociſtidos*, caſtorei, ana ʒ.ij.
  - Ex cremore tragacanthi formentur paſtilli, quibus mulieres utantur poſt menſtruorum purgationem, ante concubitum, ut ſuprà.
- *Menſes* prouocandos: ut
  - ℞. *Myrrhæ*, bdellij, ſtyracis, ana ℥.S.
  - Iridis, aſari, cumini, ana ʒ.iij.
  - *Opopanacis* ʒ.ij. Pulegij ſicci ʒ.j.
  - Excipiantur terebinthina & butyro, fiatq́; ſuffimentum per infundibulū, quo tempore menſes erupturi ſunt.
- *Vterum* prolapſum: ut
  - ℞. *Bituminis*, gagatis, ana ʒ.ij. Vſniæ ℥.ij.
  - *Caſtorei*, cyperi, biſtortæ, corticum glandium balauſtiorum, ana ʒ.iij.
  - Excipiantur cera, fiantq́; formulæ orbiculares.
- *Articulorum* dolores: ut
  - ℞. *Folior.* abſynthij, florum roriſmarini, ſtœchados, chamæmeli, ana ℥.j.
  - *Myrrhæ*, ſtyracis, belzoini, ana ʒ. iij.
  - Excipiantur terebinthina, & formentur orbiculi. His ſuffiatur lana, uel goſsipium: deinde parti applicetur.

17. Collyria

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0272-8
DFG

17. Collyria medicamenta ſunt, quę oculis admouentur. Sūt autem uel

- *Arida*, quæ à Barbaris Sieff uo cantur: horum alia conferūt ad oculorum
  - *Dolorem*: ut collyrium
    - *Luteum* Meſuæ.
    - *Viride.*
    - *Album.*
    - *Cygnus* Galeni.
    - *Diarrhodon* Galeni.
    - *Ex* roſis Meſuæ.
  - *Lippitudinem*: ut collyrium
    - *Album.*
    - *Rubrum* Galeni.
  - *Deſluxiones*: ut collyrium
    - *Tryphera* Galeni.
    - *Ex* thure Meſuæ.
    - *Nardinum.*
  - *Claritatem*: ut collyrium Diacenu.
  - *Vlcera*: ut collyrium
    - *Ex* plumbo Meſuæ.
    - *Diahæmatites.*
    - *Ex* myrrha.
    - *Ex* cornu cerui.
    - *Libianum.*
  - *Suffuſiones*: ut collyrium rubrum Meſuæ.
- *Liquida*: quorū alia conferunt ad oculorum
  - *Dolorem*
    - *Mitigandum*: ut
      - ℞. *Aquarum* plantaginis, uiolarum, portulacæ, ana ℥.ij.
      - *Albuminis* ouorum ℥. ij.
      - His arida diluantur ad collyrij formam.
    - *Leniendum*: ut
      - ℞. *Aquarum* uiolarum, plantaginis, ana ℥.ij.
      - *Trochiſcorum* raſis cum opio ʒ.ij.
      - *Albuminis* oui, *Fœnigræci* in aqua roſacea loti, ana ℥.j.
      - Miſcentur.
  - *Inflammationem*: ut
    - ℞. *Aquæ* myrti, *Caprifolij*, ana ℥.iv.
    - *Albuminis* ouorum, agitati ℥.j.
    - Mixta penicillo applicantur.
  - *Feruorem*: ut
    - ℞. *Aquæ* roſarum, plantaginis, emphragiæ, ana ℥.j.
    - *Aquæ* fœniculi ℥. S.
    - *Tragacanthi*, *Ceruſſæ* lotæ, ana ℥ S.
    - Miſceantur, penicilloque oculi illinantur.
  - *Ruborem*: ut
    - ℞. *Fœniculi*, rutæ, *Eupatorij*, millefolij, *Apij*, ſerpilli, *Euphragiæ*, chelidonij, *Pulegij*, ſemperuiui, *Anagallidis*, plantaginis, *Thuſſilaginis*, hederæ terreſtris, *Tormentillæ*, polygoni, *Solani*, betonicæ, *Lilij* ſylueſtris, intybi, *Verbenæ*, abſynthij, ana M. j.
    - Omnibus in mortario contuſis, uinum album uetus, mel ſelectum, urina pueri, ana partes æquales ſuperfunduntur, atque ſic relinquantur per octo dies, deinde deſtillentur.
  - *Cicatrices* & albugines: ut
    - ℞. *Omphacij* præparati in naſe æneo ʒ.j.
    - *Cremoris* fœnigræci cum aqua roſacea extracti ℥.S.
    - Miſceantur, & penicillo applicentur intra palpebras.

DD. De

# DD. De Medicamentis coſmeticis.

- *Medicamenta*, quæ conferunt ad ornatū uaria ſunt. Quædam enim ornant
  - *Caput*, ſeu partes ei⁹: uidelicet
    - *Capillos*: quot reddunt aut
      - *Flauos*: ut
        - ℞. *Lixiuij* ſarmentorum quantum ſufficit.
        - *Florum* uerbaſci, Stœchados, rad. Chelidonij, ana. P. j.
        - Coquantur ſimul, fiatq; lixiuium, quo caput lauetur.
      - *Cādidos*: ut
        - ℞. *Florum* Verbaſci, cineris ſarmentorum, cineris ligni Hederæ, ana P. j.
        - *Fœnigræci* ℥. ij. Aquæ fontanæ ℔. x.
        - Coquantur ſimul uſque ad conſumptionem medietatis, fiat colatura, cui adde ſmegmatis communis ℔. iij. Pone ad ſolem per uigintiquatuor dies, agitando quotidie, fiatq; linimentum quo (toto prius capite lixiuiet ligni hederæ loto) fricentur capilli, qui ſenſim in ſole ſiccentur.
      - *Criſpos*: ut
        - ℞. *Corticum* mali citri.
        - *Raſuræ* buxi, ana quantum ſufficit.
        - Coquantur in lixiuio ſarmentorum.
      - *Longos*: præſertim ipſius barbæ: ut
        - ℞. *Olei* amygd. dulc. Myrrhæ, ana ℥ j.
        - *Cort.* rad. arundinum uſtarum, capil. Ven. Pollitrici uſti, ana ʒ. ij.
        - *Capitum* muſcarum uſtarum, apum contritarum, ana ʒ. S.
        - *Ladani* ʒ. ij. Mellis ℥. j.
        - Ex quibus contuſis ac mixtis, fiat linimentum.
      - *Deciduos*: ut
        - ℞. *Auripigmenti*, ouorum formicarum, gummi Arabici, ana ℥. S.
        - *Gummi* hederæ ℥. ij.
        - Cum ſucco hyoſciami fiat unguentum: applicetur, prius abraſis capillis, & cadent.
      - *Firmiores*, ſi cadunt: ut
        - ℞. *Olei* iuniperini, nucum, ana ℥ j.
        - *Mellis*, ſucci lapathi, ana ℥. S.
        - *Puluer.* ſem. apij, aſari, ana ʒ. ij.
        - Incorporentur ſimul, & inungatur locus.
    - *Faciem*. Sic alia
      - *Faciem* reddunt ſplendidam: ut
        - ℞. *Furfuris* cribrati, quantum ſatis eſt.
        - Cum aceto forti miſce ad paſtæ formam, quibus adde duodecim oua recentia conquaſſata, & deſtilla per alembicum.
      - *Maculas* faciei dealbant: ut
        - ℞. *Aquæ* uitæ ter deſtillatæ, part. iij.
        - *Florum* anthos, part. ij.
        - Relinquantur ſimul per noctem, deinde deſtillentur.
      - *Cicatrices* dealbant: ut
        - *Oleum* myrrhæ.
        - *Lac* uirginale huiuſmodi: ut
          - ℞. *Lithargyrij* auri ℥. ij.
          - *Ceruſſæ* ſalis, ana ℥. S.
          - *Aceti*, aquæ plantag. roſ. ana ℥. ij.
          - *Caphuræ* ʒ. S.
          - Miſce, & fiat collyrium.
      - *Veſtigia* uariolarum delent: ut
        - ℞. *Aquæ* rad. ſerpentariæ, florum fabarum, aquæ roſ. ana quantum ſufficit.
        - Miſce.
      - *Maculas* faciei delent: ut
        - ℞. *Lupinorum*, quantum ſufficit.
        - Decoquantur in aqua fontana ad craſsitiem, quo inungatur facies, &c.
      - *Verrucas* faciei tollunt: ut
        - ℞. *Salis* ammoniaci, nitrioli, uiridis æris, ana ʒ. ij.
        - *Aluminis*, calcis uiuæ ana ℥. S.
        - Deſtillentur: prima aqua reijciatur, altera ſeruetur, ad uſum.
      - *Ad* ſolis uſtionem conferunt: ut
        - ℞. *Limacum* cum teſtis, num. xx.
        - *Ceruſſæ*, ad pondus eorum.
        - *Ceræ* ℥. iij. Cornu cerui ℥. j.
        - Contundantur, fiatq; linimentum.
      - *Rugas* faciti auferunt: ut
        - ℞. *Decoctionis* brioniæ, decoctionis ficuum, ana partes æquales. quibus abluatur facies.
        - Valet etiam oleum myrrhæ.
      - *Ad* rubicundam faciem conferunt: ut
        - ℞. *Amygdalarum* dulc. ℥. ij.
        - *Sem.* cucurb. mund. ℥ j.
        - Piſtentur ſimul: miſce ſucci limonum ℥. j. S.
        - *Boracis* ʒ j.
        - *Caphuræ* ℈. j.
        - *Ceruſſæ* ℥. S.
        - Miſce.
      - *Gratiam* uultui conciliant, &c. ut
        - ℞. *Lithargyrij* argenti ℥. iv.
        - *Aceti* opt. ℔. j.
        - Coquantur uſq; ad conſumptionem tertiæ partis, coletur, & ſeruetur. Aqua ſerpentariæ idem præſtat.
  - *Manus*
    - *Nigras*, ſeu liuidas: ut
      - ℞. Micæ panis ℥. iij.
      - *Orizæ*, cicerum rubr. ana ℥. iij.
      - *Saponis* liquidi ℥. j. S.
      - *Mellis* deſpumati, quantum ſufficit.
      - Fiat paſta, qua manus lauentur.
    - *Tumidos* ex frigore: ut
      - ℞. Oeſipi, adipis anſerini, anatis, ana ℥. ij.
      - *Mucilaginis* ſem. citoniorum ℥. j.
      - *Amyli* ʒ. vj.
      - *Terebinthinæ* ℥. j. S.
      - *Olei* roſacei, olei de uitellis ouorum, ana ℥. ij.
      - *Ceræ* parum.
      - Fiat linimentum.

# De Inſtrumentis chyrurgicis.

*Inſtrumenta* chyrurgica ſunt aut

- *Communia*, atq; uel
  - *Medicinalia*: ut
    - *Victus* ratio.
    - *Pharmacia*.
    - *Phlebotomia*.
    - *Emplaſtra*.
    - *Cerota*.
    - *Vnguenta*.
    - *Pulueres*, &c.
    - } De quibus omnibus, nide ſupra.
  - *Ferrea*, quorum alia accommodata ad
    - *Incidendum*: ut
      - *Nouacula*.
      - *Forfices*.
      - *Scalpellum*.
      - *Serra*, &c.
    - *Vrendum*: ut Cauterium.
    - *Extrahēdum*: ut
      - *Forcipes*.
      - *Vulſella*.
      - *Hamus* recuruus.
      - Drocleum, &c.
    - *Explorandum*: ut Specillum.
    - *Suendum*: ut
      - *Acus*.
      - *Canula*, &c.
- *Propria*: ut
  - *Modiolus*, capiti.
  - *Falx*, ano.
  - *Speculum*,
    - *Ori*.
    - *Matrici*, &c.

FINIS TERTIAE PARTIS.

LIBRI

# LIBRI I. PARS IV.

## DE ΣΗΜΕΙΩΤΙΚΗ῀, HOC EST, DE SIGNIS IN GENERE.

HACTENVS *eam Medicinæ partem, quæ* ΑἸΤΙΟΛΟΓΙΚΗ῀ *dicitur, abſoluimus, reliquum nunc eſt, ut eam, quæ Græcis* ΣΗΜΕΙΩΤΙΚΗ῀ *nominatur, attingamus, atq; de ea in genere tantùm, hoc eſt de fontibus ſignorum generalibus agamus. Nam ut ſalubria ſunt & inſalubria poſterioris erunt tractationis.*

*Signum* itaq; eſt, ꝙ ſenſui oblatum in rei obſcuræ ducit cognitionem. Sumuntur autẽ ſigna (tanquã ex ſuis fontibus) tum ab

- *Eſſentialibus* ſiue à cauſis conſtituentibus: uidelicet
  - *Forma*, ſeu tẽperatura partium ſimilariũ, atque uel qualitatum
    - *Primarum*, hoc eſt, à
      - Calido.
      - *Frigido.*
      - Hũido.
      - Sicco.
    - Secundarum: & uel
      - *Tactu*: ut
        - *Mollitie.*
        - *Duritie.*
      - *Viſu*: ut Colore.
    - Atq; hęc tẽperatura, ſi fuerit
      - *Tẽperata*
        - *Simpliciter*
          - *Semper*
          - *Vt plurimũ*
          - *Signa* optimæ cõſtitutionis uocantur.
        - *In* præſentia, uel ut nunc.
        - *Signa* ſalubria nominantur.
      - *Intemperata*
        - *Manifeſtè.* Signa inſalubria dicuntur.
        - *Obſcurè.* Signa neutra nuncupantur.
  - *Materia*, ſeu
    - *Compoſitione* partium organicarum, quæ conſiſtit in
      - *Conformatione* quæ poſita eſt in
        - *Figura.*
        - *Superficie.*
        - *Meatu.*
        - *Cauitate.*
      - *Numero.*
      - *Magnitudine.*
      - *Situ.*
    - *Vnitate.*
- *Accidentibus*: uidelicet
  - *Actionibus*
    - *Cerebri*, id eſt animalibus
      - *Principibus*: ut
        - *Imaginatione.*
        - *Ratione.*
        - *Memoria*, &c.
      - *Minus* principibus: nempe
        - *Senſitiua*
          - *Communi*: ut
            - Somno.
            - *Vigilia.*
          - *Propria*: ut
            - *Viſu.*
            - *Auditu.*
            - *Guſtu.*
            - *Odoratu.*
            - *Tactu.*
        - *Motiua*: ut Motu.
    - *Cordis*: nimirũ
      - *Moralibus*: ut
        - Conſtantia.
        - *Iraſcentia.*
        - *Cunctatione.*
        - *Præcipitatione.*
        - *Audacia*, Timiditate.
        - *Lætitia*, Triſtitia, &c.
      - *Vitalibus*: ut Pulſibus arteriarum.
    - *Hepatis*: nempe
      - *Naturalibus*: ut
        - *Attractione.*
        - *Retentione.*
        - *Concoctione.*
        - *Expulſione* excrementorum
          - *Capitis*: ut
            - *Muco*
              - *Narium.*
              - *Palati.*
            - *Sordibus*
              - *Aurium.*
              - *Oculorũ.*
          - *Thoracis*: ut Sputo.
          - *Alui*: ut Excretionibus.
          - *Vteri*: ut Menſtruis.
          - *Teſtium*: ut Semine.
          - *Venarum*: ut Vrinis.
          - *Cutis*: ut Sudore.
      - *Moralibus*: nimirum Appetentia uoluptatum.
  - *Paſſionibus* extrinſecis: ut
    - Aere.
    - *Cibo*, Crapula.
    - *Potu*, Ebrietate.
    - *Exercitatione.*
    - *Ocio*, ſeu Quiete.
    - *Somno*, Vigilia.
    - *Animi* affectibus.
    - *Repletione*, Inanitione.

# DE ΘΕΡΑΠΕΥΤΙΚΗ͂Σ, HOC EST,

## De Intentionibus & indicationibus curatiuis, in genere.

POST ΣΗΜΕΙΩΤΙΚῊΝ *ſequitur* ΘΕΡΑΠΕΥΤΙΚῊ, *generalem rationem intentionum & indicationum pertractans. Siquidem omnis medendi methodus per intentiones & indicationes fit. Eſt autem indicatio agendorum inſinuatio: intentio uerò, qua animus ad actionem dirigitur. Differt hæc ab indicatione, ſicut actio confuſa ab actione diſtincta.*

*Itaque* actionem alia præſcribũt
- *Confuſè*, & dicuntur intentiones, uel
  - *Simplites*, quæ ſumuntur à cauſis cõſtituentibus: uidelicet corpore humano
    - *Perfectè*
      - *Salubri*. Conſeruatio hic erit intentio. Nam quæ ſecundũ naturam ſunt, conſeruanda ſunt.
      - *Inſalubri*. Curatio erit intentio. Siquidem quæ præter naturã ſunt, curanda ſunt.
    - *Imperfectè* ſalubri, & inſalubri, ſcilicet neutro tũ
      - *Conualeſcente*. Refectio intentio erit.
      - *Decidente*. Preſeruatio intentio erit.
  - *Compoſitæ*. In corpore inſalubri, in quo morbus nondum factus eſt, ſed adhuc fit & generatur, intentio compoſita erit, Curatio eius quod iam factum eſt, & Præſeruatio eius quod futurum eſt.
- *Minus* confuſè, ſed diſtinctè, & Indicationes appellantur, quæ actionem non ſolùm præſcribũt, ſed etiam indicant: & uel per
  - *Se*, & propriè Indicationes dicũtur. Hæ ſumuntur ab
    - *Eſſentialibus*, hoc eſt cauſis conſtituentibus, materia ſcilicet & forma, quæ quidem in corpore
      - *Sano*, conſeruationem ſui per ſimilia poſtulant. Similia enim ſimilibus ſeruantur. Quare indicant Quid ſit agendum.
      - *Aegro*, ablationem ſui per contrarium deſiderant. Quoniam contraria contrarijs curantur. Quare indicant Quid ſit agendum.
    - *Accidentibus*: uidelicet ex affectionis
      - *Qualitate*, ſumitur indicatio Quomodo ſeu quo inſtrumento ſit agendum.
      - *Quantitate*, ſumitur indicatio Quantum ſit agendum.
      - *Loco* affecto, ſumitur indicatio Vbi ſit agendum.
      - *Tempore*, ſumitur indicatio Quando ſit agendum.
  - *Accidens*, Coindicationes uocantur. hæ quoniã morbi naturã non ſequuntur, à rebus ſumuntur ſecundum naturam: & uel
    - *Cauſis* conſtituentibus. Sic ratione
      - *Materiæ* coindicat Habitus uel
        - *Macilentus*.
        - *Obeſus*.
      - *Formæ*, coindicat
        - *Temperatura* totius uel partium, quæ conſeruari ſimilibus poſtulat.
        - *Virtus*, quæ ſemper conſeruanda eſt.
    - *Accidentibus*
      - *Intrinſecis*, Sic coindicat Aetas.
      - *Extrinſecis*. Sic coindicat
        - *Aeris* conſtitutio.
        - *Regio*.
        - *Anni* tempus.
        - *Conſuetudo*.
        - *Ars* ſeu Vitę induſtria.